LIBER SENTENTIARUM INQUISITIONIS THOLOSANÆ.

Ab anno Christi CIↃCCCVII. ad annum CIↃCCCXXIII.

LIBER SENTENTIARUM INQUISITIONIS THOLOSANÆ

Ab anno Christi [illegible], ad annum [illegible]

PHILIPPUS à LIMBORCH
BENEVOLO
LECTORI
S.

BENEVOLE LECTOR,

Ecce tibi librum, qualem typis editum hactenus non vidit Christianus Orbis. Ipsum autographum, quod possessoris benevolâ voluntate integro quadriennio in manibus meis fuit, scriptum est & ubique subscriptum manu Notariorum Inquisitionis, indiciisque indubitatis constat, esse authenticum exemplar ex Archivis Inquisitionis Tholosanæ depromptum. Authenticas indicia adeò sunt manifesta, ut sola voluminis inspectio mox omne dubium inspicienti adimat. Volumen constat ex pergameno, & intra duas laminas ligneas compactum est. Laminarum alteri hic inscriptus est titulus, L. SENTENCIARUM. Ipsæ sententiæ, quantum ex characterum similitudine colligi potest, scriptæ sunt manu Petri de Claveriis, usque ad Sermonem octavum, qui incipit fol. 97. Reliqua libri pars ad finem usque scripta est manu Guilielmi Juliani. Sententiis ubique fermè subscripsit Jacobus Marquesii; & ut subscriptiones Notariorum dignoscat curiosus Lector, eas alio charactere imprimi curavi, ut exinde constet, quæ & quot verba unusquisque Notarius suâ manu singulis locis scripserit. Et ut nihil desit, etiam signorum ab ipsis appositorum locum singulis eorum subscriptionibus addidi; ipsa verò signa, quia semel ea exstare sufficit, post præfationem exhibui. Apographum, juxta quod editio facta est, à me cum ipso autographo accuratissimè est collatum. Sententiæ conscriptæ sunt stylo barbaro, juxta ævi illius morem; quæ barbaries etiam in literarum collectione conspicua est. Nusquam apparet diphthongus æ, plurima videntur contra orthographiam peccata, neque semper eadem scribendi & literas conjungendi ratio observata est : vix ulla apparent signa, quibus commata ac cola distinguantur : nomina propria, tam hominum quam urbium & regionum, literâ majusculâ rarissimè inchoantur. Illa verò omnia, prout in autographo exstant, retinenda duxi, ut ita omnia verba sincerè absque ullâ mutatione

expreſſa exhiberem. Exſpectavi quidem, Lectorem aliquatenus barbarâ illâ ſcribendi ratione offendi poſſe; verum præſtare duxi, fidem meam non tantum in verbis, ſed & in ipſis literis exprimendis, & tantum non annumerandis, probare, quam ut Lectoris faſtidium evitetur, ullam in ſcribendo facere mutationem, præſertim cum Lector ſemel monitus non tantum offendi nequeat, ſed & meam fidelitatem neceſſariò probaturus ſit. Unum autem addam: In manuſcripto multa per literarum compendia, ſeu abbreviaturas (ut vocant) eſſe expreſſa, quæ, ne alicubi Lector hiſce minimè aſſuetus hæſitet, integra deſcribi curavi. In margine etiam hujus editionis additus eſt numerus foliorum voluminis Manuſcripti: ut ita Librum ipſum, quantum fieri poteſt, integrum repræſentem, & unuſquiſque editionem hanc legens ſtatim ſcire poſſit, quo folio in ipſo autographo ſententia quam oculis perluſtrat, reperiatur.

Ipſum Librum Sententiarum prolixè ut commendem neceſſe non eſt. Dixiſſe ſufficit, eo nobis exhiberi rationem Inquiſitionis, qualis olim in uſu fuit, expreſſam centenis aliquot ſententiis, prout ab Inquiſitoribus contra fideles, ab Eccleſiâ Romana tetrâ hæreticorum appellatione diffamatos, pronuntiatæ fuerunt, præcipuè contra Albigenſes & Valdenſes, quæ maximam libri hujus partem faciunt. Solemnitates, quibus ſententiæ ab Inquiſitoribus pronuntiantur, olim vocatæ fuerunt *Sermones Generales de Fide*, quia ante ſententiarum pronuntiationem ſermo de fide per Inquiſitorem haberi ſolitus fuit. Ejuſmodi quatuordecim Sermonum acta hoc volumine comprehenduntur; quorum tamen tres, nonus videl. decimus & undecimus, fuerunt particulares. Primus omnium Sermonum habitus fuit anno Domini CIↃCCCVII. Dominicâ primâ Quadrageſimæ V. Nonas Martii: ultimus verò anno CIↃCCCXXII. dominicâ infra octavam Nativitatis beatæ Mariæ Virginis pridie Idus Septembris. Ac tandem pag. ult. Acta in Sermone apud Appamiam anno CIↃCCCXXIII. breviſſimè & in compendio continentur. Multa in iis occurrunt curioſa, ex quibus integra Inquiſitionis ratio, qualis olim in uſu fuit, cognoſci poteſt. In iis quippe reperiuntur gratiæ, quibus cruces quibusdam demuntur, aliis autem è muri carcere eductis cruces, tanquam pœna levior, imponuntur: tum ſententiæ quibus hæreſeos ſuſpecti, fautores, aut etiam rei, ſed pœnitentes, ab Inquiſitoribus ad geſtationem crucium, ad perpetuum muri carcerem, & alias pœnitentias arbitrarias condemnantur: impœnitentes verò ac relapſi brachio traduntur ſæculari: aliæ contra mortuos, & contra domos; aliæ contra fugitivos. Curioſa imprimis eſt ratio degradationis, cujus omnes ritus quibus peragitur, ut Clericus in hæreſin lapſus tradi poſſit curiæ ſeculari, deſcribuntur, fol. 136. b. & ſeqq. Ex ipſâ porrò ſententiarum lectione manifeſtum eſt, quâ ratione ſententiæ ab Inquiſitoribus formentur, & quam ſibi in ferendis ſententiis autoritatem arrogent. In ſingulorum Sermonum Generalium initio occurrit ju-

juramentum, quod Magiſtratus ſæcularis Inquiſitoribus præſtat: deinde ſententia excommunicationis contra omnes Inquiſitionis Officium quoquo modo impedientes; quæ in quibuſdam Sermonibus aliquantum eſt ampliata: Quam non inane fuiſſe terriculamentum, ex exemplis, quæ fol. 132. 138. b. & 142. b. occurrunt, manifeſtum eſt. In quibuſdam exſtat formula abjurandi hæreſin, fol. 100; eaque aliquatenus ampliata & mutata, fol. 149. Ac tandem, forma ac modus abſolutionis à ſententiâ excommunicationis redire volentium ad Eccleſiæ unitatem, fol. 100. b.


Præter hæc multa in variorum ſententiis occurrunt, quibus illorum temporum hiſtoria illuſtrari poteſt, præcipuè quæ Albigenſes & Valdenſes ſpectant: quod in Hiſtoriâ Inquiſitionis lib. I. cap. VIII. fuſiùs oſtendi. Ac præſertim quæſtio illa, calidè ſatis à pluribus agitata, utrum Albigenſes & Valdenſes duæ diſtinctæ, an verò una eademque ſecta fuerint, ex hujus libri actis decidi poſſe videtur: adeò quippe in eo diſcrimen hoc eſt manifeſtum, ut ſi quis plures in libro hoc ſententias legerit, ſtatim quamprimum in ſententiam quandam inciderit, paucis tantùm lineis lectis, cogniturus ſit, an Albigenſis, an verò Valdenſis eâ condemnetur. Legatur ſolummodò ſententia Petri Auterii, Doctoris inter Albigenſes eximii, fol. 40. eaque conferatur cum ſententiâ Stephani Porcherii, fol. 92. b. aut Joannis Brayſſan, fol. 96. Valdenſium, imò cujuscunque placuerit Albigenſis ac Valdenſis, & quod dixi comperietur evidentiſſimum. Multi, dum antiquorum ſententias inquirunt, non quæ reverâ docuerunt, ſed quæ eos docuiſſe vellent, iis adſcribere ſolent: hinc pro diverſo partium ſtudio etiam diverſa iis dogmata attribuuntur Plerique, ſi quæ eorum exſtant monumenta, verba eorum accommodare ſolent ſuo præjudicio ac præconceptæ opinioni. Hinc eſt, quod iisdem autoribus diſcrepantes, imò contrarias ac repugnantes ſententias nonnunquam adſcribi videmus; dum unusquisque eos ſuæ ſententiæ patronos habere cupiens, non conſiderat, qualis olim, dum autores hi ſcriberent, Eccleſiæ ſtatus fuerit, ſed eundem illum fuiſſe cum præſente ſibi fingit, adeoque omnia quæ nunc ventilantur dogmata ipſis cognita, ſuaque, quæ contra alios defendit, ab ipſis credita ac probata præſupponit; atque ita multa ex iis elicere conatur, quæ fortaſſe nunquam ipſis in mentem inciderunt. Ingenui veritatis indagatoris eſt, candidè ſine ullo partium ſtudio rem ipſam inveſtigare, ſive ea ſententiæ ſuæ faveat, ſive adverſetur, & quæ manifeſta ſunt non negare. Hic candor ſi in hac materiâ obſervetur, & ſepoſito præjudicio ſincerè inquiratur, quales reverâ Albigenſes, quales Valdenſes fuerint, non dubito, quin ex harum ſententiarum lectione diſcrimen inter utrosque cordatus lector evidenter ſit deprehenſurus. Ad folium uſque 92. b. omnes ſunt Albigenſes: eo folio occurrit ſententia Stephani Porcherii, qui primus fuit Val-

denſium, quorum in hoc volumine mentio fit. Exinde Albigenſium & Valdenſium inter ſe mixtæ leguntur ſententiæ. Cum verò anno Domini 1318. à Papâ Joanne XXII. hæreſeos condemnati eſſent Beguini, Inquiſitores, juſſu Papæ, contra eos procedere inceperunt: Atque ità fol. 150. b. & ſeqq. ſententiæ contra Beguinos exſtant. Exinde rurſus variæ occurrunt contra Albigenſes & Valdenſes, & contra Petrum Lucenſem Hyſpanum, unicum in toto hoc volumine ex eorum genere, qui illo tempore vocati fuerunt Apoſtolici: Ac tandem in fine libri aliquot rurſus contra Beguinos: prout plenius & diſtinctius hæc omnia repræſentantur in tabellâ præfationi huic ſubjectâ.


Varietas hæc non exiguam utilitatem & jucunditatem Libri hujus lectioni conciliat; quam tamen aliquatenus crebrâ eorumdem, aut ſimilium actuum & articulorum, qui in pluribus ſententiis occurrunt, repetitione, minui non nego: Verum accuratus Lector facilè perſpiciet, in illâ toties iteratâ repetitione quandoque nova quædam occurrere, quandoque quæ alibi obſcurius, minus diſtinctè, & odiosè expreſſa leguntur, alio loco clarius, diſtinctius, & magis ſincerè enuntiari; adeò ut ex variorum locorum collatione veritas facilè detegi, & Inquiſitorum malitia deprehendi poſſit. Si quæ verò occurrant Sententiæ, quibus nihil novi contineatur, poſſunt illæ levi oculo percurri: Et ſi quis forte illarum lectionem exiguæ judicet utilitatis; ſaltem inde Inquiſitionis ſævitiam agnoſcet, cum videbit, quam levibus de cauſis plurimi homines, etiam poſt culpæ agnitionem & reditum ad Eccleſiam Romanam, ad crucium geſtationem, & perpetuum carcerem in quo panis doloris ipſis cedat in cibum, & aqua tribulationis in potum, ſint condemnati. Unicus meus ſcopus fuit, Benevole Lector, tuis inſervire commodis, & meam in edendo hoc volumine oſtendere fidelitatem: Quæ ut tantò plenius omnibus conſtet, optarim ipſum authenticum Manuſcriptum, quo nunc privatus gaudet poſſeſſor, in publicâ quadam bibliothecâ inter rariſſima κειμήλια aſſervari, ut permiſſu eorum, quibus illius cura demandata eſt, ab omnibus inſpici poſſit: ut ſic in publicum uſum, & ad tantò clarius Eccleſiam Romanam iniquitatis ac ſævitiæ convincendum, fideliter cuſtodiatur; cum, ſi à privato, curioſiſſimo licet, aſſervetur, facilè ſucceſſu temporis, præſertim ſi hæredes habeat minus curioſos, obſcurari ac deperdi poſſit. Vale, Benevole Lector, & labore noſtro gratus fruere. Amſtelodami. Idibus Septembris, anni CIↃ IↃC XCII.

Signa *quæ Notarii Inquiſitionis ſubſcriptionibus ſuis in hoc volumine appoſuerunt.*


Bernardi Sutoris.




Guilielmi Iuliani.



Petri de Claveriis.



Iacobi Marqueſii.



TABELLA

Repræsentans quales fuerint, in quos sententiæ, hoc libro comprehensæ, pronuntiatæ sunt.

A folio 1. usque ad fol. 92. b. omnes *Albigenses.*
fol. 92. b. Stephanus Porcherii *Valdensis*, primus eorum in hoc volumine.
fol. 94. ad 96. *Albigenses.*
fol. 96. Joannes Brayssan *Valdensis.*
fol. 100. b. ad 102. *Valdenses.*
fol. 102. ad 104. *Albigenses.*
fol. 104. ad 108. *Valdenses.*
fol. 108. b. *Albigensis.*
fol. 109. *relapsus ad Judaismum.*
fol. 109. ad 117. *Valdenses.*
fol. 118, 119. *Albigenses.*
fol. 119. b. *Valdensis* unus.
fol. 120. b. *Albigensis* defunctus.
fol. 122. *Rusticus propriâ authoritate Missam celebrans.* ibid. *Albigensis.*
fol. 122. b. *Valdensis.*
fol. 124. b. ad 128. b. *Albigenses.*
fol. 128. b. ad 130. b. *Valdenses.*
fol. 130. b. *Albigensis.*
fol. 132. *Qui se opposuit Inquisitioni.*
fol. 136. b. *Valdensis degradatus.*
fol. 138. b. ad 145. *Qui se opposuerunt Inquisitioni.*
fol. 145. *Albigenses.*
fol. 146. ad 148. *Valdenses.*
fol. 150. b. *Beguini.*
fol. 168. *Albigenses.*
fol. 171. Petrus Lucensis Hyspanus, *Apostolicus.*
fol. 171. b. *Valdenses.*
fol. 172. b. 173. *Albigenses.*
fol. 173. b. *Valdenses.*
fol. 176. *Albigenses.*
fol. 178. *Valdenses.*
fol. 183. *Apostolicus* Petrus Lucensis Hyspanus.
fol. 186. *Valdenses.*
fol. 196. *Beguini*, ad finem usque.

Monitum volo Lectorem, numerum foliorum hic & in reliquis Indicibus, qui hunc Sententiarum Librum comitantur, esse adscriptum ex ipso volumine manuscripto, quem numerum in margine pagg. expressum in hac editione videbit.

LIBER

LIBER SENTENTIARUM INQUISITIONIS THOLOSANÆ.

Anno Domini ccc°. vii°. quinto nonas Martii, dominica prima quadrageſime fuit factus primus ſermo per Fratrem Bernardum Guidonis Inquiſitorem Tholoſanum in Eccleſia cathedrali Sancti Stephani Tholoſe, convocata curia regali, & conſulibus Tholoſanis, & univerſitate Cleri & populi, ut eſt moris, in multitudine copioſa, & recepit juramentum curialium & conſulum in hunc modum. 1.

Juramentum Curialium Regis.

Nos Ugo Geraldi Doctor legum & miles Domini noſtri Regis Francie, tenentes locum Seneſchalli Tholoſe & Albigeſii, & Yvo Doctor legum Judex Domini noſtri regis Tholoſe, ac Joannes de Turre, ſerviens armorum Domini noſtri regis, & Petrus Gaurandi Juriſperitus tenens locum Vicarii Tholoſe, juramus per hec ſancta Dei Euangelia, quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & Sancte Romane Eccleſie tenebimus & teneri faciemus, & ipſam deffendemus pro viribus contra omnes. ¶ Item, quod hereticos credentes, fautores & receptatores eorumdem, perſequemur & capiemus & capi faciemus quandocunque poterimus, & accuſabimus, & denunciabimus Eccleſie & Inquiſitoribus, ſi alicubi noverimus eos eſſe. ¶ Item, quod non committemus bavilias vel adminiſtrationes nec officia publica alicui de predictis perſonis peſtifferis, nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui impoſitum fuerit ratione criminis hereſis, quod publicis officiis non fungatur: nec aliquem de predictis recipiemus, nec habebimus in noſtra familia, ſeu conſortio, vel ſervitio, nec in noſtro conſilio ſcienter: & ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos, poſtquam ad notitiam noſtram pervenerit protinus expellemus. Et in his & in aliis que ad officium Inquiſitionis pertinent, erimus obedientes Deo, & Romane Eccleſie, & Inquiſitoribus. Sic Deus nos adjuvet & hec ſancta Dei Euangelia.

Eadem eſt forma Juramenti Conſulum.

Nos David de Roaxio, Raimundus Arnaldi de Nugole, Alrricus Maurandi, Arnaldus Boni, Raimondus Maurandi, Franciſcus de Gaure, Petrus Raimondi de Garriga, Guilielmus filii, Bonus Mancipius Maurandi dominus de Garanhaga, Arnaldus Johannis de Gargatz, juramus per hec ſancta Dei Euangelia, &c. ut ſupra immediate.

Educti fuerunt de muro cum crucibus.

Petrus de ſancto Laurentio de Garrigiis † viſitationes Tholoſe bis in anno, in Octabis paſche eccleſiam ſancti Saturnini. In inventione ſancti Stephani in Auguſto, eccleſiam ſancti Stephani. Et fuerunt ſibi remiſſe peregrinationes propter debilitatem & ſenectutem ipſius.

¶ Tholoſana uxor quondam Bernardi Ugonis de Roca Vidal. † peregrinationes minores contente in literis Inquiſitoris, & viſitationes Tholoſe ut ſuprà, & generalia. Retenta poteſtate Inquiſitoribus augendi diminuendi & mutandi predictam penitentiam & reducendi ad murum ſine nova cauſa predictos ſi eis viſum fuerit expedire.

Sententia contra Poncium Amelii Relapſum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti cruciffixi, Amen. Anno Domini M°. CCC°. VII°. quinto Nonas Marcii dominica prima quadrageſime. Nos frater Bernardus Guidonis de ordine Predicatorum Inquiſitor heretice pravitatis in Regno Francie autoritate apoſtolica deputatus, & Stephanus de Portu canonicus Vaſatenſis & officialis de Gauderiis, & Guilielmus Amanevi de mota Canonicus ſancte Redegondis Pictavenſis, Vicarii Reverendi in Chriſto patris domini Galhardi Dei gratia epiſcopi Tholoſani in remotis agentis. Quia legitimè nobis conſtat per confeſſionem Poncii Amelii de Garda prope viride folium Dyoceſeos Tholoſane factam in judicio coram bone memorie fratre Petro de Mulceone dicto tempore inquiſitore Tholoſano,
I.b. Anno Domini M°. CC°. XC°. primo, die Mercurii poſt Octabas beati Martini, quod ipſe Poncius, VII anni fuerunt tunc vel circa, habuit noticiam & cognitionem Aymerici Barroti heretici quem vidit multis vicibus, & cum quo fuit, & quem deduxit ſeu aſſociavit de loco ad locum de die & de nocte occulte, & adoravit eundem hereticum dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item duo anni fuerunt tunc elapſi vel circa quod receptavit in domo ſua Arnaldum Ber. fugitivum pro hereſi & Poncium Fogaſſerii & ſocium ſuum hereticos, & dedit eis ad comedendum & bibendum, & adoravit dictos hereticos more hereticali predicto. ¶ Item quod ipſo anno confeſſionis facte ipſe fuerat cum quibusdam perſonis in quadam domo in ſecreto, & ibidem commendavit vitam & ſectam hereticorum & ibidem dixit de doctrina eorum. ¶ Item quod eodem anno cum duabus perſonis aliis conſencientibus ſibi loquutus eſt de facto hereſis quomodo poſſent haberi heretici. ¶ Item quod credidit tunc hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum. ¶ Item aliquociens alias loquutus eſt de facto hereticorum cum perſonis amicis ipſorum hereticorum, & audivit loqui de eis, & quod quidam homo revelavit ſibi quod libenter iret in Lombardiam ad hereticos. ¶ Item per confeſſionem ſuam quam fecit coram alio inquiſitore Anno Domini M°. CCC°. ſexto ydus Martii conſtat, quod multa de facto hereſis celaverat in confeſſione prima quam fecerat coram preffato fratre Petro de Mulceone, & quod viderat dictos Aymericum Barroti & Albertum ſocium ejus hereticos in multis locis & hoſpiciis aliis, & multis vicibus de die & de nocte, & pluribus vicibus adoravit eosdem hereticos, & vidit à multis perſonis ſecum adorari, & viſitari à diverſis perſonis, & vidit dictos hereticos comedentes & bibentes, & audivit verba & predicationes & admonitiones & doctrinam dictorum hereticorum contra fidem catholicam Jeſu Chriſti & contra ſacramenta eccleſie Romane. ¶ Poſt quas confeſſiones fuit bis recreditus de muro cum fidejuſſoriis cautionibus promiſſo per eum quod ad hereticos nunquam rediret, nec eis adhæreret, & quod fidem catholicam teneret & ſervaret, abjurata primitus omni heretica pravitate coram preffato fratre Petro de Mulceone, ſicut conſtitutus in judicio coram me fratre Bernardo Guidonis per ſuum juramentum recognovit & aſſeruit.

¶ Item quia legitime nobis conſtat per confeſſionem ejus factam in judicio de novo coram me fratre Bernardo Guidonis inquiſitore predicto, anno Domini M°. CCCVII°. IIII°. nonas Julii, quod poſt predicta commiſſa per eum, & poſt hereſim abjuratam ſicut canis rediens ad vomitum, culpis veteribus addendo novas, quod ipſe à tribus annis cum dimidio citra, vidit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in quadam domo apud Gardam, & ibi audivit predicationem & doctrinam eorum, & adoravit eos flexis genibus ter & dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ab aliis perſonis que ibi erant adorari. ¶ Item quod vidit dictum Petrum Auterii hereticum alibi in quadam alia domo Tholoſe alia vice. ¶ Item quod vidit dictum Petrum Auterii hereticum in quadam alia domo & alia vice Tholoſe. Item quod audivit predicationem & doctrinam dictorum hereticorum contra fidem catholicam, & contra ſacramenta ſancte eccleſie Romane Domini noſtri Jeſu Chriſti, & credidit tunc eos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & bonam ſectam & doctrinam, & quod homo poſſet ſal-

vari

vari in fide eorum. ¶ Item quod quidam homo qui erat credens hereticorum rogavit eum ad partem quod recederent in Lombardiam ad hereticos: & hoc non revelavit inquiſitoribus donec fuit citatus & vocatus. Item audivit multociens loqui de dictis hereticis, & commendari eos, & factum eorum, & audivit de locis in quibus recipiebantur, & de credentibus hereticorum quod erant multi, à quodam credente hereticorum qui induxit eum ad hoc, & non revelavit, immo celavit inquiſitoribus donec fuit arreſtatus & captus. ¶ Item quod in principio antequam confiteretur, negavit pluries veritatem coram me inquiſitore predicto, & fuit in negativa aliquibus diebus.

Sententia contra Philipam de Tunicio relapſam.

¶ Item Philipa de Tunicio uxor quondam Raimondi Maurelli oriunda de Limoſo fuit punita pro hiis que commiſerat in crimine hereſis per inquiſitores fratrem Rannulphum de Platiaco, & Poncium de Pernaco, anno Domini M°. CC°. LXXIIII°. tertio idus Maji, & habuit cruces duplices & minores peregrinationes. ¶ Item dicte cruces fuerunt ſibi depoſite per inquiſitores fratrem Ugonem Amelii, & fratrem Johannem Galandi, & abjuravit omnem hereticam pravitatem, ſicut conſtat 2.
per acta & libros inquiſitionis, & ipſamet recognovit predicta eſſe vera in judicio conſtituta. ¶ Item quia legitimè nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio coram bone memorie fratre Petro de Mulceone predicto, anno Domini M°. CC°. XC°. primo, die lune poſt feſtum beati Valentini, quod poſt predicta quedam perſona familiaris & amica hereticorum in ſecreto, & ad partem commendavit ſibi multociens hereticos & ſectam eorum, & in hoc conſenciit & placebat ſibi. ¶ Item cum eadem & quibusdam aliis perſonis in quadam domo in ſecreto audivit loqui & tractari de hereticis & commendari eos & ſectam eorum, & ibidem aliquis propoſuit multa verba de doctrina eorum erronea, & contra fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſcivit quod ille perſone habebant amorem ad hereticos, & loquebantur ad invicem familiariter de eisdem, & predicta commiſit duo anni vel circa poterant eſſe tempore confeſſionis ſue predicte. ¶ Item quod predicta celavit & negavit primitus contra proprium juramentum coram preffato inquiſitore fratre Petro de Mulceone in judicio conſtituta, & ſtetit in negativa veritatis multo tempore de quibus per dictum inquiſitorem habuit penitentiam ſicut coram me inquiſitore predicto recognovit & aſſeruit de penitentia.

¶ Item quia conſtat per confeſſionem ipſius factam in judicio, anno Domini M°. CCCVI°. die Jovis in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiſte, quod ipſa Philipa ſicut canis rediens ad vomitum, iterato de novo commiſit in crimine hereſis & tempore confeſſionis predicte fuit annus vel circa quod ipſa vidit in quadam domo Tholoſe tres hereticos, videlicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, & Petrum Raimondi, & ibidém cum quibusdam aliis perſonis audivit predicationem eorum ſeu doctrinam, & adoravit duos ex eis flexis genibus ter dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & ibidem vidit per quandam aliam perſonam dictos hereticos adorari. ¶ Item quod alia vice in quadam alia domo Tholoſe vidit predictos tres hereticos ſimul & portavit pro altero illorum vinum album bullitum cum ruta. Item quod alia vice in quadam alia domo Tholoſe vidit predictum Petrum Auterii hereticum cum quibusdam aliis perſonis, & ibidem audivit ipſius predicationem & doctrinam. ¶ Item in eadem domo alia vice vidit Petrum Raimondi & Jacobum Auterii hereticos predictos. Item quod in domo ſua vidit predictum Petrum Raimondi hereticum una vice. ¶ Item quod predicta omnia jurata & in judicio conſtituta pluries negavit, contra proprium juramentum & ſtetit diu pertinaciter in negativa veritatis. ¶ Item quod dictos hereticos credidit eſſe bonos homines & poſſe ſalvari in fide & ſecta eorum.

¶ Item quia conſtat per confeſſionem ipſius factam in judicio coram me fratre Bernardo inquiſitore predicto Anno Domini M°. CCCVII°. decimo Kalendas Martii

quod ipſa vidit & audivit Petrum Raimondi hereticum predictum in domo cujusdam mulieris que infirmabatur infirmitate de qua obiit duabus vicibus in duobus diebus cum dicta infirma que erat credens hereticorum, que obiit intra quatuor dies poſt, & hoc celavit ſcienter contra proprium juramentum per duos annos frequenter de plena & mera veritate dicenda requiſita in judicio conſtituta, & illa mulier de hoc rogaverat eam quod non revelaret, & ipſa promiſerat ſibi. ¶ Idcirco quia ſicut predictum eſt, & publicè lectum & recitatum intelligibiliter in vulgari in tam deteſtabili crimine hereſis predictus Poncius deliquit multipliciter primo labendo & poſt recidivans & relapſus in hereſim abjuratam.

¶ Et predicta Philipa poſt abjurationem hereſis, & poſt reconciliationem obtentam & poſt penitentiam de crucibus & peregrinationibus ſibi injunctam, & poſt gratiam depoſitionis crucum ſibi factam tanquam canes ambo ad vomitum redeuntes culpis veteribus novas ſuperaddere non verendo, nec divinum judicium metuendo, ex aprobati à ſe prioris erroris conſequencia in abjuratam hereſim relabendo, & per hoc ſe falſo & fictè converſſos & inpenitentes ac de tam enormi crimine incorrigibiles ſe oſtenderunt manifeſtè, nec non & omni gratia & miſericordia & audiencia tanquam relapſi fecerunt ſe indignos, ita quod promiſſionibus & juramentis ſuis nulla ſit de cetero fides penitus adhibenda. Nos preffati inquiſitor & vicarii communicato conſilio multorum bonorum virorum peritorum tam in jure canonico quam civili, & religioſorum plurium diſcretorum, Deum habentes pre oculis, & orthodoxe fidei puritatem, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis predictos Poncium Amelii & Philipam de Tunicio in hac die preſenti ipſis ad audiendum
2. b. ſententiam perhemptorie aſſignata dicimus & per ſententiam in hiis ſcriptis declaramus relapſos eſſe in hereſim abjuratam. Relinquentes eosdem Poncium & Philipam curie ſeculari. ¶ Lata fuit hec ſententia anno & die quibus ſupra in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe in ſermone publico, & congregata univerſitate cleri & populi in multitudine copioſa, aſſiſtente curia regali & capitulariis urbis & ſuburbii civitatis Tholoſe, preſtito ab eisdem primitus juramento coram toto populo, ut moris eſt, & in forma juramenti ſuperius poſita plenius continetur, aſſiſtentibus venerandis & religioſis viris, domino Pilo Forti abbate Lomberienſi, domino Berengario Feda, domino Geraldo de Lauterico canonicis ſancti Stephani Tholoſe, & domino Andrea Fredoli canonico Magalonenſi, & domino Raimondo Sobirani doctore decretorum, & domino Bertrando de Fumello canonico Connonarum, & domino Bertrando de Pujolis canonico Fuxenſi, domino Petro de Pradinis capellano majore ſancti Stephani Tholoſe, domino Stephano de monte lauro theſaurario domini epiſcopi Tholoſani, domino Bartholomeo de Curte tenente ſigillum curie officii Tholoſani, & fratribus ordinis predicatorum, Arnaldo Johannis Priore Pruliani, & Guilielmo de Anhams Priore Tholoſano, & Bernardo de Villela & Aymerico Martini, & domino Ugone Geraldi tenente locum ſeneſcalli Tholoſani, & multis religioſis ordinis ſancti Franciſci Giſtercienſium Carmelitarum & Auguſtinorum, qui in eccleſia erant, & me Jacobo Marqueſii notario inquiſitionis qui hec ſcripſi & recepi, *& ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Sententia contra duas perſonas hereticatas in fine.*

Anno & die quibus ſupra. Nos preffati Inquiſitor & Vicarii. Quia legitime nobis conſtat per plures teſtes juratos in inquiſitione receptos quod Ricarda uxor quondam Guilielmi Dominici de Borno dyoceſios Tholoſane dum viveret in hoſpitio ſuo ſeu filii ſui in quo morabatur in Borno vidit hereticos pluries & ibidem adoravit eos pluries & audivit predicationem & doctrinam peſtifferam eorundem & etiam in aliis hoſpiciis quibusdam & commendabat vitam & ſectam eorum, & quasdam perſonas conjunctas allexit ad amorem & credentiam hereticorum, & hec commiſit à ſex annis citra. ¶ Item quod tempore infirmitatis ſue de qua obiit fuit per Petrum Auterii & Amelium hereticos hereticata & recepta ad ſectam ipſorum ſecun-

cundum modum & ritum execrabilem hereticorum & conſolamentum immo verius deſolamentum recepit ab eis, & infra paucos dies ſic obiit, nec de ejus penitentia quod de predictis penituerit nobis conſtat, & predicta hereticatio fuit facta, tres anni erant, in iſta preſenti quadrageſima preſentibus Raimondo Dominici filio ipſius & Guilielma uxore ejus.

¶ Item quod Guilielmus Yſarni filius Geraldi Yſarni de Villa Muro in ultima egritudine de qua deceſſit fuit hereticatus & receptus ad ſectam dampnatam hereticorum per Jacobum Auterii hereticum ſecundum modum & ritum execrabilem dicte ſecte preſentibus & aſiſtentibus Geraldo Yſarni patre ipſius Guilielmi & Guilielma matre ejusdem & duabus perſonis aliis ſicut per ateſtationes juratas ipſorum quatuor in judicio nobis conſtat, & predicta hereticatio facta fuit citra inſtans feſtum ſancti Johannis Baptiſte erunt tres anni intra feſtum penthecoſtes & dictum feſtum: citatis & vocatis qui ad deffenſionem ipſius Ricarde & Guilielmi predicti fuerant evocandi nullo legitimo deffenſore comparente qui vellet aliquid proponere pro eisdem immo expreſſe fuit renunciatum coram inquiſitore preffato cauſe & deffenſioni ipſorum deffunctorum tam per parentes ipſius Guilielmi quam per filium & heredem dicte Ricarde, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato communicato & prehabito conſilio plurium ſapientum ac peritorum in utroque jure tam canonico quam civili, & religioſorum virorum preſenti die ad audiendam diffinitivam ſententiam ſuper premiſſis perhemptorie aſſignata ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis diffinitivam in hiis ſcriptis ferentes ſententiam, predictam Ricardam fuiſſe credentem hereticorum & hereticatam deceſiſſe pronunciamus & tanquam hereticam condempnamus: & predictum Guilielmum hereticatum in fine, tanquam hereticum condempnamus precipientes ut in ſignum perditionis oſſa utriusque ſi diſcerni poſſunt ab oſſibus fidelium extumulentur, & extra cimiterium comburantur. ¶ Item quod domus in qua dicta Ricarda, & illa in qua dictus Guilielmus hereticati fuerunt, funditus deſtruantur, ita quod utraque domus fiat perpetuo inhabitabilis: & ſicut fuit receptaculum perfidorum, ſic fiat locus ſordium & cedat in locum ſterquilinii & fetoris: contradicentes ſi qui fuerint aut rebelles in hiis ſcriptis excommunicationis ſententie ſupponendo. ¶ Lata fuit hec ſententia anno & die & loco quibus ſuprà in preſentia predictorum. *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

Sententia ad diruendum duas domos.

¶ *Sententia contra Stephanam de Proaudo hereticam que converti noluit ab hereſi.* 3.

Anno & die quibus ſupra. Nos preffati Inquiſitor & Vicarii. Quia evidentiſſime & legitimè per aſſertiones tuas nepharias nobis conſtat, quod tu Stephana de Proaudo filia Martini de Proaudo uxor quondam Petri Gilberti doctrinis peſtifferis hereticorum imbuta errores intolerabiles & abhominabiles aſſeris & fateris contra fidem catholicam ſacroſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti ipſius incarnationem ex muliere proffanis labiis factam fuiſſe vel eſſe denegando. ¶ Et reſurrectionem factam humanorum corporum diffitendo. ¶ Creationem viſibilium attribuendo dyabolo quem aſſeris principem hujus mundi & eandem omnipotenti Deo ſubtrahendo. ¶ Et omnia ſeptem ſacramenta ſalutis noſtre vituperabiliter diffiteris abnegas & condempnas juxta errorem impietatis heretice. ¶ Videlicet baptiſmum factum in aqua corporali & parvulis exibitum. ¶ Item ſacramentum ſacri corporis & ſanguinis ex pane & vino in altari Domini Jeſu Chriſti. ¶ Et confeſſionem peccatorum factam ſacerdotibus Romane eccleſie, quos negas non poſſe ſolvere nec ligare. ¶ Item ſacramentum matrimonii carnalis quod ſine peccato fieri non poſſe vel eſſe ſecundum doctrinam ipſorum hereticorum aſſeris & affirmas. ¶ Noſtrosque ſacros ordines vituperas & blasfemas eis prefferendo dampnatum hereticorum ordinem & proffanum. ¶ Ordinem ſancti Jacobi ſeu extreme unctio-

nis pro infirmis in oleo materiali facto nichil valere dicis, eidem prefferendo execrabilem impoſitionem manuum quam ipſi vocant baptiſmum ſpiritualem, ſeu conſolamentum vel receptionem, & bonum finem. ¶ Item vitam, ſectam & fidem dictorum hereticorum aprobas & commendas deffendis & ſuſtines, & quod non ſit ſalus alicui niſi receptus fuerit ab eisdem, & in ſecta eorum moriatur, impie aſſeris & proffaris. ¶ Item ſignum ſancte crucis quod tota veneratur eccleſia tanquam ſignum ſalutis noſtre, repreſentativum dominice paſſionis, tu aſſeris & dicis eſſe ſignum diaboli deteſtandum. ¶ Item ſtatum tocius Romane eccleſie vituperas & condempnas & poteſtatem ligandi & ſolvendi denegas in omnibus eccleſie Romane prelatis, dicens quod non poſſunt ſolvere nec ligare alios peccatores cum ipſi ſint magis peccatores, & ipſos hereticos, quos bonos homines apellas & dicis, tu aſſeris poſſe dare ad ſalutem ſpiritum ſanctum illis quos recipiunt, & ipſos dicis eſſe imitatores apoſtolorum, & tenere vitam & ſectam ipſorum & alia multa erronea & falſa juxta premiſſa dicis & aſſeris ſicut auribus noſtris premiſſa audivimus ab ore tuo pluries & in preſentia plurium perſonarum. ¶ Item à te audivimus multis nobiscum audientibus & preſentibus quod tu vidiſti & audiviſti per vices VII hereticos perfectos in Tholoſa, videlicet Petrum Raimondi de ſancto Papulo, & Meſſier Bernart de monte acuto, & Petrum Auterii, & Jacobum filium ejus, & Guilielmum Auterii fratrem dicti Petri, & Amelium, & Andream, & octavum hereticum vidiſti in carreria quem nominas Philippum. ¶ Item fuiſti confeſſa coram inquiſitore preffato, quod dictum Jacobum hereticum modo hereticali adoraſti. ¶ Super quibus erroribus & hereſibus frequenter fuiſti admonita & exortata rationibus & auctoritatibus ſcripture ſacre, & verbis dulcibus in Domino obſecrata tam per me inquiſitorem preffatum & vicarios quam per multos religioſos Predicatorum & Minorum & aliorum ordinum quam per multos alios probos viros clericos & laicos de villa Tholoſe, ac etiam per parentes tuos ut diſcederes ab erroribus ante dictis & corde bono & puro redires ad ſanctam matrem eccleſiam Romanam extra quam non eſt ſalus, & dimitteres deteſtabilem ſectam hereticam que ducit animas ad dampnationem & perniciem infernalem nec adhuc voluiſti adquieſcere, nec converti ad fidem catholicam expectata diutius, ſed etiam adhuc in dicta pertinacia perſeveras animo indurato. ¶ Idcirco communicato bonorum virorum conſilio peritorum in utroque jure canonico & civili, nec non religioſorum multorum. Ne tamquam ovis morbida gregis dominici inficias oves ſanas, Deum habentes pre oculis, tantam blasfemiam & ignominiam fidei & nominis Domini Jeſu Chriſti non ferentes: aſſignata tibi perhemptoria iſta preſenti die ad audiendam diffinitivam ſententiam de te ipſa, ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis, te hereticam judicamus & tanquam hereticam relinquimus curie ſeculari. ¶ Lata fuit hec ſententia anno & die & loco quibus ſupra in preſentia predictorum. *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis preſens interfui & recepi & hic me ſubcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Converſio predicte Stephane.*

¶ Predicta Stephana ſequenti die lune ſaniori uſa conſilio videns tum paratum ſibi ignis ſuplicium imminere ipſo die dixit quod volebat converti ad fidem catholicam & redire ad eccleſiaſticam unitatem ſive ficte ſive de corde vero hoc dixerit metu
3. b. mortis, humanum non poteſt judicium certitudinaliter diffinire, & propoſito & expoſito ſibi prius quod tempus gratie elapſum erat ſibi, & de ſalute anime cogitaret & quecunque de facto hereſis de ſe vel de aliis ſciebat integraliter revelaret, promiſit ſe hoc facere & dicere & in fide ſancte eccleſie Romane velle mori, quapropter preffatus dominus inquiſitor & vicarii domini epiſcopi Tholoſani ſequenti die Martis convocaverunt conſilium ſapientum & peritorum in utroque jure canonico & civili, & religioſorum virorum de Tholoſa coram domino Andrea Camerinenſi epiſcopo theſaurario domini Pape quid in hoc caſu agendum foret expediens & ſalubre poſt ſententiam tam ſolempniter promulgatam, & fuit concluſum in conſilio, quod

ſequenti die dominica fidem ſancte Romane eccleſie domini Jeſu Chriſti publicè confiteretur & errores ſuos nephandos ibidem revocaret, & omnem pravitatem hereticam abjuraret, ſic demum reduceretur ad murum ubi probaretur an ejus converſio eſſet vera vel ficta, & ſic cuſtodiretur quod non poſſet inficere ſeu corrumpere alios ſuis erroribus & penitentiam ageret de commiſſis, & ejus confeſſio de crimine hereſis haberetur. Unde juxta predictum conſilium dominica ſecunda quadrageſime vi°. idus Martii anno Domini pretaxato convocata univerſitate cleri & populi Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani in multitudine copioſa, facto ſermone per dominum inquiſitorem, predicta Stephana coram omnibus fidem catholicam eſt confeſſa, revocavit errores, & abjuravit omnem hereticam pravitatem, & juravit ad ſancta Dei euangelia ſtare & parere mandatis eccleſie & inquiſitorum, & fuit ab excommunicationis vinculo ſecundum formam eccleſie abſoluta & ad murum reducta ut ibidem probetur & agat penitentiam. Sententia condempnationis ipſius in nullo aliter immutata, ſed in ſuo manente vigore, niſi manifeſtis indiciis appareat evidenter, quod ipſa veraciter ſit converſa. Acta fuerunt hec anno & die & loco predictis preſentibus & aſſiſtentibus venerandis viris, domino Guilielmo Hunaudi abbate Leſatenſi, dominis Geraldo Raffini Raimondo Sobirani doctoribus decretorum, Yvone judice Tholoſano, Jordano de ſancto felice doctore legum, Geraldo de Lauterico, Bernardo de monte claro canonicis ſancti Stephani, Boniffacio monacho Leſatenſi, Johanne de Forſa camerario Agathenſi, Petro de Pradinis capellano majore ſancti Stephani, Stephano de monte lauro theſaurario domini epiſcopi Tholoſani, Hugone de Carrollis juriſperito, Johanne de Turre & Petro Geraldi tenentibus locum vicarii Tholoſe, fratribus predicatoribus, Guilielmo de Anhams Priore Tholoſano, Guilielmo de Leus lectore Tholoſano, Aymerico Martini ſocio domini inquiſitoris predicti, & conſulibus Tholoſe, Danino de Roaxio, Raimondo Maurandi, Audrico Maurandi, Raimondo Arnaldi de Nugole, Magiſtro Arnaldo Boni, Franciſco de Gaure, Arnaldo Johannis de Gargat, & predicto populo publice vocato, & me Jacobo Marqueſii notario inquiſitionis qui hec ſcripſi & recepi. *Et hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

¶ Sermo factus Anno Domini m°. ccc°. nono in feſto Trinitatis.

Anno Domini m°. ccc°. nono viii Kalendas Junii in feſto ſancte Trinitatis, ad honorem Dei omnipotentis & ſancte Romane eccleſie cui preſidet ſanctiſſimus pater dominus Clemens papa quintus per reverendum patrem dominum Galhardum epiſcopum Tholoſanum, & religioſum virum fratrem Bernardum Guidonis ordinis predicatorum inquiſitorem heretice pravitatis Tholoſanum auctoritate apoſtolica deputatum, fuerunt late ſententie, & injuncte penitentie que ſequuntur perſonis inferius nominatis pro hiis que commiſerant in hereſi. Recitatis culpis ſingulorum ibidem intelligibiliter in vulgari, quas prius confeſſi fuerant nulloque negante penitentias ſuſceperunt in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe, preſente curia regali, & conſulibus Tholoſanis, & multitudine clerì & populi copioſa.

¶ *Juramentum curialium regis.*

¶ Nos Philipus de Fontanis vicarius Tholoſe domini noſtri regis, & Ugo Geraldi judex apellationum juramus per hec ſancta Dei euangelia quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & teneri faciemus & ipſam deffendemus pro viribus contra omnes. ¶ Item quod hereticos credentes, fautores & receptatores eorundem perſequemur & capiemus, & capi faciemus quandocunque poterimus, & accuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus ſi alicubi noverimus eos eſſe. ¶ Item quod non committemus bavilias vel adminiſtrationes nec officia publica alicui de predictis perſonis peſtifferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit ratione criminis hereſis quod 4.

pu-

publicis officiis non fungatur, nec aliquem de predictis recipiemus, nec habebimus in noſtra familia ſeu conſortio vel ſervicio nec in noſtro conſilio ſcienter, & ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos poſtquam ad notitiam noſtram pervenerit protinus expellemus. Et in hiis & in aliis que ad officium inquiſitionis pertinent erimus obedientes Deo & Romane eccleſie & inquiſitoribus: ſic Deus nos adjuvet, & hec ſancta Dei euangelia.

¶ *Eadem eſt forma juramenti conſulum.*

¶ Nos Bernardus de Fontanis, Guilielmus Durandi, Bertrandus de Palatio, Poncius de Prinhato, Guilielmus Bequini, Vitalis de Forgis, Geraldus Arnaldi de ponte, Petrus de Prinhato de coquinis, Stephanus de Carabordas, Petrus de Caſtro novo, conſules ſeu capitularii Tholoſani, juramus per hec ſancta Dei euangelia &c. ut ſuprà immediatè.

¶ *Sententia excommunicationis contra inpedientes officium inquiſitionis.*

¶ Cum negocium fidei ſacroſancte, in qua fundamenta eccleſie orthodoxe à Domino Jeſu Chriſto ſunt firmiter & ſolide ſtabilita, nullus Chriſtianus inpedire debeat, ſet pocius totis viribus promovere, ideo Nos Galhardus divina providencia epiſcopus Tholoſanus, & frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor Tholoſanus heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apoſtolica deputatus, omnes illos qui negocium inquiſitionis ſcienter inpedierint vel de cetero inpedient quoquo modo, directe vel indirecte, manifeſte vel occultè, vel per ſe veritatem celando vel legitimè confeſſata revocando, ſeu alios ad celandum vel revocandum indebite inducendo, & quicunque ad hoc directe vel indirecte, occulte vel manifeſte conſilium auxilium ſcienter inpenderint vel favorem, auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, & excommunicatos publice nunciamus.

¶ Lata fuit hec ſententia anno & die & loco predictis in preſencia & teſtimonio venerabilium virorum dominorum Bertrandi Berengarii abbatis Caſtrenſis & Guilielmi Unaudi abbatis Leſatenſis, & Pili Fortis abbatis Lomberienſis, Bernardi de Aſtaragueſio canonici ſancti Stephani & archidiaconi de villa longa, & domini Amelii Fredoli canonici ſancti Stephani & archidiaconi Leſatenſis, & Sicardi Froterii prioris de inſula, Poncii Blancardi prioris de Alſona, Rollandi Cancellarii Tholoſani, domini Bertrandi de deo pantala elemoſinarii canonicorum ſancti Stephani, Peregrini de Vacariſſa archidiaconi in eccleſia Aduренſi, Barrani de Prixiaco Canonici Agathenſis, Arnaldi de Villario canonici & operarii Caturcenſis, Bertrandi de Puiolibus Canonici Fuxenſis, Poncii de Rabaſtencs canonici Caturcenſis, Petri de Lacu Canonici Claromontenſis, & religioſorum virorum fratrum ordinis predicatorum Bertrandi prioris Tholoſani, Arnaldi Johannis prioris Pruliani, Guilielmi de Leus magiſtri in theologia, Arnaldi de Barreria lectoris, Boni Mancipii, Bernardi de Villela, Raimondi de Jumato; B. de Boria, Helye Telhphondi; & nobilis viri domini Johannis de malo cochino ſenatoris Tholoſe, Philippi de Fontanis vicarii Tholoſe, magiſtrorum Ugonis Geraldi judicis apellationum, Raimondi Coſta, judicis rivorum, domini Raimondi Unaldi militis & plurium aliorum aſſiſtentium.

¶ *Ad gratiam de crucibus deponendis.*

¶ Tholoſana de Rocavidal que fuit olim immurata anno Domini M°. CC°. LXXIIII°. tertio ydus Mayi, item fuit educta de muro cum crucibus, anno Domini M°. CCCVII°. dominica prima quadrageſime.

¶ Raimonda uxor quondam Stephani Got de Garda de tempore fratris Petri de Pogeto, & fratris Stephani Vaſcinenſis inquiſitorum.

¶ Guilielma Borrela de Garrigiis de tempore fratris Johannis Vigoroſi inquiſitoris.

¶ Mar-

¶ Martinus Cavalerii de garrigiis de tempore fratris Petri de mulceone inquiſitoris. Et conpleant viſitationes & alia generalia contenta in literis quas habeant & requirant infra quindecim dies.

Educti de muro. 4. b.

¶ Iſti fuerunt educti de muro cum crucibus & peregrinationibus eisdem inpoſitis & injunctis & aliis generalibus prout in literis penitentiarum ipſorum plenius continentur, retenta poteſtate inquiſitoribus ſemper revocandi eos ad murum ſi & quandocunque ipſis inquiſitoribus viſum fuerit, etiam ſine nova cauſa.

¶ Poncius Eſpigati de garrigiis ‡ qui fuerat confeſſus de hereſi anno Domini M°. CC°. LXXXIII°. die Martis ante feſtum penthecoſtes, & condempnatus ad murum anno Domini M°. CC°. LXXXIII°. quarto Kalendas Septembris viſitationes Tholoſe quamdiu vixit, & generalia in literis.

¶ Petrus Criſtolli de alto pullo † qui fuit confeſſus de hereſi, anno Domini M°. CC°. LXXXIII°. die Mercurii ante feſtum beati Gregorii, & condempnatus ad murum, anno Domini M°. CC°. LXXXVI°. IIII°. Kalendas Maji, podium beate Marie & Sanctum Vincentium de caſtris & viſitationes Tholoſe quamdiu vixerit, & generalia in literis.

¶ Durandus Textoris † abſens propter debilitatem, & fuerunt ſibi transmiſſe cruces quas non portaverit, revocetur ad murum qui fuit confeſſus de hereſi, anno Domini M°. CC°. LXXXV°. nonis Junii, die Mercurii ante feſtum beati Dioniſii, & condempnatus ad murum, anno Domini M°. CC°. LXXXVI°. IIII°. Kalendas Maji, viſitationes Tholoſe, & generalia in literis.

¶ Johannes Barrani de garrigiis † qui fuit confeſſus de hereſi, anno Domini M°. CC°. LXXXV°. die Martis poſt octavam diem penthecoſtes, & condempnatus ad murum, anno Domini M°. CC°. LXXXVI°. IIII°. Kalendas Maji, rupem amatoris infra annum, & viſitationes Tholoſe quamdiu vixerit, & generalia in literis.

¶ Bernardus Amelii de manſo ſanctarum puellarum † qui fuit confeſſus de hereſi, anno Domino M°. CC°. LXXXVII°. ultima die Maji, & condempnatus ad muram, anno Domini M°. CC°. LXXXVIII°. idibus Junii ſanctam Mariam de ſirinhano & de tabulis in monte peſſulano, de valle viridi, & ſanctum Egidium infra annum & viſitationes Tholoſe quamdiu vixerit, & generalia in literis.

¶ Guilielmus Petri Polerii de ſancto papulo de cada Jovis ‡ qui fuit confeſſus quod tulerat falſum teſtimonium de hereſi, anno Domini M°. CC°. XC°. die ſabbati poſt feſtum beate Lucie virginis, & fuit condempnatus ad murum ut dicit, anno Domini M°. CC°. nonageſimo primo, dominica in quindene paſche, nonis Maji peregrinationes minores integraliter infra quatuor annos, & viſitationes Tholoſe.

Culpe Cruceſſignatorum.

¶ Matheus Aycardi tenchurerius de Tholoſa in Funicio ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries & in pluribus locis Petrum Raimondi, & Meſſer Bernad hereticos. ¶ Item Jacobum & quendam alium ſenem qui vocabatur Petrus, & audivit dictum Petrum Raimondi hereticum legentem in quodam libro qui hereticus docuit eum quod quando veniret ad eos vel recederet ab eis diceret benedicite & ipſi darent ei benedictionem. ¶ Item bis ſalutavit eos dicendo benedicite & amoto capucio inclinando. ¶ Item dedit Petro Raimondi heretico XII d'una vice. ¶ Item VI d' Tholoſa alia vice. Item loquutus eſt & audivit loqui de facto hereticorum cum perſonis credentibus & amicis ipſorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem non ſimpliciter, immo dubitabat in verbis eorum ut dicit. Committens predicta citra annum ante confeſſionem ſuam de predictis, nec predicta voluit confiteri niſi prius captus & detentus.

M°. CCC°. VI°. *in craſtino ſancti Johannis Baptiſte confeſſus.*

M°. CCCVII°. *quinto idus Julii confeſſus.* ¶ Bernardus de barrio alias cognominatus de Contraſto de Tholoſa † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos ſcilicet Jacobum Auterii & Petrum patrem ipſius in domo ſua, & ſemel audivit dictum Jacobum legentem in quodam libro de euangeliis & epiſtolis ut dicebat & poſt illa dictus Jacobus hereticus voluit quod ipſe & alii adorarent eum, & ipſe cum aliis adoravit eum inclinando ſe ſuper unam bancam ter & dicendo benedicite, & hereticus reſpondebat Deus vos benedicat. Interrogatus de credentia hereticorum, reſpondit quod non credidit eis. Predicta non fuit confeſſus niſi prius captus & detentus.

M°. CCCVII°. IIII°. *idus Julii confeſſa.* ¶ Blanca uxor Jacobi de barrio † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & recepit eos in domo ſua ubi jacuerunt ipſa ſciente, & audivit verba & monitiones & predicationem ipſorum contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & adoravit eos aliquotiens & vidit ab aliis adorari. ¶ Item interfuit hereticationi Ricarde ſocrus ſue, & in fine adoravit hereticum, ſcilicet Petrum Auterii qui ipſam hereticavit, ſcilicet flexis genibus & junctis manibus, & inclinando ſe proffunde coram eis & ter dicendo benedicite. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, Petrus Raimondi de ſancto papulo, Petrus Auterii & Jacobus Auterii, & quidam alter cujus nomen neſcivit. Interrogata de credencia hereticorum reſpondit quod non credidit in eis, ſet multum trepidabat, ſet ſororia ſua Guilielma cottidie trahebat eam ad amorem ipſorum, & metu ejus faciebat multa.

5.

M°. CCCV°. *die Jovis poſt feſtum beati Luce confeſſa.* ¶ Aycelina uxor Johannis Bernerii de Verduneto ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo ſua, & alibi, & adoravit eos, & audivit eos legentes in quodam libro aliqua verba de doctrina ipſorum. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, Petrus vel Guilielmus Auterii, Andreas de pradis, Jacobus Auterii, Amelius de perlis, Petrus Raimondi, non ſimul omnes, ſet viciſſim aliquando unum, aliquando duos, & negavit credentiam hereticorum. ¶ Item requiſita in judicio à principio negavit adorationem. Committens predicta ab uno anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis.

M°. CCCVIII°. *confeſſa.* ¶ Raimonda uxor Arnaldi fabri de maſcart villa ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit Petrum Auterii hereticum ſemel vel bis, & audivit verba & monitiones ipſius & adoravit eum flexis genibus junctis manibus ter dicendo benedicite inclinando ſe proffunde, & elemoſinam dedit ei, ſcilicet duos ſolidos. ¶ Item credidit ipſum eſſe bonum hominem & veracem, & poſſe ſalvari in fide ipſius.

M°. CCCVII°. *tertio Kalendas Februarii confeſſa.* ¶ Johanna uxor Raimondi Guidonis de garda † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio vidit hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, & Jacobum Auterii filium ejus in domo ſua duabus vicibus, & ſalutavit eos inclinando ſe & caput ſuum coram eis, & audivit eos legentes de euangeliis & epiſtolis in quodam libro, & ſciebat eos eſſe tales, & fuit incantata quod non revelaret predicta. Committens predicta à tribus annis citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes. ¶ Negat quod non habuit fidem in eis, nec placebat ſibi quia veniebant ad domum ſuam.

M°. CCCVIII°. *confeſſus.* ¶ Petrus Gilaberti filius Vitalis Gilaberti de ferriis ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo patris ſui, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus inclinando ſe proffunde, & ter dicendo benedicite, & audivit verba & monitiones & predicationem ipſorum. ¶ Item aſſociavit eos de loco ad locum. Interrogatus ſi credidit hereticos eſſe bonos homines reſpondit quod non. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, Jacobus Auterii filius ejus, Amelius de perlis, Petrus Sancii de garda quem adduxit ſemel de ſancto Sulpitio apud feriis miſſus pro heretico adducendo & venerunt de nocte. ¶ Item predicta noluit confiteri niſi prius captus & detentus, & negavit à principio veritatem. ¶ Item in confeſſione ſua, quam primo fecit, celavit

Juvenis erat tunc, & ideo mitius actum fuit cum eo & habuit cruces.

lavit ſcienter aliqua de facto hereſis contra proprium juramentum, ſicut poſtea in judicio recognovit. ¶ Convincitur de viſione & adoratione hereticorum per duos teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Jovis poſt teſtum ſancti Andree confeſſa.*

¶ Petrona uxor Petri Sicardi de villa muro † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos pluries in domo ſua & alibi, & adoravit eos junctis manibus flexis genibus inclinando ſe profunde ter dicendo benedicite. ¶ Item interfuit hereticationi Guillelmi filii Geraldi Yſarni de villa muro, & vidit & audivit, & in fine adoravit Jacobum Auterii hereticum qui hereticavit dictum Guilielmum. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum bis. Interrogata ſi credidit hereticos eſſe bonos homines reſpondit quod non. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, Jacobus Auterii, Amelius de Perlis, Guilielmus Auterii, Petrus Auterii.

Quia habebat multos pueros parvos & quia vir ſuus fecerat fieri, quem timebat, invenit gratiam de muro.

M°. cccvii°. viii°. *Kalendas Junii confeſſus.*

¶ Arnaldus Yſarni filius Geraldi Yſarni de villa muro † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit Jacobum hereticum, & adoravit eum flexis genibus junctis manibus inclinando ſe proffunde ſuper unam bancam, ſicut docuerunt eum, quod faceret pater ſuus & mater ſua, qui ſimiliter ibidem fecerunt, & erat tunc etatis XV annorum.

Fiat ei gratia de crucibus in primo ſermone propter etatem.

5. b.

¶ Jacobus Mercaderii filius Jacobi Mercaderii de borno † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit Petrum Auterii & Jacobum Auterii hereticos, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus & dicendo ter benedicite, & ſciebat ipſos tales, in domo ſua & fratrum ſuorum in Borno. ¶ Item credidit quod multotiens fuerunt heretici in dicta domo abſconditi in quodam ſolario, ſet ipſe non videbat eos quia alii fratres ſui cavebant ſibi ab eo ut dicit. Committens predicta tres anni erant, quando fecit confeſſionem de predictis.

M°. cccvii°. iiii°. *Junii confeſſus.* *Juvenis eſt circa* xviii. *annos, fiat ei gratia de crucibus in primo ſermone, quia minor erat quando commiſit.*

¶ Johanna uxor Raimondi Ivernati de borno † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio vidit Petrum hereticum, & quendam alium cum eo cujus nomen neſcit & ſcivit eos eſſe hereticos. ¶ Item vidit duos hereticos in alio loco quorum nomina neſcit. ¶ Item alibi predictos duos hereticos. ¶ Item dixit quod adoravit predictum Petrum hereticum flexis genibus ter junctis manibus, & dicendo ter benedicite. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. Committens predicta per duos annos ante confeſſionem ſuam de predictis.

M°. cccv°. *in vigilia beati Thome confeſſa.*

¶ Raimondus Yvernati filius Poncii Yvernati de borno † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit duos hereticos in quodam ſolario domus Guilielmi Eſpanhol de borno, quos oſtendit ſibi Guilielma uxor Guilielmi Eſpanhol quorum nomina neſcivit, ſed ſcivit ipſos eſſe tales, quia ipſimet dixerunt ſibi, quod erant de illis qui vocantur heretici, ſed ipſi non reputant ſe tales, & audivit aliqua verba ipſorum ibidem. ¶ Item poſt tres dies dicta Guilielma dixit ei, ſi volebat eos iterum videre qui reſpondit quod non. Committens predicta per duos annos ante confeſſionem ſuam de predictis.

M°. cccv°. *in vigilia beati Thome apoſtoli confeſſus.*

¶ Germanus de Bugaralh de palaitz villa ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, audivit dici ab Andrena de auriaco, quod hereticierant in terra & quod dederant ſibi pulcra jocalia, & oſtendit ſibi quendam librum quem dederant ei, & dixit ſibi quod unus illorum hominum vocabatur Jacobus & ſteterat per VIII° dies in domo ſua. ¶ Item quod Vitalis Audoyni filius Bernardi Audoyni de monte acuto, de quo Bernardo erat fama quod fugerat pro facto hereſis, miſit ipſum qui loquitur ex parte predicti Bernardi patris ſui ad Guilielmam Sentgelia de bauro, quod mitteret ei quandam ſummam pecunie quam debebat dicto patri ſuo. ¶ Item dixit quod vidit dictum Bernardum Audoyni Tholoſe in carreria de tunico, qui rogavit ipſum qui loquitur quod diceret dicte Guilielme, quod mitteret ſibi predictam ſummam pecunie. Interrogatus ſi ſciebat dictum Bernardum eſſe hereticum, reſpondit quod dubitabat. ¶ Item dixit quod Guilielmus de monte acuto dixit ei quod in ſancto Sulpitio morabantur duo homines, qui ſciebant ubi erant heretici, & ſi neceſſe eſſet ſibi quod iret illuc, & quod haberent hereticos

M°. cccviii°. iiii°. *idus Julii confeſſus.*

ad recipiendum matrem ſuam vel aliam perſonam in ſectam hereticorum. Item dixit quod Petrus Guilielmi de primeto dixit ei quod ſi neceſſe eſſet quod ipſe haberet hereticos ad recipiendum matrem ſuam que erat debilis, & ipſe qui loquitur promiſit quod ſi mater ſua vellet, quod ipſe ſignificaret ei. ¶ Item loqutus eſt multoticns familiariter & ſecrete cum pluribus perſonis de facto hereticorum, & predicta noluit confiteri donec prius fuit captus & detentus.

M°. cccv°. *die veneris poſt cineres Confeſſus.*

¶ Petrus Chatmarii, filius Guilielmi Chatmarii de villa magna † ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitimè factam in judicio, vidit pluries hereticos, & fecit eis reverenciam inclinato capite & amoto capucio & dicendo benedicite. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & poſſe ſalvari in fide eorum. ¶ Heretici quos vidit ſunt iſti, Meſſer Bernad Audoyni, Petrus Raimondi de ſancto papulo & Amelius de perlis. Committens predicta ab uno anno & dimidio & à dimidio anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis.

M°. cccvii°. v°. *idus Martii confeſſus.* *Iſte* Raimondus *ſtetit in muro per annum & amplius quaſi per tres menſes, & ideo fuit ſibi facta gratia.*

¶ Raimondus Barravi, filius Durandi Barravi de borno ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, fuit inductus ad videndum hereticos per quaſdam perſonas. Item ad herendum eis. Item vidit duos hereticos in domo Guilielmi Aliguerii de mirapiſce, & audivit verba ipſorum, & cum aliis adoravit eos inclinando ſe proffunde coram eis ter & dicendo ter benedicite, & audivit & ſcivit tunc quod erant heretici & alter vocabatur Andreas. ¶ Item poſt vidit alium hereticum qui vocabatur Philippus ut audivit dici quem ducebat Bernardus Gacha cum quodam alio. ¶ Item poſt vidit predictum Philippum hereticum cum Petro Sancii de garda in vaſconia, & adoravit dictum hereticum. ¶ Item ſcivit & vidit multos qui fugiebant pro facto hæreticorum quia timebant capi, & fuit cum eis aliquando, & audivit loqui aliquas perſonas ſibi de facto hereticorum multa. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in vita & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos uſque-quo fuit captus, & inductus ad confitendum ut dixit. ¶ Item à principio negavit & celavit veritatem. Committens prædicta à tribus annis ab uno anno citra.

6.

M°. cccv°. *die Veneris poſt feſtum beati Martini.*

¶ Raimonda textrix mater Guilielmi Falqueti de verduneto ‡ ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, primo ivit in Lombardiam ad hereticos apud Comum cum multis aliis perſonis quas nominat, ſed tunc non vidit eos ibi, & erant VIII anni, tempore quo fecit confeſſionem ſuam. ¶ Item poſt in Verduneto vidit Petrum & Jacobum Auterii hereticos ſimul duabus vicibus. ¶ Item vidit Jacobum Auterii hereticum aliis duabus vicibus, & audivit verba ejus & ipſum legentem in quodam libro, & ſemel inclinando ſe junctis manibus coram hereticis dixit, boni Chriſtiani rogate Dominum pro nobis quod perducat nos ad bonum finem. ¶ Item comedit bis de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit quod heretici eſſent boni homines, ſet non credebat ut dixit quod homo poſſet ſalvari in fide eorum. Committens predicta poſtquam rediit de Lombardia à tribus annis à duobus ab uno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de via Lombardie per multos teſtes concordes, & de viſione heriticorum poſt.

¶ *Sententia vel penitentia Cruceſignatorum.*

¶ In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Nos preffati epiſcopus Tholoſanus & inquiſitor. Quia legitime in judicio nobis conſtat quod tu Bernarde de barrio alias cognominatus de contraſto, & tu Blanca uxor Jacobi de barrio aliter cognominati de contraſto de porta de poſanula Tholoſe, & tu Johanna uxor Raimondi Guidonis de garda, & tu Arnalde Yſarni filius Geraldi Yſarni de villa muro, & tu Jacobe Mercaderii de borno, & tu Johanna uxor Raimondi Yvernati de borno & tu Raimonde Yvernati filius Poncii Yvernati de borno & tu Petre Chatmarii filius Guilelmi Chatmarii de villa magna. Tam graviter in crimine dampnate hereſis contra Deum & ſanctam eccleſiam deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes prenominatos nunc ſaniori utentes conſilio,

ad

ad unitatem eccleſie prout aſſeritis redire volentes in primis abjurata prorſus omni heretica pravitate abſolvimus ſecundum formam eccleſiæ ab excommunicationis vinculis quibus tenebamini aſtricti ratione criminis memorati, ſi tamen ad unitatem eccleſie ex corde bono redieritis, & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & ſanctam eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, vobis conparentibus coram nobis hac die ad recipiendum penitentiam ſuper commiſſis in crimine hereſis aſſignata inponimus, & injugimus pro penitentia duas cruces de filtro crocei coloris portandas, unam anterius & aliam poſterius in omni veſte veſtra, preterquam in camiſia, ſine quibus prominentibus infra domum vel extra nullatenus incedatis, quarum quantitas in longitudine ſit duorum palmorum & dimidii brachium unum, & duorum palmorum brachium aliud, ſcilicet transverſale & trium digitorum in latitudine utrumque brachium. Et easdem refficiatis vel innovetis ſi rumpantur vel defficiant vetuſtate. ¶ Item peregrinationes & viſitationes eccleſiarum Tholoſe, & alia generalia que litere penitentie veſtre que vobis concedentur plenius continebunt. ¶ Et quia tu Matthee Aycardi tenchurerius de Tholoſa de tunicio, & tu Aycelma uxor Johannis Bernerii de verduneto, & tu Raimonda uxor quondam Arnaldi fabri de maſcart villa & tu Petre Gilaberti filius Vitalis Gilaberti de ferriis & tu Petrona uxor Petri Sicardi de villa muro, & tu Germane de bugaralh de palaytz villa & tu Raimonde Barravi filius Durandi Barravi de borno, & tu Raimonda textrix de verduneto gravius & amplius deliquiſtis, & pejeraſtis à principio in judicio conſtituti, ſuperaddimus vobis quod cruces quas vobis inponimus ſint duplices, & peregrinationes majores & minores & viſitationes eccleſiarum Tholoſe, & alia generalia que litere penitentie veſtre que vobis concedentur plenius continebunt. Retenta nobis & noſtris ſucceſſoribus in hoc officio poteſtate augendi minuendi aut mitigandi commutandi ſeu etiam remittendi predictam penitentiam ſive penam.

Lata fuit hec ſententia, & injuncte penitentie, anno & die & loco quibus ſupra immediate in preſencia & teſtimonio predictorum, nec non cleri & populi in ſermone publico congregati.

¶ *Culpe inmuratorum.*

¶ Guilielmus Falqueti de verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos pluries & in pluribus locis, & adoravit eos flectendo genua ter junctis manibus inclinando ſe proſtunde coram eis, & dicendo ter benedicite ſecundum modum & ritum hereticorum, & vidit ab aliis perſonis hereticos ſimiliter adorari, & iſta commiſit totiens, & in tot locis, quod non recordatur de numero. ¶ Item audivit verba & monitiones & predicationes & doctrinam peſtifferam hereticorum, & errores eorum contra fidem orthodoxam eccleſie Romane, & contra Sacramenta eccleſie, & hoc multociens, & in multis locis. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum multotiens, & vidit modum benedictionis dicti panis. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipſi vocant la convenenſa quod reciperetur ab eis in fine ſuo ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem. ¶ Item voluit & petiit recipi ab hereticis in ſectam & ordinem ipſorum, & non ſtetit per eum quando fuit tunc receptus. ¶ Item cum quibusdam aliis perſonis ivit in Lombardiam apud Comum ad querendum hereticos, & invenit & vidit & audivit predicationem eorum, inde reportavit literam pro aliis hereticis iſtius patrie, & ſalutationes hereticorum. ¶ Item ſecunda vice rediit in Lombardiam apud Comum ad hereticos & portavit eis ſalutationes & rumores aliorum hereticorum & credencium ipſorum. ¶ Item tertia vice ivit miſſus per hereticos in Lombardiam apud Comum & Quercum ad hereticos, & portavit eis literas hereticorum, & reportavit inde literas reſponſales, & ſalutationes mutuas. ¶ Item quarta vice ivit in Lombardiam & uſque in Ciciliam miſſus per hereticos, & duxit illuc duos hereticos, ſcilicet Poncium Bavili de Axs, & Poncium de na Rica de Avinione ad majorem hereticum qui erat in Cicilia ubi dimiſit dictos hereticos, &

6. b.

M°. CCCVII°: *ultima Novembris confeſſus.*

Guilielmus Falqueti aufugit de muro. Anno Domini M°. CCCX°. XIII°. *Kalendas Maji feria* VI *rupta cathena infra octabas paſche.*

ubi vidit hereticos, & hereticos & credentes hereticorum & fugitivos pro hereſi. ¶ Item commendavit pluries vitam & ſectam & doctrinam hereticorum multis perſonis, & multas perſonas inclinavit & induxit & attraxit verbis ſuis ad amorem & credenciam hereticorum quantum potuit & ſcivit. ¶ Item aſſociavit hereticos de loco ad locum multociens. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam vitam & ſectam & ordinem & bonam doctrinam, & bonam fidem & poſſe ſalvari in doctrina & fide ipſorum. ¶ Item fugit pro facto hereſis & fuit in fuga cum aliis qui fugiebant eadem de cauſa per duos annos vel circa, & in fuga exiſtens vidit & viſitavit multociens Philippum hereticum fugitivum & occultavit & alios credentes hereticorum & fugitivos. ¶ Item exiſtens in fuga & in hereſi perſeverans, & procurans actu quod hereticus veniet ad hereticandam quandam perſonam infirmam, fuit captus & detentus. ¶ Item in confeſſione ſua à principio celavit & occultavit multa de facto hereſis tam de ſe quam de aliis perſonis ſcienter contra proprium juramentum, quæ poſtea in judicio recognovit. ¶ Item in ſumma vidit hereticos & hereticas tam in terra iſta quam in Lombardia quam in Cicilia, videlicet Petrum Auterii, Guilielmum Auterii, Jacobum Auterii, & Poncium bavuli de Axs, item Amelium de perlis & Andream de pradis in ſavarteſio apparuenſis dyoceſeos, item Petrum Raimondi de ſancto papulo, Bernardum Audoyni de monte acuto, Poncium de narica de Avinione, Matheum nepotem dicti Bernardi Audoyni dyoceſeos Tholoſane, item Philippum de Conſtanciano dyoceſeos Narbonenſis, item Raimundum Yſarni dyaconum majorem, & Raimundum Magiſtri & Guilielmum Salas in Cicilia, item duas hereticas perfectas in Cicilia & Audara borrola que faciebat ſe vocari Jacobam hereticam perfectam de limoſo cum qua primo iverat in Lombardiam ad hereticos antequam eſſet heretica conſolata. ¶ Convincitur autem de viſione hereticorum & adoratione & aſſociatione & viſitatione eorum & de viis quas fecit in Lombardiam pro hereticis per multos teſtes concordes.

M°. CCCVI°. *dominica prima adventus confeſſus. Iſte Raimundus de Verduno aufugit de muro, anno Domini* M°. CCCX°. VIII°. *Kalendas Maij* feria Sexta *rupta cathena infra* Octabas *paſche.*

¶ Raimundus de Verduno alias dictus Monetus qui morabatur apud Bolhatum, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & in pluribus locis, & pluries aſſociavit eos de loco ad locum, & pluries adoravit eos flectendo ter genua coram ipſis junctis manibus inclinando proffunde, & dicendo qualibet vice benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à pluribus perſonis aliis hereticos modo conſimili adorari, & audivit verba & monitiones & predicationem peſtifferam eorundem pluries & in pluribus locis contra fidem catholicam Jeſu Chriſti, & contra ſtatum eccleſie Romane, & credidit erroribus eorundem, & commendavit vitam & ſectam & ordinem hereticorum multis perſonis & induxit ad amorem & credenciam hereticorum perſonas alias multociens verbis ſuis. ¶ Item ivit in Lombardiam Quatuor vicibus miſſus per hereticos ad hereticos, tanquam nuncius eorundem portans & reportans rumores & nunciationes mutuas & literas eorundem, & in quadam vice duxit & aſſociavit de terra iſta uſque in Lombardiam Amelium de perlis hereticum ad alios hereticos, & inde reduxit eundem. ¶ Item in altera vice de predictis portavit cuidam heretico in Lombardiam ex parte aliorum hereticorum de pecunia eccleſie hereticorum xx^ti^ marabotinos aureos & veſtes. ¶ Item in altera vice predictarum debebat ire & tranſire uſque in Ciciliam ad majorem dyaconum hereticorum ex parte aliorum hereticorum, ſet tunc de janua, ubi invenit Philippum hereticum & Jacobam hereticam qui veniebant de Cicilia, retroceſſit. ¶ Item comedit pluries de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis. ¶ Item interfuit ſecretis & conſiliis & tractatibus hereticorum & credencium eorundem. ¶ Heretici autem quos vidit tam in iſta patria quam in Lomdardia ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius de perlis, Andreas de pradis, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni de monte acuto, Matheus nepos dicti Bernardi, Philippus de Conſtantiano numero novem, & Audara borrela de limoſo hereticam que faciebat ſe vocari Jacobam, non tamen vidit omnes ſimul, ſet aliquando unum aliquando duos, aliquando tres, aliquando quatuor, & in diverſis locis & temporibus,

7.

&

& ſemel vidit ſex hereticos ſimul Tholoſe. ¶ Item auffugit propter illa que commiſerat in hereſi timens & nolens ab inquiſitoribus capi, & in fuga exiſtens fuit captus & detentus, nec premiſſa confiteri voluit niſi prius captus & detentus. ¶ Item in prima confeſſione quam fecit celavit veritatem de facto hereſis ſcienter & contra proprium juramentum de multis que ſciebat tam de ſe quam de aliis, ſicut poſtea in judicio recognovit, & pluries celando veritatem in judicio pegeravit. Committens predicta à quatuor annis, à tribus à duobus ab uno à dimidio citra, ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Item celavit quosdam alios fugitivos pro facto hereſis, poſtquam fuit ipſe captus, ſcienter ſicut poſtea in judicio recognovit. ¶ Convincitur autem de predictis, viſione, aſſociatione, adoratione hereticorum, & nunciatione & fuga & celatione aliorum per plures teſtes concordes.

¶ Yſarnus Bolha filius Petri Bolha de verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & in pluribus locis diverſis temporibus, & aſſociavit eos pluries de loco ad locum de nocte & de die, & adoravit eos flectendo genua ter junctis manibus inclinando proffunde, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à pluribus perſonis aliis in diverſis locis hereticos modo conſimili adorari, & attraxit ad amorem & credenciam hereticorum perſonas alias verbis ſuis commendando vitam & ſectam & ordinem & doctrinam ipſorum multociens, & coram multis. ¶ Item audivit pluries verba & monitiones & doctrinam peſtifferam & erroneam eorundem contra fidem Domini Jeſu Chriſti & Sacramenta eccleſie & totum ſtatum eccleſie Romane. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item ſalutavit hereticos amplexando & dicendo benedicite tribus vicibus capite inclinato ſecundum modum hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius de perlis, Andreas de pradis, Petrus Raimondi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni de monte acuto, numero ſeptem, non ſimul omnes, ſet viciſſim nec in eodem loco tantum, ſet in pluribus aliquando unum aliquando duos aliquando tres, aliquando quatuor ſimul. ¶ Item ſcivit & vidit quod Petrus Raimondi hereticus & Amelius de perlis venit ad hereticandum quendam infirmum quem nominat, ſet non fuit hereticatus quia convaluit infirmus. ¶ Item ipſe Yſarnus & quidam alius quem nominat ſepeliverunt occulte in quodam orto quendam hominem, mortuum hereticatum in fine. Committens predicta à IIII^or. quatuor annis, à tribus à duobus ab uno à dimidio à tribus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec venit ad confitendum licet venerit non citatus, donec Jacobus Auterii hereticus & Andreas de pradis fuerunt capti, & factum hereticorum incepit diſcohoperi & manifeſtari. ¶ Convincitur autem de predictis viſione aſſociatione adoratione hereticorum per plures teſtes concordes, & de ſepultura dicti mortui hereticati teſtificatur ille qui cum eodem in orto ſuo ipſum pariter ſepelivit.

M°. CCCV°. *in craſtino ſancti Luche confeſſus.*

¶ Sicardus Bolha filius quondam Gilberti Bolha de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & aſſociavit eos de loco ad locum & adoravit pluries eos flectendo ter genua, & inclinando proffunde junctis manibus coram ipſis, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis hereticos pluries modo conſimili adorari. ¶ Item receptavit in domo ſua pluries ſex hereticos non ſimul ſet viciſſim nunc iſtos, nunc illos, & jacebant & comedebant & bibebant ibi de bonis domus ſue, & ſtabant aliquando per plures dies & noctes, & viſitabantur ibidem à perſonis aliis, & docebant doctrinam ſuam erroneam aliquando ipſo vidente & audiente. ¶ Item in diverſis locis ſeu hoſpiciis aliis vidit & viſitavit hereticos & audivit verba & monitiones & predicationes & doctrinam ipſorum peſtifferam contra fidem Domini Jeſu Chriſti, & ſacramenta eccleſie, & contra totum ſtatum eccleſie Romane. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum aliquociens. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa

M°. CCCV°. *die Mercurii poſt feſtum ſancti Luche confeſſus.*

7. b.

cre-

credencia per quinque annos. ¶ Item ipſe & quidam alius quem nominat ſepeliverunt in orto ſuo quendam hominem qui mortuus fuerat hereticatus in fine in domo ipſius Sicardi. ¶ Item ipſe cuſtodivit & tenuit in commenda ſeu depoſito xxx. marabotinos aureos, & lxxx. Turonenſes argenteos per dimidium annum quos commendaverat ſibi Petrus Raimondi de ſancto papulo hereticus, & quos reſtituit ſibi in Craſtino quo Jacobus Auterii hereticus fuerat captus in Limoſo audita captione ipſius, & non ante, & tunc dictus Petrus hereticus cum eisdem abiit, & receſſit ab eo, & hoc non fuit confeſſus in prima confeſſione ſua, nec per annum poſt. ¶ Item vidit quod iiii^{or}. heretici per vices viſitaverunt Raimondam matrem ſuam in infirmitate de qua obiit. Committens predicta à quinque annis, à iiii^{or}. à tribus, à duobus, ab uno, à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti numero ſeptem, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni, Amelius de perlis, Andreas de pradis non ſimul omnes, ſet nunc iſtos nunc illos. ¶ Convincitur autem de viſione & viſitatione & aſſociatione, & adoratione hereticorum, & receptatione eorum in domo ſua per multos teſtes concordes, & de ſepultura predicti defuncti hereticati in orto ſuo teſtificatur ille qui cum eodem pariter ſepelivit.

M°. cccv°. *die Mercurii poſt feſtum ſancti Luche confeſſa.* ¶ Guilielma uxor Sicardi bolha de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & receptavit in domo ſua & viri ſui ſex hereticos pluries non ſimul, ſet per vices, & jacebant & comedebant & bibebant ibidem de nocte & de die, & in aliis hoſpiciis vidit & viſitavit hereticos. ¶ Item audivit pluries verba & predicationem & doctrinam & errores hereticorum contra fidem Jeſu Chriſti & ſacramenta eccleſie, & ſtatum eccleſie Romane, & adoravit hereticos pluries flexis genibus inclinando coram ipſis, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis modo conſimili hereticos adorari, & viſitari in domo ſua & alibi. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & vera eſſe que dicebant, & poſſe ſalvari per eos, & fuit in illa credencia per unum annum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti numero ſeptem, videlicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius de perlis, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni de monte acuto, Andreas de pradis, non ſimul omnes nec in eodem loco, ſet in diverſis, aliquando duos, aliquando tres ſimul. ¶ Item vidit hereticos viſitantes quandam infirmam pluries in infirmitate de qua obiit. Committens predicta à duobus annis cum dimidio ab uno anno, à dimidio, à tribus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem per teſtes concordes de viſione & receptatione & adoratione hereticorum.

M°. cccv°. *in feſto apoſtolorum Simonis & Jude confeſſus.* ¶ Petrus Bolha ſenior filius Petri Bolha de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit & receptavit in domo ſua Jacobum Auterii hereticum, & audivit verba ejus, & predicationem ſuam, & adoravit eum flexis genibus dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ibidem ab aliis ſimiliter adorari. ¶ Item alia vice vidit & duxit Petrum Raimundi de ſancto papulo hereticum ad Campmaſium ſuum ubi comedit cum eo & alie perſone quas nominat, & tunc comedit de pane benedicto per hereticum, & audivit verba & predicationem heretici cum aliis. ¶ Item alia vice vidit & receptavit in dicto Campmaſio ſuo predictum Petrum Raimundi hereticum tribus diebus, & cum eo Amelium hereticum duobus diebus, & audivit predicationem dicti Petri Raimundi heretici duabus vicibus, & audivit quod venerant illuc ad hereticandum quendam infirmum quem nominat. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & ſic fuit in illa credencia per duos annos. Committens predicta à duobus annis, & à duobus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem per teſtes de receptatione hereticorum & adoratione.

M°. cccv°. *in craſtino a-* ¶ Bernardus Bolha de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legi-

legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo sua & alibi, & audivit predicationem eorum pestifferam & adoravit eos flexis genibus ter dicendo benedicite secundum modum hereticorum. ¶ Item semel in quadam infirmitate sua fuerunt adducti ad ipsum duo heretici, tamen negat quod ipse voluerit hereticari tunc. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum bis. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & posse salvari per eos, & fuit in illa credencia à tempore quo adoravit eos usque ad tempus quo fuit ductus captus apud Carcassonam. Committens predicta à duobus annis, ab uno, à duobus mensibus citra ante confessionem suam de predictis. ¶ Heretici autem quos vidit sunt Petrus Raimundi & Amelius de perlis. ¶ Convincitur autem per testes de visione & adoratione hereticorum, & quod heretici fuerunt adducti ad ipsum infirmum ut hereticarent eum, non tamen quod fuerit hereticatus.

postolorum Simonis & Jude confessus.

8.

¶ Johannes Bernerii, filius quondam Raimondi Bernerii de Verduneto, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & receptavit in domo sua & fratrum suorum, & jacebant ibi & comedebant & bibebant de bonis domus sue & fratrum suorum, & audivit verba & predicationem & doctrinam pestifferam eorundem, & adoravit eos ibidem pluries flectendo genua ter coram eis, & dicendo benedicite secundum modum hereticorum, & vidit ibidem à personis aliis ipsos similiter adorari, & predicationem audiri. ¶ Item alibi quam in suo hospitio hereticos visitavit. ¶ Item comedit pluries de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & habere bonam fidem, & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia quamdiu tenuit & recepit eos in hospicio suo, & vidit duos ex eis ultimo nuper die Veneris vel die Jovis ante festum exaltationis sancte crucis, capto tunc Jacobo in Limoso. ¶ Nomina hereticorum quos vidit sunt hec, numero septem, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Guilielmus Auterii, Amelius de perlis, Andreas de pradis, Petrus Raimundi de Sancto papulo, Bernardus Audoyni de monte acuto. Committens predicta à duobus annis, & à duobus mensibus citra ante confessionem suam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures testes concordes.

M°. cccv°. *die sabbati ante festum omnium sanctorum confessus.*

¶ Arnaldus Bernerii, filius quondam Bertrandi Binerii, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & receptavit eos in domo sua & fratrum suorum, & jacebant ibi & comedebant & bibebant de bonis domus, & audivit verba & predicationem & doctrinam pestifferam eorundem contra fidem & statum ecclesie Romane, & adoravit eosdem pluries flectendo genua ter & dicendo benedicite secundum modum hereticorum, & vidit ibidem à personis aliis predicationem audiri ipsorum & modo consimili adorari. ¶ Item hereticos alibi quam in suo hospicio visitavit vidit & audivit. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia ex quo incepit eos adorare usque ad tempus quo fuit ductus captus apud Carcassonam propter factum heresis. ¶ Nomina hereticorum quos vidit sunt hec, numero septem, scilicet Andreas de pradis, Amelius de perlis, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Guilielmus Auterii, Petrus Bertrandi de sancto papulo, Bernardus Audoyni de monte acuto. ¶ Committens à duobus annis, ab uno, à dimidio citra ante confessionem suam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures testes concordes.

M°. cccv°. *die Mercurii post festum omnium sanctorum confessus.*

¶ Bernardus Bernerii, filius quondam Raimundi, Bernerii de Verduneto, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo sua & fratrum suorum, ubi jacebant comedebant & bibebant de bonis domus, & audivit ibidem verba & monitiones, & predicationem & doctrinam pestifferam eorundem, & adoravit eos flexis genibus ter dicendo benedicite secundum modum hereticorum. ¶ Item alibi quam in suo hospitio vidit & visitavit hereticos pluries, & audivit predicationem eorum, & adoravit eosdem modo hereticali, & vidit ab aliis adorari. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum.

M°. cccv°. *die Jovis post festum omnium sanctorum confessus.*

¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per duos annos. Committens predicta à tribus annis à duobus, ab uno, à tribus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. Convincitur autem de predictis per teſtes concordes. ¶ Nomina hereticorum quos vidit ſunt hec, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius de perlis, Petrus Raimundi de ſancto papulo.

M°. cccv°. *die Veneris poſt feſtum beati Luche confeſſus.* ¶ Yſarnus Bernerii, filius quondam Raimundi Bernerii de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos in domo ſua & fratrum ſuorum, & in quodam alio loco, & audivit predicationem eorum & doctrinam contra eccleſiam Romanam, & adoravit eos dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia à tempore quo adoravit eos prima vice uſque ad tempus quo fuerunt capti homines de Verduneto & heretici perſequti per inquiſitores. Committens predicta ab uno anno cum dimidio, & ab uno anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures teſtes. ¶ Nomina hereticorum quos vidit ſunt hec, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, & Amelius de perlis.

8. b.

M°. cccv°. *die Veneris ante feſtum ſancti Thome confeſſus.* Raimundus Bernerii, filius Bernardi Bernerii de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit ſeptem hereticos pluries & in pluribus locis, non ſimul, ſet nunc iſtos, nunc illos, & audivit predicationem & doctrinam peſtifferam eorundem contra fidem & eccleſiam Romanam, & adoravit eos modo hereticali flexis genibus dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum tociens & in tot locis quod non recordatur de numero, nec de omnibus locis, & vidit à pluribus perſonis hereticos pluries & in locis pluribus ſimiliter adorari. ¶ Nomina herecicorum quos vidit ſunt hec, Petrus Auterii, Jacobus filius ejus, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni de monte acuto, Amelius de perlis, & Andreas de pradis, non ſimul omnes, ſet nunc iſtos nunc illos. ¶ Item aſſociavit hereticos de loco ad locum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per unum annum & dimidium. Committens predicta ab uno anno & dimidio & ab uno anno & IIII^{or}. menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures teſtes concordes.

M°. cccv°. *in vigilia omnium ſanctorum confeſſus.* ¶ Petrus Nicholay de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & in pluribus locis, & in domo ſua recepit hereticos per plures dies, & ibi & alibi audivit predicationem & doctrinam peſtifferam eorundem, & adoravit hereticos pluries flectendo genua ter, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis ſimiliter adorari. ¶ Item aſſociavit unum hereticum de loco ad locum. ¶ Nomina hereticorum quos vidit ſunt hec, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni, Amelius de perlis. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per tres annos vel circa. Committens predicta à tribus annis à duobus ab uno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures teſtes.

M°. cccv°. *die Jovis poſt feſtum beati Luche confeſſa.* ¶ Bernarda uxor Petri Nicholay de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Amelium hereticos ubi ſteterunt abſconditi per tres vel quatuor dies quando aufugerunt & evaſerunt de Limoſo ubi debuerunt capi. ¶ Item in eadem domo ſua vidit Petrum Raimundi de ſancto papulo hereticum qui ſtetit ibi per ſex dies vel circa & inſtruxit eam quo modo adoraret eum, ſet neſcivit bene facere, & propter hoc dimiſit, feciſſet tamen ſi ſciviſſet ut dixit. ¶ Item vidit Jacobum Auterii hereticum in quadam domo alia. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide eorum propter

verba

verba que audivit ab eis, & fuit in illa credencia per duos annos cum dimidio. ¶ Convincitur autem de viſione hereticorum & receptatione in domo ſua per teſtes concordes.

¶ Guilielmus Bolha filius Bernardi Bolha de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries & in pluribus locis hereticos, & audivit verba & monitiones & predicationes & doctrinam peſtifferam eorundem contra fidem & ſacramenta eccleſie Romane, & adoravit eos pluries flectendo genua ter junctis manibus, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis ſimiliter adorari. ¶ Nomina hereticorum quos vidit ſunt hec, Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi, Amelius & Andreas, non ſimul omnes ſet viciſſiim, & in diverſis locis. ¶ Item vidit quendam hereticum qui venit ad viſitandum patrem ſuum tunc infirmum. ¶ Item ſalutavit hereticos modo hereticali amplexando & inclinando caput ad utrumque humerum, hinc & inde tribus vicibus, & dicendo qualibet vice benedicite. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum quater vel quinquies. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & fuit in illa credencia per duos annos cum dimidio & amplius. Committens predicta à tribus annis, à duobus, ab uno, à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Mercurii poſt feſtum beate Lucie confeſſus.*

¶ Petrus Uſabe de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries plures hereticos & in pluribus locis, & receptavit eos in domo ſua pluribus vicibus & diebus ubi jacebant & comedebant & bibebant, & viſitabantur à perſonis aliis ibidem. ¶ Item audivit pluries verba & monitiones & predicationem & doctrinam peſtifferam eorundem contra fidem & eccleſiam Romanam, & adoravit hereticos pluries, flectendo ter genua junctis manibus capiore inclinato coram ipſis & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis hereticos ſimiliter adorari. ¶ Item fecit pactum ſeu promiſſionem hereticis quam ipſi vocant la covenenſa quod reciperetur ab eis in fine ſuo ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum pluries. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia aliquo tempore. ¶ Nomina autem hereticorum quos vidit & audivit ſunt hec, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi, Amelius de perlis, & Bernardus Audoyni. Committens predicta à tribus annis, à duobus, ab uno, à dimidio citra. ¶ Convincitur autem de viſione, & adoratione hereticorum, & de auditione & predicatione ipſorum per plures teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Jovis poſt feſtum beate Lucie confeſſus.*

9.

Iſte Petrus Uſabe auffugit de muro, Anno Domini M°. ccco. *nono in feſto Sancti Thome apoſtoli.*

¶ Condors uxor Petri Uſabe de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos, & receptavit eos in domo & viri ſui pluribus diebus & noctibus, & aliquando ſteterunt ibi duo heretici per unam ſeptimanam, & hoc duabus vicibus, & audivit verba & monitiones & predicationem ipſorum, & adoravit eos flexis genibus & junctis manibus & inclinando ſe ter coram eis, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ibidem dictos hereticos à perſonis viſitari & ſimiliter adorari. ¶ Nomina hereticorum quos vidit & receptavit ſunt hec, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni, & Amelius. ¶ Item recepit ab eis de pane benedicto ipſorum multociens. Committens predicta à tribus annis fere à duobus, ab uno à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de viſione, receptione, & adoratione hereticorum per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Jovis poſt feſtum beate Lucie confeſſa.*

¶ Raimundus Florencii de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & viſitavit eos in pluribus locis, & audivit verba & predicationem eorum, & adoravit eos flectendo genua coram eis & dicendo benedicite, & vidit hereticos à perſonis aliis viſitari & ſimiliter adorari. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe

M°. cccv°. *die Veneris poſt feſtum beati Luce confeſſus.*

ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per tres annos. ¶ Nomina hereticorum quos vidit ſunt hec, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, & Amelius, non ſimul omnes, ſet viciſſim, modo unum modo duos. Committens predicta à tribus annis, à duobus, ab uno, à dimidio citra, ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes.

Mº. cccvº. in craſtino apoſtolorum Simonis & Jude confeſſa.

¶ Bernarda uxor Bernardi Bolha de Verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit in domo ſua & mariti ſui duos hereticos, ſcilicet Amelium & Petrum Raimundi, & ipſa miſerat pro eiſdem quod venirent ad maritum ſuum, qui tunc infirmabatur, ut reciperent eum in ordine ſuo, quia audiverat dici quod in ordine ipſorum homo ſalvabatur, ſet dictus maritus tunc convaluit, & ideo tunc non fuit hereticatus. ¶ Item in alio hoſpitio vidit prius Jacobum & Amelium quos quedam perſona dicebat ſibi quod videret amicos Dei & de quibus Petrus Bernerii dixit ſibi poſt quod erant de illis qui vocantur heretici & erant boni homines, & per viam eorum poterat homo ſalvari. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos & veraces, & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia aliquo tempore. ¶ Committens predicta à duobus annis cum dimidio, à duobus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de viſione duorum hereticorum per teſtes concordes, ſcilicet per virum ſuum & Stephanum filium ſuum.

Mº. cccvº. in vigilia omnium ſanctorum confeßus.

¶ Stephanus Bolha filius Bernardi Bolha de verduneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos pluries in diverſis locis, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos flexis genibus ter dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. ¶ Item vidit duos hereticos qui venerant ad patrem ſuum qui infirmabatur ut facerent ei aliquid per quod ſalvaretur in ordine ipſorum, ſet non fuit factum tunc quia convaluit infirmus. ¶ Nomina autem hereticorum quos vidit ſunt hec, ſcilicet Guilielmus & Andreas, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi, & Amelius. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per tres annos vel circa. Committens predicta à tribus annis, à duobus, ab uno, à duobus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. Convincitur autem de predictis per teſtes.

9. b. *m. in muro Mº. cccviº. die Lune poſt Octabas apoſtolorum Petri & Pauli Confeſſa.*

¶ Guilielma ponſenca uxor Bernardi ponſenc de ſancto papulo, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, pluries vidit hereticos & pluries receptavit eos in hoſpitio ſuo de nocte & de die, ubi jacebant & comedebant & bibebant, & vidit quod plures perſone credentes & amice hereticorum viſitaverunt eos ibi diverſis vicibus & temporibus, & aliquando audivit loquentem & predicantem hereticum de epiſtolis & evangeliis in domo ſua. ¶ Heretici autem quos receptavit in hoſpitio ſuo pluries ſunt iſti numero octo, Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Andreas, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Bernardus Audoyni, Philippus & Amelius. ¶ Item ſemel portavit panem & vinum Petro Raimundi de ſancto papulo ad quendam locum extra villam, & comedit & bibit ibi cum heretico & quibuſdam aliis perſonis. ¶ Item alia vice miſit panem dicto heretico. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam ſectam, & poſſe ſalvari in fide eorum. ¶ Item predicta noluit confiteri niſi prius capta & detenta, & per multos alios accuſata, & negavit à principio ſe aliquid ſcire de facto hereſis jurata in judicio conſtituta, & pegeravit celando veritatem contra proprium juramentum. ¶ Convincitur autem de predictis per plures teſtes concordes.

Mº. cccvº. dominica poſt Octabas puriffications confeſſus. Item Mº. cccº viiº. die

¶ Yſarnus Vitalis textor de phano Jovis, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in pluribus locis, & audivit verba & monitiones hereticorum, & adoravit eos inclinando ſe profunde coram eis tribus vicibus, & dicendo qualibet vice benedicite ſecundum modum hereticorum, & ſalutavit eos more hereticali inclinando caput ad utrumque humerum,

& dicendo benedicite. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Guilielmus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, & Andreas. ¶ Item in domo ſua recepit ſemel duos hereticos de predictis, & jacuerunt & comederunt & biberunt ibi, & reddidit eis tunc decem ſolidos quos cuſtodierat pro hereticis quos quedam perſona ſibi commendaverat diu ante ut redderet hereticis quando inveniret eos pro anima ſua. ¶ Item ſemel recepit alium hereticum in hoſpicio ſuo. ¶ Item quindecim anni erant, quod quedam perſona multum laudavit & commendavit ſibi vitam & ſectam hereticorum inducendo eum ad amorem ipſorum, & ex tunc deſideravit eos videre. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & vitam & ſectam ipſorum eſſe ſalutarem & bonam. ¶ Item fuit multum durus & obſtinatus ad confitendum, nec voluit confiteri veritatem niſi prius captus & detentus & per alios accuſatus, & pegeravit à principio. ¶ Convincitur autem de predictis, viſione, viſitatione, adoratione ac receptatione hereticorum per plures teſtes.

Mercurii poſt feſtum ſancti Gregorii confeſſus, ſecundo.

¶ Petrus de narica filius Petri de narica de Avinione, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit quatuor anni fuerunt in carni privio in quodam loco apud Limoſum in quadam camera quinque hereticos ſimul, ſcilicet Petrum Auterii, Guilielmum Auterii, & Poncium de narica fratrem ſuum hereticum, & quendam alium hereticum, & ibidem adoravit hereticos ſicut fuit doctus inclinando ſe proffunde coram eis ponendo manus uſque ad terram, & dicendo ter benedicite, ſecundum modum hereticorum, & ſtetit ibi cum dicto Poncio heretico fratre ſuo duobus diebus, & audivit & ſcivit tunc quod dictus Poncius hereticus debebat recedere in Lombardiam ſicut & fecit. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis. ¶ Item ſolvit VIII°. libras duobus hominibus poſt pro dicto Poncio heretico. Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. CCCV°. *die Sabbati poſt Octabas epiphanie confeſſus.*

¶ Raimundus de ſalvetate ſenior de pruneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & receptavit eos in domo ſua ad jacendum & comedendum ibidem, & audivit verba & predicationem eorum, & errores contra ſacramenta eccleſie, & contra eccleſiam Romanam, & adoravit eos modo hereticali in domo ſua, & alibi, & vidit à perſonis aliis adorari. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Petrus Raimundi & Amelius. Committens predicta à tribus annis cum dimidio, & amplius citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per plures teſtes concordes.

M°. CCCV°. *die Jovis poſt epiphaniam confeſſus.*

¶ Raimunda uxor Raimundi de ſalvetate de pruneto ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & receptavit eos in domo ſua & viri ſui, ubi jacebant & comedebant & bibebant de bonis domus, & audivit verba & monitiones & predicationem ipſorum, & adoravit eos inclinando ſe profunde tribus vicibus coram eis, & dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis ſimiliter adorari. ¶ Heretici autem quos vidit tam in domo ſua quam in quadam alia domo ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius, Petrus Raimundi de ſancto papulo. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum quem dedit ſibi Jacobus predictus hereticus. Committens predicta à duobus annis, ab uno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predicta receptatione, & viſione, & adoratione hereticorum per plures teſtes.

M°. CCCV°. *die Jovis poſt epiphaniam confeſſa.*

¶ Sibilia uxor Petri Sanchas de pruneto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo ſua, & etiam in quadam alia domo, & receptavit in hoſpicio ſuo & viri ſui pluries, & audivit predicationem ipſorum multociens, & adoravit eos flexis genibus, & junctis manibus coram eis dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis adorari. ¶ Heretici autem quos vidit & receptavit in domo ſua ſunt iſti, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius, Petrus Raimundi, Philippus, Guiliel-

IO.

M°. CCCV°. *die Martis infra Octabas epiphanie confeſſa primo.*

mus Auterii, & Andreas, non ſimul ſet per vices. ¶ Item vidit plures perſonas credentes hereticorum & ſcientes factum eorum in hoſpicio ſuo. ¶ Item Jacobus Auterii predictus depoſuit & abſcondit in domo ſua in quodam loco quem ſibi oſtendit, C Turonenſes argenteos, quos poſtquam Jacobus fuit captus ipſa reddidit Petro Sancii de Garda, & hoc celavit quando primo confeſſa fuit contra proprium juramentum. ¶ Item laudavit & commendavit vitam & ſectam hereticorum quibusdam aliis perſonis, & induxit quandam aliam perſonam ad videndum hereticos. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipſi vocant la convenenſa quod reciperetur in fine per eos ad ſectam ipſorum. ¶ Item celavit multa de facto hereſis que ſciebat de multis perſonis contra proprium juramentum pluries; & in judicio requiſita de dicenda plena veritate ſicut poſtea ipſa in judicio conſtituta recognovit & confeſſa eſt. ¶ Item ſtetit in negativa veritatis per duos annos & amplius antequam vellet confiteri, & detegere multa que ſciebat de facto hereſis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & veraces, & poſſe ſalvari in fide & ſecta eorum, & non aliter. Committens predicta à tribus annis & dimidio, & à duobus, & ab uno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de viſione & receptatione hereticorum & adoratione per plures teſtes concordes.

M°. CCCVIIIo. IIIIo. *Kalendas Junii confeſſa.* ¶ Guilielma Sentgelia uxor Raimundi ſancti Egidii de bauro, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit & recepit in domo ſua Petrum & Jacobum filium ſuum hereticos, & ſcivit eos eſſe tales, & dictus Petrus hereticus tunc dixit ſibi quod viderat Arnaldum Magiſtri fratrem ſuum in civitate januenſi, & cenaverunt & jacuerunt dicti duo heretici in domo ſua illa nocte, & ſequenti mane tradidit dicto Petro heretico X. Turonenſes albos rogans quod ſi videret fratrem ſuum predictum quod de illis faceret ſibi partem. ¶ Item alia vice poſt vidit predictum Jacobum hereticum in domo ſua cum quodam homine, quos recepit letanter, & petivit ab eis de alio heretico ubi erat tunc. ¶ Item tradidit cuidam ad valorem XVIII Turonenſium alborum in pecunia, ut redderet Bernardo Audonyni cui debebat tempore quo receſſit de iſta patria, & credit quod receſſit pro facto hereſis. ¶ Item quidam venit ad eam ex parte dicti Bernardi Audoyni petens amplius quam ipſa ſolviſſet, & ſibi dixit quod erat hereticus ſeu de hereticis quos vocant bonos homines, & quod erat tunc in Tholoſa. ¶ Item quedam perſona laudabat & commendabat ſibi hereticos quod erant boni homines, & tenebant viam Dei ſicut amici Dei & apoſtoli. ¶ Item quando audivit quod predictus Jacobus hereticus, qui fuerat in domo ſua, erat captus Carcaſſone ipſa multum timuit. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit predictos duos hereticos in domo ſua, uſque ad illam diem qua fuit capta & adducta Tholoſam, & poſſunt eſſe IIII^{or}. anni.

¶ Petrus tardini de Cabanili, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, coram fratre Johanne Vigoroſi inquiſitore heretice pravitatis auctoritate apoſtolica deputato, anno Domini M°. CC°. LXXXVIII°. XVII°. Kalendas Octobris confeſſus fuit, quod ſemel ipſe viderat in quadam barta duos homines quorum alter vocabatur Arnaldus, nomen vero alterius neſcivit, & audivit ab eiſdem quod ipſi erant de illis bonis hominibus qui vocantur ab aliis heretici, & quidam alius, quem nominat, aportavit panem & vinum & poma & nuces in dicta barta ubi comederunt, & ipſe cum eis, & vidit quod unus quem nominat inclinavit ſe coram predictis hominibus, & dicebat quedam verba que ipſe non intellexit, & poſt ipſe admonitus per quendam, qui ibi erat, flexit ter genua coram dictis hereticis, & junxit manus, & non recordatur de verbis que dixit. Interrogatus ſi credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in ſecta eorum, reſpondit quod ſic, & fuit in illa credencia poſtea per annum. Interrogatus de tempore & de annis, reſpondit quod viginti anni poſſunt eſſe vel circa. ¶ Predictus Petrus tardini in judicio conſtitutus coram fratre Bernardo Guido-

donis inquiſitore heretice pravitatis juratus anno Domini M°. CCCVIII°. IIII°. Nonas Decembris recognovit quod per predictum fratrem Johannem inquiſitorem fuit abſolutus à ſententia excommunicationis quam incurrerat pro predictis que confeſſus fuerat de hereſi coram ipſo in eccleſia de Cabanili, & credit quod ibidem coram ipſo hereſim abjuravit. ¶ Predictus Petrus tardini de Cabanili, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit in domo ſua quendam hominem qui paciebatur in tibia cum quodam alio qui adduxerat eum, & cenaverunt, & jacueruut ibi illa nocte, & vidit ipſum legentem in quodam libro in quadam camera, & tam ex hiis que vidit & audivit de eo ſuſpicatus eſt tunc ipſum eſſe hereticum, & poſtea dictus homo venit de camera ad ignem, dicens ſibi ſi volebat audire aliqua bona verba, ſet non audivit eum tunc, ſet ivit ad jacendum, & tunc credebat illum hominem eſſe hereticum vel credentem hereticorum, & jacuit ibi illa nocte, & nichil voluit ipſe recipere pro expenſis, & ſequenti mane ivit apud Auriacum ad domum Andrene, & dicta Andrena miſit nuncium Petro tardini ſequenti nocte quod iret illuc, ſet non ivit, & tercia die audivit à quodam qui interfuerat quod ille predictus homo cum patre ſuo fuerat in domo dicte Andrene, & audiverat ipſum excellenter loquentem de Deo & epiſtolis & evangeliis, & ſequenti die dicta Andrena redarguit Petrum tardini quia non venerat illuc, dicens quod ſi veniſſet audiviſſet tot bona verba quod toto tempore vite ſue plus valeret, & dixit ſibi quod ille homo qui fuerat in domo ſua hoſpes cum quodam alio fuerant in hoſpitio ipſius Andrene quando miſit pro eo, & alter ipſorum vocabatur Jacobus, & erant ambo de illis qui vocantur heretici, ſet tamen erant boni homines ut dicebat dicta Andrena, & commendavit & laudavit eos ſibi multum quod erant amici Dei, & induxit eum verbis ſuis ad amorem ipſorum. ¶ Item poſt circa feſtum ſancti Michaëlis dicta Andrena dixit ſibi flendo, quod ille homo qui fuerat hoſpes ſuus quem dicebat amicum ſuum cariſſimum erat captus Carcaſſone per inquiſitores. ¶ Item poſtquam dicta Andrena loquta fuit ſibi de hereticis commendando ſibi, & poſtquam audivit ab eadem quod heretici fuerant in hoſpitio ſuo hoſpitati credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo dicta Andrena loquta eſt ſibi de hereticis uſque ad illud tempus quo dixit ſibi quod dictus hereticus erat captus Carcaſſone. ¶ Item dictam Andrenam ſciebat eſſe credentem hereticorum, nec revelavit inquiſitoribus aliquid de predictis, nec voluit confiteri predicta donec fuit per alium diſcohopertus & captus & detentus.

IO. b.

M°. CCCVIIIC°. XVII°. *Kalendas Julii confeſſus.*

¶ Raimundus Guidonis de Garda, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium in hoſpitio ſuo & alibi, & audivit verba & monitiones & predicationem & doctrinam erroneam eorundem contra fidem ſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti, & adoravit pluries eos inclinando ſe ter profunde uſque ad terram & dicendo ter benedicite, & vidit eoſdem ab aliis ſimiliter adorari. ¶ Item fecit eis pactum quod vocant la convenenſa quod reciperetur ab eis, in fine ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem. ¶ Item ſalutavit eos pluries modo hereticali inclinando caput ſuum eis ter, & dicendo ter benedicite. ¶ Item comedit de pane benedicto ipſorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & tenere bonam viam & vitam, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos, uſque ad illud tempus quo ultimo receſſerunt ab eo.

M°. CCCVII°. *Kalendis Julii confeſſus.*

¶ Guilielmus Guidonis de Garda, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries in hoſpitio ſuo & alibi hereticos, & aliquando in hoſpitio ſuo receptavit eos, & ſemel de nocte aſſociavit duos hereticos per unam leucam & amplius, qui heretici fugiebant tunc ſicut audivit dici quia timebaut capi & evaſerant, ſcilicet Petrus Auterii & Amelius. ¶ Heretici autem quos vidit erant Petrus Auterii & Jacobus filius ejus et Amilius. ¶ Item adoravit hereticos pluries flectendo genua ter, & junctis manibus inclinando proffunde, & dicendo ter benedicte, & vidit eoſdem ſimiliter ab aliis adorari.

M°. CCCVII°. *Kalendis Julii confeſſus.*

¶ Item

¶ Item audivit verba & predicationes hereticorum contra fidem ecclesie Romane. ¶ Item salutavit hereticos modo hereticali inclinando caput suum ter, & dicendo ter benedicite. ¶ Item semel acomodavit asinum suum ad portandum baubam hereticorum. ¶ Item quando heretici erant in domo sua comedebant & bibebant de bonis domus sue.

M°. CCCVII°. VI°. *nonas Julii confessa.* ¶ Guilielma uxor Guilielmi Guidonis de Garda, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit Petrum & Jacobum Auterii in domo sua, & salutavit inclinando caput junctis manibus, & dicti duo heretici fuerunt ibi duabus vicibus, & jacuerunt ibi, & in altera illarum fuerunt ibi duobus diebus & duabus noctibus, edentes & bibentes de bonis domus, & audivit verba & predicationem dictorum hereticorum, & quando veniebant, & quando recedebant salutavit eos sicut docta fuerat, inclinando caput junctis manibus. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines, & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia toto tempore quo vidit eos & receptavit in domo sua. Item celavit in prima confessione quandam personam que viderat hereticos cum eadem contra proprium juramentum.

II.

M°. CCCVIII°. IX°. *Kalendas Septembris confessa.* Blanca de ferrus uxor quondam Bernardi Gilaberti, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & pluries receptavit eos in domo sua, ubi jacebant & comedebant & bibebant de bonis domus, & aliquando stabat per septem dies ibi, & aliquando tribus, & aliquando IIII^or^. diebus & noctibus, & aliquando duobus, & ipsa ministrabat eis necessaria, & habebat eis locum specialem ad jacendum in quodam solario, & utensilia specialia pro eisdem, & erat hospita ipsorum. ¶ Item frequenter audivit verba & monitiones & predicationem erroneam hereticorum contra fidem ecclesie Romane Domini Jesu Christi. ¶ Item adoravit hereticos pluries flexis genibus ter & junctis manibus, inclinando se profunde coram eis, & dicendo benedicite, & vidit à personis aliis similiter adorari. ¶ Item induxit plures personas sibi conjunctas ad amorem & credenciam hereticorum vitam & sectam ipsorum commendando & aprobando. ¶ Item procuravit & fecit venire quendam hereticum ad hereticandum quandam puellulam filiam filii sui parvulam in fine suo, & ipsa presente & vidente hereticus hereticavit dictam puellam que obiit, & ipsa dictum hereticum adoravit. ¶ Item scivit quod quidam hereticus venit ad quandam infirmam ut reciperet eam in sectam suam, & tunc tenuit & recepit hereticum in domo sua donec fuit hora quod hereticus dictam infirmam reciperet ad sectam suam secundum pessimam consuetudinem eorundem, & ipsa ibat & redibat ad infirmam, & dictam receptionem fieri procurabat. ¶ Item quandam mulierem aliam infirmam induxit quod vellet recipi in infirmitate sua ad sectam hereticorum, & misit pro heretico, & fecit eum venire ad dictam infirmam, & ipsa presente & vidente & candelam tenente de nocte hereticus recepit infirmam ad sectam suam secundum pessimam consuetudinem hereticorum. ¶ Item plures persone credentes hereticorum visitaverunt hereticos in domo sua ipsa sciente. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & quod haberent bonam sectam & tenerent bonam viam, & quod homo posset salvari in fide ipsorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo recepit eos in hospitio suo usquequo fuit capta & ducta ad murum inquisitionis & confessa. Committens predicta per IIII^or^ annos ante confessionem suam de predictis vel circa, predicta autem noluit confiteri nisi capta & detenta, & negavit à principio pluries veritatem. ¶ Item celavit multa de facto heresis scienter contra proprium juramentum, sicut postea in judicio recognovit. ¶ Convincitur autem de predictis per testes concordes. ¶ Heretici autem quos vidit & in domo sua pluries receptavit sunt Petrus Auterii, & Jacobus Auterii filius ejus, Amelius, & Petrus Sancii de Garda, & quidam qui vocabatur Raimundus.

M°. CCCVIII°. ¶ Vitalis Gilaberti de ferrus de viridi foleſio, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo sua, & receptavit

vit ibidem ad jacendum & comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & ſtabant ibi pluribus diebus & noctibus. ¶ Item audivit verba & monitiones & predicationem & doctrinam peſtifferam eorundem contra fidem ſancte eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item pluries adoravit hereticos flectendo genua coram ipſis ter, & junctis manibus inclinando & dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum; & vidit à perſonis aliis adorari. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipſi vocant la covenenſa quod reciperetur ab eis in fine ad ſectam ſuam ſecundum peſſimum conſuetudinem eorundem. ¶ Item ſcivit quod multi credentes hereticorum viſitaverunt hereticos in domo ſua. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam vitam & bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta eorum ſicut ipſi docent, & fuit in illa credencia à tempore quo primo recepit eos, & habuit noticiam ipſorum uſque ad quadrageſimam proxime preteritam tribus annis vel circa. ¶ Heretici autem, quos vidit, ſunt Petrus Auterii, & Jacobus filius ejus, & Amelius, & Petrus Sancii de Garda, & audivit dici, quod alii heretici, ſcilicet Guilielmus Auterii, & Meſſer Bernardus, & Petrus Raimundi heretici erant in terra. ¶ Item aliquociens ſalutavit modo hereticali inclinando caput ter, & dicendo benedicite qualibet vice. ¶ Item audivit quod quidam hereticus qui erat in domo ſua venerat ibi ad recipiendum quandam perſonam infirmam quam recipet in ſectam hereticorum ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem. ¶ Item ipſe adduxit quendam hereticum ad recipiendum quandam perſonam aliam in ſectam ſuam, & ipſo preſente & vidente fuit recepta per hereticum, quem hereticum reduxit ad domum ſuam nocte illa.

¶ Guilielmus Petri de monte caprario de ſancto Sulpicio, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, & adoravit junctis manibus inclinando caput dicendo ter benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item audivit verba & monitiones & predicationem eorum. Item dedit eis II. ſolidos Tholoſanos. ¶ Item portavit eis octo ſolidos Pariſienſes ex parte cujuſdam. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum. Committens predicta à duobus annis citra ante confeſſionem ſuam de predictis. II. b. M°. CCCV°. *die Jovis poſt Octabas beati Martini confeſſus.*

¶ Bertrandus de monte caprario de ſancto Sulpicio, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit duos hereticos, ſcilicet Amelium & Petrum ſocium ſuum, & adoravit eos flexis genibus & junctis manibus extracto capucio dicendo verba que hereticus docuerat eum, & vidit idem fieri dictis hereticis à perſonis aliis. ¶ Item audivit verba & monitiones & doctrinam ipſorum. ¶ Item dedit hereticis VIII°. vel XII. d. Tholoſa. Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari per eos; & fuit in illa credencia per annum & dimidium. M°. CCCV°. *die ſabbati poſt feſtum beati Andree confeſſus.*

¶ Bernardus Aliguerii, filius Guilielmi Aliguerii de mirapiſce ſupra tarnum ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo patris ſui, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & adoravit eos pluries modo hereticali flexis genibus junctis manibus ter dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis pluries adorari. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii & Jacobus filius ejus, & Petrus Raimundi & Amelius, & Guilielmus Auterii & Andreas, nunc iſtos nunc illos, aliquando per tres dies, aliquando per IIII^or aliquando per quinque, aliquando per ſeptem. ¶ Item fecit pactum hereticis quod reciperent eum in fine ad ſectam ſuam. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum pluries, & vidit modum benedictionis. ¶ Item ſalutavit eos pluries modo hereticali inclinando caput ter, dicendo ter benedicite. ¶ Item predictus Bernardus Aliguerii poſt confeſſionem factam de predictis, & aliis que commiſerat in crimine hereſis, & poſt abſolutionem ab excommunicationis vinculo obtentam, & poſt abjurationem hereſis ut credit ab ipſo factam, M°. CCCV°. *die Veneris poſt feſtum beati Nicholay primavice. Item* M°. CCCVII°. IIII°. *idus Auguſti confeſſus. Iſte Bernardus Aliguerii auſugit de muro, anno Domini* M°. CCC°. X°. VIII°. *Kalend. Maji feria* VI°. *infra Octabas paſche.*

vidit audivit & associavit de nocte Petrum Auterii hereticum supra dictum. ¶ Item in judicio constitutus & juratus paulo post associationem predicti Petri Auterii heretici requisitus si aliquid aliud sciebat de facto heresis nisi illa que in prima confessione dixerat, respondit quod non, & negavit veritatem de predicta visione contra proprium juramentum, sicut postea in judicio recognovit, nec istud voluit confiteri donec fuit discohopertus seu manifestatus per alium qui secum fuerat in associando dictum hereticum, & donec fuit captus & multis diebus detentus.

M°. CCCV°. *die dominica ante festum beati Thome confessus, Item Guilielmus Aliguerii aufugit de muro anno Domini* M°. CCCX°. VIII°. *Kalendas Majiferia* VI°. *infra Octabas pasche.*

¶ Guilielmus Aliguerii junior filius Guilielmi Aliguerii senioris de mirapisce, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo patris sui, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipsorum, & adoravit eos pluries flexis genibus junctis manibus, dicendo ter benedicite secundum modum hereticorum coram ipsis, & vidit ab aliis adorari. ¶ Heretici autem quos vidit sunt isti, scilicet Petrus Auterii, & Jacobus, & Amelius, & Petrus Raimundi. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipsi vocant la covenensa quod reciperetur per eos in fine suo ad sectam suam. ¶ Item salutavit eos bis modo hereticali inclinando caput suum ter hinc & inde & dicendo qualibet vice benedicite.

M°. CCCV°. *die dominica ante festum beati Thome confessa.*

¶ Beatrix filia Guilielmi Aliguerii de mirapisce, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo patris sui, & audivit predicationem eorum & doctrinam, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus, & dicendo benedicite tribus vicibus, & vidit ipsos hereticos à personis aliis similiter adorari. ¶ Hereticos autem quos vidit nominat Petrum & Jacobum & Amelium. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipsi vocant la covenensa quod reciperent eam in fine secundum pessimam consuetudinem eorundem. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum bis. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines, & habere bonam fidem, & posse salvari in fide ipsorum.

M°. CCCVII°. VII°. *idus Augusti confessus.*

¶ Hugo Mathei, alias dictus Maurandi de mirapisce supra tarnum sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit hereticos pluries, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus, inclinando se profunde coram eis, & dicendo ter benedicite secundum modum hereticorum. ¶ Heretici autem quos vidit sunt Petrus Auterii & Jacobus Auterii. ¶ Item quadam vice vidit Petrum Auterii hereticum & ivit ad eum ad petendum consilium ab eodem quid faceret, quia tunc stabat absconditus quia timebat capi per inquisitores qui faciebant eum queri. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines, & propter verba que dicebant credebat posse venire ad salvationem. ¶ Item latitabat fugiendo quando alii venerunt ad confitendum inquisitoribus, & in tali fuga existens fuit captus, nec predicta voluit confiteri nisi captus. Committens predicta à sex annis, & à dimidio citra ante confessionem suam de predictis.

12.

M°. CCCV°. *pluries set male. Item* M°. CCCVII°. *pluries mense Maji confessus.*

¶ Petrus Sicardi alias cognominatus de la boyssa qui moratur in villa muro, sicut nobis constat per ipsius confessionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & receptavit eos in domo sua, ad comedendum & bibendum ibidem, & adoravit eos flexis genibus, junctis manibus, inclinando se profunde coram eis, & dicendo benedicite secundum modum hereticorum, & vidit similiter à personis aliis adorari. ¶ Item audivit predicationem & doctrinam hereticorum contra fidem sancte Romane ecclesie Domini Jesu Christi. ¶ Item associavit unum hereticum de uno loco ad alium. ¶ Item in domo sua aliquo tempore moratus est Vitalis frater Amelii heretici, quem sciebat esse fratrem heretici. Item ivit pro quodam heretico, & adduxit eum ad hereticandum quendam infirmum, & interfuit hereticationi dicti infirmi, & in fine hereticum adoravit. ¶ Heretici autem quos vidit sunt IIII^{or} scilicet Petrus & Jacobus Auterii & Guilielmus Auterii & Amelius. ¶ Item à principio noluit confiteri nisi prius captus & detentus, & fecit unam fictam confessionem. ¶ Item à principio negavit & celavit de facto heresis veritatem. Committens predicta à duobus annis cum dimidio ab uno anno citra ante confessionem suam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per testes concordes.

¶ Ge-

¶ Geraldus Yſarni de villa muro, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit in domo ſua & alibi hereticos, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus, & dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. ¶ Item audivit verba & monitiones & doctrinam hereticorum contra fidem ſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item ſalutavit hereticos modo hereticali inclinando caput ter & dicendo benedicite. ¶ Item procuravit quod hereticus veniret ad hereticandum filium ſuum, & interfuit hereticationi, & hereticum adoravit. ¶ Item credidit vitam & ſectam hereticorum eſſe bonam, & quod homo poſſet ſalvari in ea, & fuit in illa credencia à feſto annunciationis Domini, uſque ad feſtum ſancti Johannis baptiſte. Committens predicta ab uno anno & dimidio, & ab uno anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Heretici autem, quos vidit, ſunt Petrus Auterii, & Amelius, & Jacobus Auterii. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Mercurii in feſto conceptionis in Decembri confeſſus.*

¶ Guilielma uxor Geraldi Yſarni de villa muro, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries Jacobum Auterii hereticum, & receptavit eum in domo ſua, & viſitavit alibi, & adoravit eum ter flectendo genua coram eo, & dicendo ter benedicite, & audivit verba & monitiones & predicationem ejus contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item voluit & procuravit quod quidam filius ſuus in infirmitate de qua obiit hereticaretur & reciperetur in ſectam hereticorum per predictum hereticum, & induxit filium ut in hoc conſentiret, & interfuit hereticationi, & in fine hereticum adoravit. ¶ Item induxit virum ſuum ad videndum hereticos, & credendum eis pluries ſibi loquendo de hoc. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide illorum, & fuit in illa credencia per annum & dimidium. Committens predicta à duobus annis à dimidio citra, ante confeſſionem ſuam de predictis. Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Jovis poſt Octabas beati Andree confeſſa.*

¶ Raimundus Dominici de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries in domo ſua & in aliis hoſpiciis que nominat hereticos. ¶ Item in domo ſua pluribus diebus receptavit eos. ¶ Item pluries adoravit hereticos flexis genibus & junctis manibus ter dicendo benedicite. Item audivit pluries verba & monitiones & predicationem peſtiferam hereticorum contra fidem & ſtatum eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item ſalutavit hereticos inclinando caput ter, & dicendo benedicite. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item interfuit hereticationi matris ſue, & in fine ibidem cum aliis hereticum adoravit modo hereticali. ¶ Item credidit illa que heretici dicebant & docebant eſſe vera, & quod homo poſſet ſalvari in ſecta hereticorum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt, Petrus Auterii, & Jacobus Auterii, & Amelius, & Petrus Raimundi de ſancto papulo. ¶ Predicta autem noluit confiteri donec fuit captus & detentus, ſtans in negativa per annum & amplius, donec plures alii fuerunt confeſſi, & Jacobus hereticus cum alio fuit captus. Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Martis poſt Epiphaniam confeſſus.*

12. b.

¶ Guilielma uxor Raimundi Dominici de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & pluries receptavit eos in hoſpicio ſuo ad jacendum & comedendum & bibendum ibidem de bonis domus ſue. ¶ Item pluries adoravit eos, & vidit ab aliis adorari flexis genibus & junctis manibus ter dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & pluries audivit verba & monitiones & predicationem hereticorum contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item interfuit hereticationi Ricarde ſocrus ſue, & ibidem hereticos adoravit. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari per eos, & fuit in illa credencia per annum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt, Petrus Auterii, Jacobus filius ejus, Amelius, & Petrus Raimundi de ſancto papulo. Committens predicta ab uno anno & dimidio, & à dimidio anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Martis in converſiones S. Pauli confeſſus.*

M°. cccv°. *die Martis in converſione ſancti Pauli confeſſus.* ¶ Petrus de boſco filius Guilielmi de boſco de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & in diverſis hoſpitiis, & audivit verba & monitiones & predicationem ipſorum, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus ter dicendo benedicite. ¶ Item vidit hereticationem cujusdam perſone infirme in infirmitate de qua obiit. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt, Petrus Auterii, & Jacobus filius ejus, & Amelius. ¶ Item à principio celavit & negavit veritatem in judicio requiſitus contra proprium juramentum ſicut poſtea in judicio recognovit.

M°. cccv°. *die Martis ante feſtum ſancti Saturnini confeſſus.* ¶ Raimundus fabri, alias dictus Eſpanhol, filius quondam Bernardi fabri de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit & viſitavit pluries & in pluribus locis ſeu hoſpiciis hereticos, & audivit verba & monitiones hereticorum, & adoravit eos ſicut doctus fuit illo modo quo ſcivit, & ſalutavit eos modo hereticali inclinando caput ſuum ad utrumque latus hereticorum hinc & inde pluries. ¶ Item comedit de illo pane quem heretici tenent in manibus & dicunt aliqua verba in principio menſe. ¶ Item credidit quod illa que dicebant heretici eſſent bona. ¶ Heretici autem, quos vidit, ſunt Petrus Auterii & Jacobus filius ejus, & Amelius, & Petrus Raimundi, non ſemel ſet viciſſim. ¶ Item ſemel aſſociavit & duxit de loco ad locum unum hereticum. Committens predicta à duobus annis cum dimidio ab uno anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Mercurii ante feſtum ſancti Saturnini confeſſus. Poſtmodum combuſtus fuit tanquam relapſus.* ¶ Guilielmus Arnaldi fabri alias cognominatus Eſpanhol filius quondam Bernardi fabri de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos & pluries receptavit eos in domo ſua ubi ſteterunt & jacuerunt pluribus diebus & noctibus, edentes & bibentes de bonis domus & ibidem pluries adoravit eos flectendo ter genua junctis manibus & dicendo ter benedicite, & vidit ibidem hereticos pluries adorari, & à pluribus perſonis viſitari ¶ Item audivit ibidem pluries verba & monitiones & predicationem & doctrinam hereticorum peſtiferam contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Heretici autem, quos vidit & in ſuo hoſpicio receptavit, ſunt Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi, Amelius, & Andreas. ¶ Item duo heretici de predictis fuerunt in domo ſua per VIII° dies quando receſſerunt de Limoſo & aufugerunt illa vice qua debuerunt capi in Limoſo ſet evaſerunt. ¶ Item vidit Montolinam uxorem Martini Franciſci, que ſe poſuerat in endura quam ſervabat, & in qua obiit recepta in ſectam hereticorum, & fuit ſepulta ut credit in orto Bernardi fratris ipſius Guilielmi. ¶ Item ſalutavit hereticos modo hereticali inclinando caput ter ad utrumque humerum, & dicendo ter benedicite. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & poſſe ſalvari in fide eorum. Committens predicta à duobus annis citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes concordes.

M°. cccv°. *die Jovis poſt feſtum beati Andree confeſſus.* ¶ Bernardus fabri alias cognominatus Eſpanhol filius quondam Bernardi fabri de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos in domo ſua, & Guilielmi fratris ſui, & pluries fuerunt ibi recepti & jacebant & comedebant & bibebant pluribus diebus & noctibus de bonis domus. ¶ Item pluries adoravit eos ibi flexis genibus & junctis manibus ter dicendo benedicite ſecundum ritum hereticorum, & pluries audivit verba & monitiones & predicationem & doctrinam peſtiferam eorundem contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt, Petrus & Jacobus Auterii filius ejus, & Amelius, & Petrus Raimundi, non ſimul ſet per vices. ¶ Item in eadem domo ſua vidit Montolinam uxorem Martini Franciſci de Limoſo, de qua dixit ſibi ſororia ſua que ibi morabatur, quod per ſex ſeptimanas ſteterat in endura & nec comederat nec biberat niſi aquam. Committens predicta à duobus annis ab uno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis, viſione & receptatione & adoratione hereticorum per teſtes concordes.

¶ Hyſpa-

¶ Hyſpanus fabri aliter dictus Eſpanhol qui moratur in vaqueriis, filius quondam B^{i}. fabri de borno, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit duos hereticos, ſcilicet Jacobum & Petrum Raimundi, non ſimul, ſet alia & alia vice. ¶ Item aſſociavit dictum Jacobum hereticum ſemel per viam. ¶ Item audivit verba & predicationem heretici cum aliis perſonis. ¶ Item credidit hereticos habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per duos menſes. *M°. cccv°. die Mercurii poſt feſtum beate Lucie confeſſus. Iſte Hyſpanus aliter dictus Eſpanhol fuit male confeſſus, primo & poſtmodum relapſus, & aufugit de muro, Anno Domini M°. cccx°. viii°. Kalendas Maji, feria vi^{a} infra Octabas paſche.*

¶ Bernardus de lagacha Vaquerii, alias dictus vin de blat de Verlhaco ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit IIII^{or} hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, Jacobum & Guilielmum, & Andream ſeu Amelium non ſimul nec in eodem loco, ſet nunc iſtos nunc illos, & in diverſis locis. ¶ Item aſſociavit bis hereticos de loco ad locum, ſemel duos & una vice unum. ¶ Item ſalutavit hereticos amplexando amoto capucio. Item una vice quando recedebat ab hereticis capite inclinato & manibus junctis reverenter & humiliter ſe inclinans dixit, domine commendate nos Deo, & orate Dominum quod perducat nos ad bonum finem, & det nobis de bono ſuo. Item alia vice in receſſu ab eis inclinando ſe & capucio abſtracto, dixit boni Chriſtiani orate Deum pro nobis. ¶ Item audivit verba & monitiones & predicationem & doctrinam hereticorum pluries cum aliis perſonis. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Committens predicta ab uno anno & dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes concordes. ¶ Item contra ipſum Guilielmus de Clayraco de adoratione. Item Jacobus Petri de ſancto Sulpicio de adoratione. *M°. cccv°. die Jovis in feſto ſancte Katerine confeſſus.*

¶ Guilielmus de Clayraco de Verlhaco, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit hereticos, ſcilicet Petrum Raimundi, & Petrum Auterii, & Jacobum filium ejus, & Guilielmum, & Andream non ſimul ſet per vices, & receptavit hereticos in domo ſua pluries ubi comedebant & bibebant de bonis domus, ſue & adoravit eos ibidem flexis genibus junctis manibus, ter dicendo benedicite, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. ¶ Item audivit verba & monitiones & predicationem & doctrinam hereticorum contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item alibi quam in hoſpicio ſuo vidit hereticos, & adoravit eos. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipſi vocant la covenenſa quod reciperetur ab eis in fine ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Committens predicta à duobus annis ab uno à dimidio citra, ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Item celavit a principio veritatem in judicio requiſitus contra proprium juramentum. ¶ Convincitur autem de pluribus predictorum per teſtes concordes. *M°. cccv°. in craſtino ſancti Andree confeſſus.*

¶ Sapta uxor Guilielmi de Clayraco de Verlhaco ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit & receptavit in domo ſua Petrum Auterii, & Jacobum filium ejus, hereticos aliquociens, & jacuerunt & comederunt & biberunt. ¶ Item adoravit hereticos flectendo genua ter junctis manibus dicendo benedicite. ¶ Item fecit pactum hereticis quod ipſi vocant la covenenſa quod peteret hereticos in infirmitate ſua ut reciperent eam & ſalvarent animam ipſius, & ſi evaderet quod ſervaret & teneret vitam & ſectam ipſorum & obſervancias. ¶ Item audivit verba hereticorum. ¶ Item comedit de pane benedicto ipſorum, quem vocant panem ſancte orationis. Committens predicta ab uno anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Convincitur autem de predictis per teſtes concordes. *M°. cccv°. in vigilia beati Thome confeſſa.*

¶ Bernarda uxor quondam Bernardi de ſancta fide, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & fuerunt in domo ſua, & jacuerunt & comederunt & biberunt, & etiam alibi vidit & viſitavit eos, & audivit verba & monitiones ipſorum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt *M°. cccv°. in converſione ſancti Pauli confeſſa.*

Petrus Auterii & Jacobus filius ejus, & Bernardus Audoyni, & Petrus Raimundi de ſancto papulo, & Amelius, & Philippus. Item quandam hereticam, que vocabatur Jacoba, & fuit bis in domo ſua. ¶ Item ab ipſa habebant & recipiebant panem dictus Philippus hereticus, & dicta Jacoba heretica que morabatur ſimul Tholoſe in quadam carreria de ſtella. ¶ Item ſemel cum aliis perſonis coram Petro & Jacobo Auterii hereticis fecit reverenciam eis ſicut vidit alios facientes inclinando ſe profunde coram eis dicendo boni Chriſtiani benedictionem, & ipſi reſpondebant à Deo habeatis & à nobis. Item vidit quod quidam hereticus de predictis venit bis ad viſitandum quandam perſonam infirmam ipſa preſente. ¶ Item recepit ad cuſtodiendum quedam utenſilia dicte Jacobe heretice poſt mortem ejus. ¶ Item recepit ad cuſtodiendum camiſiam unius heretici, & capucium alterius & librum in burſa, & habebat & cuſtodiebat quando fuit nuper capta. Item celavit à principio veritatem & negavit contra proprium juramentum in judicio requiſita pluries, & fecit confeſſionem primo diminutam & imperfectam, & vix voluit aliquid confiteri, & ſtetit duobus annis antequam plene confiteretur predicta. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & tenere bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta eorum, & fuit in illa credencia per duos annos.

13. b.

Mo. cccixo. xiiiio. *Kalendas Maji confeſſa.*

¶ Alexia uxor Stephani de prato de Tholoſa, que fuit oriunda de ferrus, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit & viſitavit duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, & Philippum qui alias vocabatur Raimundus, & quandam hereticam que vocabatur Jacoba, & audivit predicationem & verba Petri Auterii heretici, & adoravit flexis genibus junctis manibus ter dicendo benedicite modo hereticali. ¶ Item alia vice viſitavit dictam Jacobam hereticam cum quadam muliere & portaverunt eis piſces. Item alia vice in alio loco vidit dictam Jacobam hereticam. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem, & quod illa que dicebant eſſent bona & vera & per illa poſſet venire ad ſalvacionem.

Mo. cccvio. *die Veneris ante feſtum ſancte Margarite confeſſus.*

¶ Bernardus de Verduno tenchurerius oriundus de la Gaſconia, de viridi foleſio, habitator Tholoſe in tunicio ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & in pluribus locis, & audivit predicationem eorum & viſitavit multociens, & adoravit flectendo genua junctis manibus ter dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit à perſonis aliis adorari, & aſſociavit unum hereticum. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt iſti, Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi, Bernardus Audoyni, Amelius. ¶ Item loquutus eſt de hereticis & de facto ipſorum pluries cum credentibus & amicis hereticorum. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum, quem vocant panem ſancte orationis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per unum annum & dimidium. ¶ Item dedit hereticis de pecunia ſua. ¶ Item fecit pactum hereticis quod vocant la covenenſa.

Mo. cccviio. vio. *idus Julii confeſſus.*

¶ Jacobus de barrio aliter dictus de contraſto, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & recepit eos in domo ſua, ubi jacuerunt & comederunt & biberunt aliquociens ipſo ſciente, & audivit verba & predicationem ipſorum contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & adoravit eos aliquociens flexis genibus & junctis manibus ter dicendo benedicite, & vidit ab aliis adorari. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt Petrus Auterii & Jacobus filius ejus, & Bernardus, & Philippus quem vidit alibi quam in domo ſua. ¶ Item interfuit hereticationi Ricarde matris ſue, & in fine adoravit hereticum, ſcilicet Petrum Auterii qui ipſam hereticavit. ¶ Item habebat in domo ſua unum hereticum quando Guilielma ſoror ſua infirmabatur infirmitate de qua obiit, & ſemel ipſa petente dixit heretico quod viſitaret eam quod & fecit.

Mo. cccvo. xviio. *die Decembris confeſſus.*

¶ Guilielmus de Verduno de bolhaco, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit pluries hereticos, & audivit verba & monitiones

tiones & predicationem & doctrinam peſtiferam eorundem contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & adoravit eos flexis genibus, & junctis manibus ter dicendo benedicite. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item pluries loqutus eſt uxori ſue & matri de hereticis inducens eas quod vellent videre hereticos, & credere eis, commendando & laudando hereticos. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt Petrus Auterii & Jacobus filius ejus.

¶ Sancius borrelli de bolhaco, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos pluries, & recepit eos in domo ſua, & audivit predicationem ipſorum contra fidem & ſacramenta eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus ter dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ab aliis adorari. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum ter vel quater. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem, & quod homo poſſit ſalvari in fide ipſorum. ¶ Committens predicta à duobus annis citra ante confeſſionem ſuam de predictis. *M°. CCCV°. XVIII°. die Decembris confeſſus.*

¶ Bernardus borrelli filius Sancii borrelli de bolhaco, ſicut nobis conſtat per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio, vidit Petrum & Jacobum hereticos in domo patris ſui, & audivit verba & predicationem eorum contra ſacramenta eccleſie & adoravit eos inclinando ſe junctis manibus, ter dicendo benedicite coram ipſis, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. Committens predicta à tribus annis vel duobus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. *M°. CCCV°. in feſto beati Silveſtri confeſſus.*

¶ *Sententia inmuratorum.* 14.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Quoniam nos preffati epiſcopus & inquiſitor per inquiſitionem legitime factam invenimus, & in judicio nobis conſtat, quod tu Guilielme falqueti de Verduneto, & tu Raimunde aliter dictus Monetus cognominatus de Verduno de bolhaco, & tu Yſarne bolha, & tu Sicarde bolha, & tu Guilielma uxor Sicardi bolha, & tu Petre bolha ſenior, & tu Bernarde bolha, & tu Johannes bernerii filius Raimundi bernerii, & tu Arnalde bernerii, & tu Bernalde bernerii, filius quondam Raimundi bernerii, & tu Yſarne bernerii filius quondam Raimundi bernerii & tu Raimunde Bernerii filius Bernardi bernerii, & tu Petre Nicholay, & tu Bernarda uxor Petri Nicholay, & tu Guilielme filius Bernardi bolha, & tu Petre Uſabe, & tu Condors uxor Petri Uſabe, & tu Raimunde florencii, & tu Bernarda uxor Bernardi bolha, & tu Stephane bolha filius Bernardi bolha, omnes precedentes de Verduneto. Et tu Guilielma ponſenca de ſancto papulo, & tu Yſarne Vitalis textor de fano Jovis, & tu Petre de narica filius Petri de narica de Avinione, & tu Raimunde de ſalvetate ſenior, & tu Raimunda uxor dicti Raimundi de ſalvetate de pruneto, & tu Sibilia uxor quondam Petri ſanchas de pruneto, & tu Guilielma ſentgelia uxor Raimundi ſancti Egidii de bauro, & tu Petre Cardini de Cabanili, & tu Raimunde Guidonis, & tu Guilielme Guidonis, & tu Guilielma uxor Guilielmi Guidonis, vos tres predicti de garda. Et tu Blanca uxor quondam Bernardi Gilaberti, & tu Vitalis Gilaberti de ferrus, & tu Guilielme Petri de monte caprario, & tu Bertrande de monte caprario fratres ambo de ſancto Sulpicio, & tu Bernarde Aliguerii, & tu Guilielme Aliguerii junior fratres filii quondam G. Aliguerii, & tu Beatrix filia quondam Guilielmi Aliguerii, vos tres de mirapiſce, & tu Ugo Maurandi aliter cognominatus Mathei de dicto mirapiſce prope tarnum, & tu Petre Sicardi aliter cognominatus de la boyſſa, & tu Geralde Yſarni, & tu Guilielma uxor dicti Geraldi, vos tres de villa muro, & tu Raimunde Dominici, & tu Guilielma uxor dicti Raimundi Dominici, & tu Petre de boſco filius Guilielmi de boſco, & tu Raimunde fabri aliter dictus Eſpanhol, & tu Guilielme fabri aliter cognominatus Eſpanhol, & tu Bernarde fabri aliter cognominatus Eſpanhol, & tu Eſpanhol fabri qui modo moraris

raris in Vaqueriis, vos IIII^or fratres omnes de borno, & tu Bernarde Vaquerii aliter dictus vin de blat, & tu Guilielme de clayraco, & tu Sapta uxor dicti Guilielmi de clayraco, vos tres de Verlhaco & tu Bernarda uxor quondam Bernardi de ſancta fide de capella Ugoleni & tu Alexia uxor Stephani de prato de monte aygone, & tu Bernarde de Verduno de tunicio tenchurerius, & tu Jacobe de contraſto aliter dictus de barrio de porta de poſamia, omnes de Tholoſa, & tu Guilielme de Verduno, & tu Sancie borrelli, & tu Bernarde borrelli filius dicti Sancii, vos tres de bolhaco. Tam graviter in crimine dampnate hereſis & tam multipliciter deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes perſonaliter comparentes coram nobis hac die & loco vobis ad recipiendum penitentiam & ad audiendum diffinitivam ſententiam perhemptorie aſſignatis redire volentes ſicut aſſeritis de corde bono & fide non ficta ad eccleſiaſticam unitatem, & omnem hereſim favorem ac credenciam hereticorum cujuscunque ſecte, ac omnia pertinencia ad credenciam, ritum favorem heretice pravitatis nunc publice abjurantes, promittentesque fidem ſervare tenere & deffendere orthodoxam, & jurantes ſuper premiſſis mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter & fideliter obedire, abſolutionis beneficio vobis inpenſo ab excommunicatione qua pro dictis culpis tenebamini aſtricti, ſi tamen ad eccleſie unitatem ex corde redieritis, & injuncta vobis mandata ſervaveritis, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, ſedentes pro tribunali de bonorum virorum ac peritorum in utroque jure conſilio, ad perpetuum carcerem muri ſententialiter ad peragendum ibidem in pane doloris & aqua tribulationis penitentiam ſalutarem. Et quia tu Guilielme falqueti & tu Raimunde de Verduno amplius & gravius deliquiſtis, & ideo eſtis gravius puniendi, vos in muro ſtricto & in loco arctiori in vinculis & cathenis perpetuo decernimus includendos, precipientes omnibus vobis ſub virtute preſtiti juramenti quod ſine omni dilatione ad murum Tholoſe hujuſmodi culpabilibus deputatum vos transferatis, & ibidem perſonaliter includatis, quod ſi hoc mandatum noſtrum contempſeritis adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temere poſt ingreſſum absque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum licencia exeundo, aut aliter contra jurata vel abjurata per vos quocunque tempore veniendo per hoc veſtram converſionem fictam & veſtram inpenitenciam oſtendendo, vos ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes culpis que aſtrictos prioribus, nec non & omnes qui ſcientes vos eſſe tales receptaverint, aut deffenderint, aut vobis predicta mandata noſtra non complentibus, ne compleatis ea conſilium auxilium inpenderint vel favorem, auctoritate predicta qua fungimur in hiis ſcriptis preſentibus excommunicationis vinculo innodamus. Decernentes abſolutionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe. Retinemus autem nobis & noſtris
14. b. in hoc officio ſucceſſoribus plenam & liberam poteſtatem mitigandi, diminuendi, agravandi, commutandi, vel etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint malicioſe aliqua de facto hereſis ſuppreſſiſſe, ſeu aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato. ¶ Lata fuit hec ſentencia in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe, preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra anno & die predictis. ¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Quoniam nos preffati epiſcopus & inquiſitor per inquiſitionem legitime factam invenimus, & in judicio nobis conſtat, quod Auda ſive Arnalda borrela de Limoſo que aliter faciebat ſe vocari Jacobam primo nomine inmutato olim pro facto hereſis ad partes Lombardie & Cicilie auffugit ad hereticos, & cum aliis quibuſdam perſonis in eisdem partibus extitit fugitiva, & de partibus Cicilie rediens ubi recepta fuit in ſectam hereſis execratam, heretica jam perfecta immo infecta & conſolata, immo verius deſolata vitam & ſectam & ritum hereticorum dampnabilem tenendo & ſervando, & ad eam perſo-

nas

nas alias pertrahendo fidemque Catholicam ſua perfidia corrumpendo, ad partes iſtas veniens Tholoſe dampnabiliter obiit in orrore hereſis & orrore.

¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus, & per teſtes juratos in judicio legitime nobis conſtat quod Guilielma uxor quondam Martini de proaudo de Tholoſa jam deffuncta, dum adhuc viveret & ageret in humanis, viſitavit & vidit pluries hereticos in diverſis locis, nec non in domo propria pluries receptavit, & audivit verba & monitiones & predicationem ac doctrinam peſtifferam eorundem. Contra fidem & ſacramenta eccleſie Domini Jeſu Chriſti, adoravit eoſdem flexis genibus, & junctis manibus inclinando proffunde coram ipſis dicendo benedicite maledictum, dona, munera & excenia eis miſit, ad amicitiam & credenciam ipſorum perſonas alias verbis ſuis pertrahens inclinavit, vitam ſectam & fidem ipſorum laudando aprobando & docendo & commendando perſonis aliis, nec non in ſua ultima egritudine compos mentis exiſtens in dampnatam ſectam hereſis ab hereticis recepta fuit conſolamentum immo verius deſolamentum per inpoſitionem manuum petens & recipiens ab eisdem, & legatum ipſis fecit, & ipſamet perſolvit eisdem, & ſic recepta per hereticos in abſtinencia quam ipſi vocant enduram multis diebus perdurans ritum ſibi traditum & ſectam ipſorum ſervando ſe fecit tanquam hereticam more ipſorum dampnabili adorari, mortemque corporalem ſibi accelerans, ſanguinem minuendo balneum frequentando, potumque letifferum ex ſucco cucumerum ſilveſtrium inmiſſo in eo vitro fracto quo frangerentur ejus viſcera in fine ut finiret celerius petitum avide aſſumendo ad mortem feſtinavit eternam dum dampnabiliter obiit in errore hereſis & horrore.

¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus & per teſtes juratos in judicio legitime nobis conſtat quod Ricarda uxor quondam Guilielmi Raymundi de Contraſto aliter cognominata de barrio de Tholoſa, materque predicte Guilielme, jam deffuncta in ultima ſua egritudine de qua obiit compos mentis exiſtens, & memorie ordinate, recepta fuit per Petrum Auterii hereticum in dampnatam ſectam hereticorum ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem, & ſic obiit in eadem.

¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus, & per teſtes juratos in judicio legitime nobis conſtat, quod Guilielma filia quondam Bernardi baſtida de monte Galhardo, uxorque quondam Arnaldi de proaudo de coquinis de Tholoſa jam deffuncta, poſtquam alias commiſerat in hereſi contra fidem, ſicut in actis inquiſitionis invenitur, & punita fuerat pro eiſdem & abſoluta per bone memorie fratrem Petrum de mulceone tunc inquiſitorem, ſicut apparet per ipſius inquiſitoris literam ſigillatam, & abjuraverat hereſim coram ipſo de qua abjuratione predictus Arnaldus vir ſuus qui vidit & preſens interfuit teſtifficatur predicta Guilielma poſt modum ſicut canis rediens ad vomitum in abjuratam hereſim relabendo commiſit in ea multipliciter, quod pluries vidit hereticos, & receptavit in domo ſua, & neceſſaria miniſtravit eiſdem, audivit verba monitiones & doctrinam peſtifferam eorundem contra fidem & ſacramenta eccleſie Domini Jeſu Chriſti, & adoravit eoſdem more hereticali flexis genibus & junctis manibus inclinando coram ipſis, dicendo benedicite maledictum, hereticosque alibi quam in ſuo hoſpicio, & quandam hereticam viſitavit, dona, munera, & excenia eis miſit, & ſervitia inpendit, perſonas alias ad amorem & credenciam ipſorum verbis ſuis inclinavit & induxit, vitam & ſectam & doctrinam hereticorum laudando, aprobando, docendo & commendando: nec non in dampnatam ſectam hereticorum per quendam hereticum, quem petiit & habuit, in ſua ultima egritudine recepta fuit ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem, ſicque dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Poſtmodum citatis & vocatis filiis, heredibus, & parentibus, ac bonorum detentoribus predicte Aude ſive Arnalde borrela aliter Jacobe hereticе de Limoſo propoſitisque edictis publicis in eccleſia de Limoſo, ac etiam predictarum Guilielme uxor quondam Martini de proaudo, & Ricarde uxor quondam Guilielmi Raymundi de Contraſto, & Guilielme filie quondam Bernardi baſtada, & uxor quondam Arnaldi de proaudo 15.

do preffati, certis diebus perhemptorie aſſignatis per inquiſitorem preffatis filiis, heredibus, parentibus & bonorum detentoribus predictarum IIII^{or} mulierum deffunctarum, ad deffenſionem ipſarum ſi deffendere poterant & volebant, nulloque legitimo deffenſore pro dicta Auda borrela ſeu Jacoba comparente, renunciatoque ſeu habito pro renunciato & concluſo cauſe & defenſioni predictarum trium, Guilielme, & Ricarde, ac Guilielme deffunctarum per ipſarum filios & heredes, ac bonorum detentores, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato, & communicato & prehabito conſilio plurium ſapientum & peritorum in utroque jure, ac religioſorum virorum, preſenti die ad audiendam diffinitivam ſententiam ſuper premiſſis perhemptorie aſſignata, attendentes quod crimen hereſis propter ſui immanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis per jura promptiſſima debeat vindicari, habentes Dominum pre oculis & ſacroſanctis ejus euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Sedentes pro tribunali, ut moris eſt, per diffinitivam ſententiam declaramus, predictam Audam borrela de Limoſo aliter Jacobam apellatam hereticam deceſſiſſe; & predictam Guilielmam uxorem Martini de proaudo predicti credentem hereticorum dum viveret extitiſſe, & hereticatam ac hereticam deceſſiſſe; predictamque Ricardam hereticatam fuiſſe, ac in hereſi deceſſiſſe; predictam quoque Guilielmam uxorem Arnaldi predicti relapſam in hereſim abjuratam & credentem hereticorum ac hereticatam, & ſic hereticam deceſſiſſe, & tanquam tales per hanc noſtram ſententiam condempnamus, precipientes ut in ſignum perditionis oſſa ipſarum, ſi ab aliis catholicorum oſſibus poſſint diſcerni de ſacris cimiteriis exhumentur & comburantur in deteſtationem criminis tam nephandi.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco predictis in publico ſermone, clero & populo congregato in preſencia & teſtimonio teſtium predictorum. *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis preſens interfui & hic me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Excequtio ſtententie Bernardi de bela garda.*

¶ Item cum in actis inquiſitionis inveniatur quod Bernardus de bela garda de parochia de vertus prope Babaſtencs olim fuit judicatus relapſus dum viveret per bone memorie fratrem Petrum de Mulceone tunc inquiſitorem heretice pravitatis & curie ſeculari tanquam talis relictus, & excequtio illius ſtententie ex cauſa tunc dilata fuit que cauſa nunc & jam diu & totaliter ceſſavit prout in dicta ſtententia plenius continetur; ego preffatus frater Bernardus inquiſitor mando mando omnibus juſtitiariis domini noſtri regis Francie qui fuerant requiſiti, ad quos hujusmodi excequtio ſtententie diſnoſcitur pertinere ſub penis à canone inſtitutis ut indicti Bernardi deffuncti oſſibus indilate dictam ſtententiam excequtioni demandent.

¶ *Sententia Petri Bernerii de Verduneto relapſi in hereſin abjuratam relicti curie ſeculari.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Nos preffati epiſcopus & inquiſitor, Quoniam per inquiſitionem legitime factam invenimus, & in judicio nobis conſtat, quod tu Petre Bernerii de Verduneto prima vice captus pro facto hereſis & apud Carcaſſonam ductus promiſiſti te hereticos redditurum quod minime inpleviſti, quin imo dum eſſes in querendo cum miniſtris inquiſitionis, clam & occulte ac malicioſe auffugiſti & ad hereticos rediſti & inveniſti, & celaſti & occultaſti eos, & in fuga cum aliis credentibus hereticorum & fugitivis pro facto hereſis aliquo tempore perſtitiſti anno Domini M°. CCC°. quinto. ¶ Item in fuga poſitus & exiſtens ſecunda vice captus fuiſti & detentus, & de hiis que commiſeras in crimine hereſis confeſſus judicialiter, anno Domini M°. CCCV°. die ſabbati in feſto beati Gregorii quod tu videras hereticos & iveras ad querendum eos in ſavarteſium primo ubi inveneras eos, & loqutus fueras cum eiſdem de facto hereſis,

&

& ipſi ſimiliter tibi. ¶ Item quod fere per quinque annos ante confeſſionem tuam frequenter fuiſti cum hereticis, & viſitaſti eos diverſis temporibus & diebus in diverſis villis & in diverſis hoſpiciis, nunc unum nunc duos, nunc tres nunc IIII^{or} & aliquando quinque ſimul. ¶ Item frequenter duxiſti & aſſociaſti hereticos de loco ad locum de nocte ac de die. ¶ Item multas perſonas induxiſti & inclinaſti ad amorem & credenciam hereticorum verbis tuis commendando, & aprobando eis vitam & ſectam & doctrinam & fidem ipſorum. 15. b. ¶ Item pluries audiviſti verba, monitiones, predicationem & doctrinam peſtifferam hereticorum contra fidem & ſacramenta eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti de nocte & de die cum pluribus aliis perſonis; & interfuiſti conſiliis & tractatibus eorundem, & fuiſti nuncius ipſorum, & portaſti nunciationes eorundem. ¶ Item pluries & in pluribus locis adoraſti eos flexis genibus ter, & junctis manibus, ter dicendo benedicite maledictum, & vidiſti eoſdem à perſonis aliis pluribus & pluries ſimiliter adorari. ¶ Item feciſti eiſdem pactum quod ipſi vocant la covenenſa quod volebas recipi in fine tuo per eos ad ſectam ipſorum ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem. ¶ Item comediſti pluries de pane benedicto per eos ſeu potius maledicto quem ipſi panem ſancte orationis apellant. ¶ Item credidiſti hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam doctrinam & veram & bonam fidem, & bonam ſectam & poſſe ſalvari in fide ipſorum tenendo ſectam eorum, & credidiſti erroribus eorundem contra fidem eccleſie Romane. ¶ Heretici autem, quos in prima confeſſione tua confeſſus es te vidiſſe, ſunt iſti numero novem, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Raimundi de ſancto papulo, Amelius de perlis, Andreas de pradis, Bernardus Audoyni, Poncius Aix Poncius de narica de Avinione. ¶ Item in predicta prima confeſſione tua multa celaſti ſcienter contra proprium juramentum ſicut poſtea in judicio es confeſſus, & convictus teſtibus, inter que eſt hoc unum quod Philippum hereticum & Jacobam hereticam cum eodem qui de Cicilia tunc veniebant, de Verduneto uſque Tholoſam adduxiſti, ubi hoſpicium conduxerant, in quo vidiſti & viſitaſti eos & comediſti cum eis, & miſſus per Philippum hereticum iviſti in Savarteſium ad querendum Petrum Auterii & denunciandum adventum ipſorum, quem Petrum Auterii hereticum ad predictos Philippum & Jacobam ad hoſpicium in quo morabantur Tholoſe adduxiſti. ¶ Item civiſti mortem predicte Jacobe heretice, & interfuiſti ſepulture ejuſdem, & Philippus hereticus erat preſens. ¶ Item celaſti quoſdam alios fugitivos pro facto hereſis quos ſciebas. ¶ Item poſt confeſſionem tuam primam factam in judicio, & poſt abſolutionem à ſententia excommunicationis obtentam, & poſt hereſim ibidem in judicio à te abjuratam, ſecunda vice auffugiſti de muro Tholoſe, & rediſti ad fugitivos pro facto hereſis, amicos & credentes hereticorum, & cum eis in fuga perſeveraſti, & pluries de facto hereſis cum eiſdem colloquium habuiſti. ¶ Poſtea in fuga exiſtens poſt hereſim abjuratam, & reconſilationem obtentam vidiſti & viſitaſti pluries Philippum hereticum predictum, & fuiſti cum eo pluribus diebus & noctibus, & comediſti & bibiſti in eodem hoſpitio cum ipſo & cum aliis credentibus hereticorum & fugitivis pro facto hereſis, & ſciviſti quod mutavit ſe de una villa ad aliam, & ſciebas ipſum eſſe & manere multo tempore in quadam villa, in qua tu vidiſti eum, & ſciviſti quod de illa villa ſe tranſtulit & receſſit ad aliam villam & patriam timens capi. ¶ Item in fuga exiſtens & perſeverans vidiſti & audiviſti aliquos nuncios & ſecretarios hereticorum, & petiviſti rumores de eiſdem. ¶ Item in predicta fuga taliter perſeverans annis fere tribus captus & deprehenſus fuiſti tercia vice, ex quibus liquet quod tu tanquam canis ad vomitum rediens culpis veteribus novas addere non verendo, nec divinum judicium metuendo ex aprobati à te prioris erroris conſequencia in abjuratam prius hereſim in judicio es relapſus, per hoc te falſo & ficte converſum & inpenitentem, ac perjurum, & de tam enormi crimine manifeſte, incorrigibilem te oſtendens, nec non omni gratia & miſericordia & audiencia tanquam relapſus in abjuratam hereſim feceris te indignum, ita quod promiſſionibus & juramentis tuis nulla fides ſit penitus de cetero adhybenda. Ideo nos preffati epiſcopus & inquiſitor communicato & habito con-

ſilio multorum bonorum virorum peritorum tam in jure canonico quam civili, & religioſorum plurium diſcretorum, Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis ejus euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu ejus noſtrum prodeat judicium ſedentes pro tribunali, te Petrum Bernerii preſentem in hac die preſenti ad audiendum ſententiam perhemptorie aſſignata, dicimus & per ſententiam in hiis ſcriptis declaramus te relapſum in hereſim in judicio abjuratam, & cum eccleſia ultra non habeat quid faciat pro tuis demeritis contra te, ideo te in hiis, & cum hiis ſcriptis relinquimus judicio & juſtitie ſeculari. Salvo ibi & retento quod ſi digne & vere penitueris tibi petenti humiliter ſacramentum penitencie & heucariſtie miniſtrentur.

Lata fuit hec ſentencia, & etiam omnes precedentes, & injuncte penitencie, & facte gratie in preſenti ſermone anno & die & loco predictis in preſencia & teſtimonio teſtium predictorum.

Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi, & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

16. *Et ego Petrus de Claveriis publicus Tholoſe notarius & juratus officii inquiſitionis preſens interfui & recepi, & de mandato preffati domini inquiſitoris hic ſcripſi, & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

Anno Domini M°. CCC°. nono XVIII°. Kalendas Julii, dominus Johannes de malo cochino ſeneſcallus Tholoſe & Albigeſii qui nuper in ſermone publico non juraverat inquiſitori quia modum & uſum minime tunc ſciebat ut dixit, ſaniori uſus conſilio poſtea juramentum preſtitit fratri Bernardo Guidonis & domino Stephano de portu vicario in negocio inquiſitionis pro domino epiſcopo Tholoſano in hunc modum. ¶ Ego Johannes de malo cochino miles ſeneſcallus domini regis Francie Tholoſe & Albigeſii juro per hec ſancta Dei euangelia quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebo & teneri faciam & deffendam pro viribus contra omnes. Item quod hereticos credentes fautores & receptatores perſequar, & capiam ſeu capi faciam quandocunque potero, & accuſabo eos, & denunciabo eccleſie & inquiſitoribus ſi alicubi novero eos eſſe. Item quod non committam bavilias vel adminiſtrationes nec officia publica alicui de predictis perſonis peſtifferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit racione criminis hereſis quod publicis officiis non fungatur, nec aliquem de predictis recipiam, nec habebo in mea familia ſeu conſorcio vel ſervicio, nec in meo conſilio ſcienter. Et ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos poſtquam ad noticiam meam pervenerit protinus expellam. Et in hiis & in aliis que ad officium inquiſitionis pertinent ero obediens Deo & Romane eccleſie, & domino epiſcopo, & inquiſitoribus ſic Deus me adjuvet, & hec ſancta Dei euangelia. Preſtatum & receptum fuit predictum juramentum à predicto domino ſeneſcallo preffato domino inquiſitori & domino Stephano de portu. Anno & die quibus ſupra, in domo dicti domini ſeneſcalli, preſentibus magiſtro Bardino judice criminum, & domino Raimundo Coſte judice reviſorum, & multis aliis aſtantibus.

Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi, & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

¶ *Sentencia condempnationis Amelii de perlis heretici relicti curie ſeculari.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Nos frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apoſtolica deputatus, & Stephanus de portu Canonicus Vaſatenſis, & Bernardus de Cucujaco Canonicus Nivernenſis vicarii deputati in negocio ſeu facto inquiſitionis in civitate & dyoceſi Tholoſana per reverendum patrem ac dominum Galhardum Dei gratia epiſcopum Tholoſanum. Quoniam legitime ac evidenter nobis conſtat, tam per plures teſtes in inquiſitione legitime receptos quam per confeſſio-

fessionem seu magis professionem tam nephariam quam prophanam Amelii de perlis aliter cognominati de alta Ryppa dyocesis Appamiensis capti & deprehensi in heresi in dyocesi Tholosana in qua plurima commisit in heresi personas hereticando alias & fidem suo falso dogmate corrumpendo quod ipse Amelius tanquam hereticus manifestus à multis retro jam annis tenuit & servavit, ac nunc tenet & proffitetur se tenere vitam sectam & fidem immo verius perfidiam illorum hominum quos sacrosancta Romana ecclesia persequitur & condemptnat & apellat hereticos perfectos seu consolatos, immo verius desolatos. Qui creationem omnium visibilium dicunt esse non à bono Deo Patre celesti, set à diabolo & Sathana malo deo quem dicunt deum malignum & principem hujus mundi. ¶ Et singillatim omnia sacramenta ecclesie, scilicet eucharistie & altaris ac baptismi aque corporalis, & confirmationis, & ordinis, & extreme unctionis depravant & asserunt impie inania atque vana. ¶ Et matrimonium carnale dampnant & dicunt ipsum à Deo minime institutum. ¶ Totumque statum Romane ecclesie & omnes gradus ejus docmatizant non habere nec tenere fidem Domini nostri Jesu Christi, & nos omnes de ecclesia Romana versa vice asserunt esse hereticos & errantes, nec aliquem posse salvari in fide Romane ecclesie tam nephande quam impie docmatizant, Romanamque ecclesiam dicunt esse malignam & vocant ecclesiam dyaboli & sathane sinagogam, suamque ecclesiam dicunt esse benignam & ecclesiam Jesu Christi, & habere fidem in qua omnis & sine qua nullus pervenit ad salutem. ¶ Resurrectionem quoque corporum humanorum negant penitus, confingentes quedam spiritualia corpora in quibus resurrecturos se dicunt. ¶ Confessionem etiam peccatorum factam sacerdotibus Romane ecclesie dicunt nichil valere, nec papam, nec aliquem de ecclesia Romana posse aliquem absolvere à peccatis asserunt inpudenter, se ipsos autem dicunt habere potestatem absolvendi à peccatis omnibus illos qui eorum sectam & fidem ab ipsis volunt suscipere & tenere. ¶ Hos & alios errores pariter & horrores tam abhominabiles quam nepharios profitentur heretici secte hujus, quam sectam preffatus nephandus Amelius coram nobis & multis aliis asseruit se tenere, prout Petrus Auterii hereticus tenebat, quem coram nobis & aliis suum esse ancianum in secta heresis recognovit, ac ambo unus alium mutuo coram nobis proni in terram modo hereticali adoraverunt & ejusdem secte esse se ipsos dixerunt & se alias pluries adorasse modo consimili ibidem recognoverunt, nec ab eadem secta discedere nec fidem Romane ecclesie credere nec ore fateri voluit set pocius & turpius diffiteri, licet à nobis & multis aliis sepius monitus & requisitus fuerit, ut eam confiteretur & crederet ac teneret, & à suis erroribus resiliret, quin immo ad cumulum dampnationis sue tanquam perditionis filius & gehenne mortem corporalem sibi accelerans & properans ad eternam ab eo tempore quo captus extitit noluit comedere nec bibere tanquam sui ipsius proprius homicida. Id circo quia prenominatus Amelius hereticus in crimine dampnate heresis deprehensus sicut lectum & recitatum est sibi intelligibiliter in vulgari monitus à nobis & pluribus aliis personis religiosis & secularibus fide dignis sepius & rogatus, ut predictam sectam dimitteret & fidem catholicam crederet, & ad conversionem suam quantum comode fieri potuit expectatus predicta omnia contempnens perseverat adhuc in sua perfidia animo indurato, nec potest ultra diutius sine mortis periculo expectari. Nos preffati inquisitor & vicarii habito prius diligenti consilio plurium sapientum & peritorum in utroque jure canonico & civili, nec non religiosorum virorum & fidei zelatorum ne sicut ovis morbida gregis dominici ulterius inficiat oves sanas, preffatum Amelium presentem & ad fidem catholicam converti nolentem, hac die & loco ad audiendum diffinitivam sententiam sibi perhemptorie assignatis, Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem sacrosanctis euangeliis positis coram nobis, ut de vultu Dei nostrum prodeat judicium, & oculi nostri videant equitatem, sedentes pro tribunali ipsum per diffinitivam sententiam in hiis scriptis hereticum esse declaramus & pronunciamus eundem tanquam talem relinquimus curie seculari.

16. b.

Lata fuit hec sentencia in ecclesia cathedrali sancti Stephani Tholose, anno Domini

mini M°. CCC°. nono X°. Kalendas Novembris in die Jovis, preſentes & aſiſtentes fuerunt domini Berengarius de belafar archidiaconus Saveſii, Sicardus de gardubio, Aymericus de inſula, Oſdo de fayſſas canonici ſancti Stephani, item dominus Poncius de Omelariis judex major tenens locum ſeneſcalli, dominus Bernardus commiſſarius delegatus à rege ad partes Carcaſſonenſes, Philippus de fontanis vicarius Tholoſe, Guilielmus de molanis judex ordinarius Tholoſe, Aymericus de Croſo judex ſaltus, Raimundus Coſta judex rivorum, Petrus de pradinis capellanus major ſancti Stephani, magiſter Johannes Chabreu, frater Guilielmus de anhanis prior provincialis, frater Arnaldus Johannis prior pruliani, frater Arnaldus barrerie lector Tholoſanus, frater Arnaldus de boſco prior ſancti Emiliani, frater Bernardus de villela, frater Raimundus de jumaco, frater bonus mancipius, frater Helyas telhphondi ſocius domini inquiſitoris ordinis predicatorum, frater Arnaldus rojardi lector minorum, frater Yſarnus de monte alto ſocius ſuus & alii plures religioſi predicatorum & minorum & ordinis ſancti Auguſtini, & Carmelitarum & Ciſtercienſium, & domini conſules Tholoſe in ſermone publico clero & populo publice congregato in multitudine copioſa.

Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

Et ego Petrus de Claverus publicus Tholoſe notarius & juratus officii inquiſitionis preſens interfui & recepi, & de mandato preffati domini inquiſitoris hic ſcripſi, & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

17. ¶ Sermo factus Anno Domini M°. CCC°. X°. dominica in passione Domini.

Anno Domini M°. CCC°. X°. Nonis Aprilis dominica in paſſione Domini, ad honorem Dei omnipotentis, & ſancte Romane eccleſie, cui preſidet ſanctiſſimus pater dominus Clemens papa quintus per religioſos viros fratrem Bernardum Guidonis, & fratrem Gauffridum de abluſiis inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatos, ac per dominum Stephanum de portu canonicum Vaſatenſem & officialem de gauderiis vicarium reverendi in Chriſto patris domini Galhardi divina providencia epiſcopi Tholoſani ad hoc ſpecialiter per eundem dominum epiſcopum deputatum fuerunt late ſententie & injuncte penitencie que ſequutur perſonis inferius nominatis pro hiis que conmiſerant in hereſi recitatis culpis ſingulorum ibidem intelligibiliter in vulgari in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe preſente curia regali ac conſulibus Tholoſanis ac multitudine cleri & populi copioſa.

¶ *Juramentum curialium regis.*

¶ Nos Poncius de Omelacio miles & judex major in ſeneſcallia Tholoſana ac locum tenens domini ſeneſcalli Tholoſani, Johannes de turre locum tenens vicarii Tholoſani, Guilielmus de molanis judex domini regis ordinarius Tholoſe, juramus per hec ſancta Dei euangelia, quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & teneri faciemus, & ipſam deffendemus pro viribus contra omnes. ¶ Item quod hereticos credentes, fautores, & receptatores ac deffenſores eorundem perſequemur & capiemus, & capi faciemus quandocunque poterimus, & accuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus ſi alicubi noverimus eos eſſe. ¶ Item quod non committemus bavilias vel adminiſtrationes, nec officia publica alicui de predictis perſonis peſtiferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit ratione criminis hereſis quod publicis officiis non fungatur, nec aliquem de predictis recipiemus nec habebimus in noſtra familia ſeu conſortio vel ſervicio, nec in noſtro conſilio ſcienter, & ſi forte contrarium factum fuerit

rit ignoranter illos poſtquam ad noticiam noſtram pervenerit protinus expellemus. Et in hiis & in aliis que ad officium inquiſitionis pertinent erimus obedientes Deo & Romane eccleſie & inquiſitoribus, ſic Deus nos adjuvet & hec ſancta Dei euangelia.

¶ *Eadem eſt forma juramenti conſulum.*

¶ Nos Raymundus Othonis Maurandi, Poncius arabi Mercaderius Bernardus de Imariis Raymundus de Caſtro novo, magiſter Johannes Poieti Raymundus Guilielmi de Calquenchis conſules & Capitularii Tholoſe juramus per hec ſancta Dei euangelia &c. ut ſupra immediate.

¶ *Sentencia excommunicationis contra impedientes officium inquiſitionis.*

¶ Cum negocium fidei ſacroſancte, in qua fundamenta eccleſie orthodoxe à Domino Jeſu Chriſto ſunt firmiter & ſolide ſtabilita, nullus Chriſtianus inpedire debeat, ſet pocius totis viribus promovere, ideo nos frater Bernardus Guidonis & frater Gauffridus de abluſiis ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, & Stephanus de portu officialis de gauderiis vicarius pro reverendo patre in Chriſto domino Galhardo divina gratia epiſcopo Tholoſano omnes illos qui negocium inquiſitionis ſcienter inpedierint vel de cetero inpedient quoquo modo directe vel indirecte manifeſte vel occulte vel per ſe veritatem celando vel legitime confeſſata revocando ſeu alios ad celandum vel revocandum indebite inducendo, & quicunque ad hoc directe vel indirecte occulte vel manifeſte conſilium auxilium ſcienter inpenderint vel favorem, & quicunque pecuniam, dona ſeu munera indebite receperint pro liberatione alicujus obtinenda ſeu pro retardatione executionis facienda in dampnum ſeu in prejudicium officii inquiſitionis, auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, & excommunicatos publice nunciamus.

¶ Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco predictis, preſentibus & aſſiſtentibus nobis venerabilibus viris domino Poncio de Omelacio judice majori ac tenente locum ſeneſcalli Tholoſani, domino Baraſcone vicecomite brunquelli, domino Rotgerio de armaniaco decano pariſienſi, domino Johanne de creſpeyo, domino Pilo fortis abbate Lomberienſi, domino Sicardo Froterii, domino Geraldo de barda canonicis ſancti Stephani, domino Andrea Fredoli canonico Magalonenſi, domino Peregrino archidiacono Cilotenſi in eccleſia Aduренſi Nicholao de ermeno villa theſaurario Tholoſe domini regis, domino Johanne de Rocolis preceptore Galliaci, domini Yterio de brolio officiali albienſi, domino Centullo de glatencs vicariis domini epiſcopi albienſis, magiſtro Guilielmo de brolio procuratore domini epiſcopi Tholoſani, domino Amelio de lautrico archidiacono de monte eſquivo, domino Bernardo de aſtarague ſio archidiacono ville longe, domino Guilielmo de Turre canonico claromontenſi, Helya de ventodoro filio vicecomitis ventodorenſis, Poncio de Bardaco canonico cathalonenſi, domino Bertrando de falgario milite, domino Helya de falgario milite, domino Vitale de caſtro novo milite, domino Petro de pradinis capellano ſancti Stephani, domino Raymundo Coſta judice rivorum, domino Raymundo ſobirani doctore decretorum, domino Bernardo de cucuiaco archipresbytero de lauraco, magiſtro Galhardo de viridi folio, magiſtro Guilielmo de ſamatre judice epiſcopi Tholoſani, domino Arnaldo de villario, magiſtro Ugone de carrollis, item religioſis viris ordinis fratrum predicatore fratre Guilielmo de anhanis priore provinciali, fratre Arnaldo Johannis priore pruliani, fratre Bertrando de Roco villa priore Tholoſano, fratre Arnaldo de barreria lectore, fratre Ugone de noalhas lectore ſententiarum, & fratribus Raymundo de jumato, Bernardo de Villela, Petro Raymundi de orto, Ugone de ſancto marciale, Petro brinii Johanne Stephani ſocio inquiſitoris Carcaſſonenſis, Helya Telhphondi ſocio inquiſitoris Tholoſani, & conſulibus Tholoſanis & pluribus aliis ſecula- 17. b.

cularibus & religiosis in sermone publico clero & populo convocato in ecclesia sancti Stephani Tholose, anno & die quibus supra immediate.

¶ *Ad gratiam de crucibus.*

¶ Petrus Chacmarii, filius Guilielmi Chacmarii de villa magna peregrinationes & visitationes ecclesiarum Tholose, & generalia contenta in literis, retenta in omnibus potestate inquisitoribus.

¶ Jacobus Mercaderii de borno peregrinationes & visitationes ecclesiarum Tholose, & generalia contenta in literis, retenta potestate ut supra.

¶ Matheo Aycardi Tenchurerio de Tunicio fuerunt conmutate cruces in opus pontis novi de Tunicio & quod solvat dicto operi xxx. librarum Turonensium parvarum, & conpleat peregrinationes majores & minores, & visitationes Tholose, & alia generalia contenta in literis, retenta potestate inquisitoribus ut supra. ¶ Bernardus de barrio alias dictus de contrasto peregrinationes & visitationes ecclesiarum Tholose, & alia contenta in literis, retenta potestate inquisitoribus ut supra.

¶ *Eductus de muro.*

¶ Eductus fuit de muro Jacobus de barrio alias dictus de contrasto de Tholosa cum crucibus, ‡, & peregrinationibus minoribus & visitationibus ecclesiarum Tholose, & faciat generalia contenta in litteris, retenta potestate inquisitoribus semper revocandi eum ad murum, si & quandocunque inquisitoribus visum fuerit, etiam sine nova causa.

¶ *Culpe crucesignatorum.*

Mo. cccIx°. xvII°. *Kalendas Octobris.*

¶ Guilielmus Petri durandi filius Gayssie durandi de bello videre, † sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, vidit pluries in domo sua & patris sui Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, sciens eos esse tales, & audivit predicationem & doctrinam eorum pluries, aliquando de die aliquando de nocte. Item associavit aliquando de nocte dictum Petrum Sancii hereticum, & dictum Petrum Auterii hereticum, non simul. Item vidit in eadem domo Guilielmum Auterii & Sancium mercaderii hereticos sciens eos esse tales. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & habere bonam fidem in qua homo posset salvari, sicut dabant sibi intelligere. Item fecit conventionem seu pactum Petro Auterii heretico quod vellet recipi in fine suo ad ordinem eorum ut salvaret sibi animam.

18. Mo. cccIx°. xIIII°. *Kalendas Septembris.*

¶ Johanna uxor Bernardi Vasconis de Varenis .†. sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, vidit in domo sua & viri sui pluries in pluribus diebus quendam hominem senem, de quo audivit & scivit tunc quod erat hereticus, & vocabatur dominus Petrus, & audivit verba & predicationem dicti heretici cum aliis personis, & fecit ei pactum seu promissionem quod in infirmitate sua requireret eum ut daret sibi sanctum baptismum & reciperet eam ad sectam & ordinem suum, & aliquando ipsa ministravit dicto heretico necessaria dum stabat in hospicio seu domo predicti viri sui, & negavit de predictis à principio veritatem coram inquisitore in judicio requisita. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & posse salvari in fide eorum quando erat coram dicto heretico & audiebat verba & doctrinam ipsius.

Mo. cccIx°. xIIII°. *Kalendas Septembris.*

¶ Sibilia uxor quondam Adzemarii Vasconis de Varenis .†. sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, vidit Petrum Auterii hereticum in domo sua, & Bernardi Vasconis sororii sui per duas vices in diversis temporibus, & qualibet vice stetit ibi dictus hereticus pluribus diebus & noctibus jacendo & comedendo & bibendo, & ipsa aliquando ministravit sibi panem & vinum & alia necessaria, & fecit lectum pro eo, & audivit verba & predicationem dicti heretici pluries cum aliis personis, & fecit promissionem seu pactum dicto heretico

quod

quod in infirmitate ſua requireret & vellet habere ipſum ut reciperet eam ad ſectam ſeu ordinem ſuum, ut ſalvaret ſibi animam. Item comedit de pane benedicto dicti heretici ſemel, & de predictis negavit veritatem à principio coram inquiſitore in judicio requiſita. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum quando erat coram dicto heretico propter verba que audiebat ab eo.

¶ Petrus de ſulholet de ſulhols prope villam murum, |‡|, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Dels Eſpanhols duos homines, quorum unus vocabatur Petrus, & nomen alterius ignorat, de quibus ſtatim ſuſpicatus fuit quod erant heretici, & ibidem ſtatim intellexit & ſcivit per verba Petri Sancii, qui erat ibi, quod ipſi erant heretici, & audivit ibi verba & predicationem eorum, & ibidem doctus per Petrum Sancii adoravit dictos hereticos modo hereticali, ſcilicet flectendo genua tribus vicibus, junctis manibus inclinando usque ad terram, & petendo benedictionem eorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & quod docerent viam ſalutis, & fuit in illa credencia quamdiu vidit & audivit eos loquentes. Item prima vice fecit confeſſionem palliate & ficte, & negavit à principio veritatem, & ſtetit diu in negativa contra proprium juramentum. M°. cccvii°. iiii°. *Kalendas Junii.*

¶ Guilielma uxor Bernardi vin de blat de Verlhaco. ‡. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Johannis Mercaderii de borno Petrum Auterii hereticum in quodam ſolario, & ſalutavit eum cum quibuſdam perſonis aliis quas nominat, & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici. Item alia vice poſt vidit predictum Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in domo Guilielmi de Clayraco, & audivit verba eorum, & alterum ipſorum legentem in quodam libro ibidem cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat: Item in ſancto Sulpicio in domo Baranhone matris ſue in quadam infirmitate dicte Baranhone, de qua convaluit, vidit dictum Petrum Auterii hereticum cum quibusdam aliis perſonis, quas nominat, juxta lectum dicte infirme, & tenebat quendam librum, & legebat in eo ibi, & poſtea proceſſu temporis ipſa credidit quod dictus hereticus hereticaret tunc dictam infirmam, & iſtud celavit ſcienter in prima confeſſione ſua in judicio contra proprium juramentum, & condixit cum quadam perſona, quam nominat, quod iſtud non revelaret. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum. M°. cccix°. *pridie idus Auguſti.*

¶ Petrus Salas filius Bertrandi Salas etatis xx. annorum de tenencia & parochia de Verlhaco †. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & patris ſui que eſt juxta Ceſconem Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos pluries ſciens eos eſſe hereticos, & audivit verba & doctrinam ipſorum contra fidem eccleſie Romane, & ſteterunt ibi dicti duo heretici aliquando ſimul aliquando non ſimul jacendo comedendo & biberido pluribus diebus & noctibus & ſeptimanis & menſibus, & ipſe & alii de domo ſerviebant & miniſtrabant eis, & dictus Petrus Auterii hereticus ſtetit ibi per unam yemen quadrageſimam & tempus paſchale uſque ad epdomadam penthecoſtes, & tunc ipſe eduxit eum & aſſociavit inde uſque ad quandam bordam juxta Verdunum, & jacuit cum dicto heretico in eodem lecto. Item vidit in domo ſua predicta Guilielmum Auterii hereticum cum dicto Petro Auterii fratre ſuo quadam vice. Item interfuit preſens quando Sancius Mercaderii fuit factus hereticus & receptus ad ſectam hereticorum per Petrum Auterii in domo ſua & patris ſui predicti. Item aſſociavit aliquando alias dictum Petrum Auterii hereticum. Item pluries audivit predicationem & doctrinam hereticorum, & fecit pactum ſeu conventionem eiſdem quod vellet recipi in fine ad ordinem eorum. Item comedit de pane benedicto ipſorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam vitam & bonam ſectam, & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum. Item predicta noluit confiteri niſi captus & detentus, & negavit à principio veritatem. M°. cccix°. *Kalendas Septembris.* 18. b.

¶ Sibilia filia Bertrandi Salas, etatis xv. annorum de parochia & tenencia de Verl-

M°. cccix°. iii°. *Kalendas Septembris.*

Verlhaco, †, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & patris ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos pluries, & pluribus diebus & noctibus, & audivit verba & predicationem ipſorum pluries & miniſtravit eis aliquando neceſſaria, & ſervivit eis aliquando, & ſteterunt ibi heretici aliquando ſimul aliquando non ſimul per plures dies & ſeptimanas comedendo & bibendo & jacendo ibidem. Item vidit & interfuit quando Sancius Mercaderii de borno fuit factus hereticus, & receptus per Petrum Auterii hereticum in domo ſua & patris ſui. Item fecit convenienciam ſeu pactum hereticis, quod vellet recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum. Item comedit de pane benedicto hereticorum ſemel. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam vitam & bonam ſectam, & quod homo poſſit ſalvari in fide & ſecta ipſorum. Item celavit & negavit de predictis à principio veritatem.

M°. CCCIX°. XVII°. *Kalendas Februarii.* ¶ Guilielma uxor quondam Raymundi de cumba guilha de calido furno prope Vaurum. †. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Raymundi Sancii & Petri Sancii ac Vitalis fratrem apud gardam Petrum Auterii, & Jacobum filium ejus cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat, & audivit & ſcivit ibidem quod erant de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationes ipſorum, & adoravit eos ſicut fuit docta flectendo genua ter inclinando & ponendo manus ſuper terram & dicendo benedicite. Item hoc anno in ſeptembri recepit in domo ſua Petrum Sancii hereticum avunculum ſuum, & ſciebat ipſum eſſe hereticum, & ſtetit ibi dictus hereticus duodecim diebus & noctibus jacendo, comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & ſcivit quis eduxit dictum hereticum de domo ſua. Item recepit in domo ſua, & juxta domum ſuam Vitalem Sancii fugitivum de carcere inquiſitorum quem fregerat, predicta noluit confiteri niſi prius capta & detenta.

M°. CCCIX°. III°. *idus Septembris.* ¶ Alaſaytz filia Guilielmi porcelli de Luganno uxor Raymundi Andegaudi de Vauro. ‡. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo patris ſui predicti pluries hereticos, ſcilicet Amelium & Petrum Auterii & Petrum Sancii, non omnes ſimul, ſet viciſſim, & aliquando ipſa miniſtravit eis neceſſaria de pane & de vino ad comedendum, & vidit & ſcivit quod dicti heretici fuerunt viſitati in domo predicta per aliquas perſonas alias quas nominat. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam vitam & bonam ſectam, & poſſe ſalvari in fide & ſecta eorum, & fuit in illa credencia per duos annos.

M°. CCCIX°. *pridie Kalendas Junii.* ¶ Johanna uxor Guilielmi de peytes aliter cognominati Monachi de luganno. †. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii de garda, & audivit & ſcivit ab eiſdem quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici, & ſunt fugati & perſequti, & audivit verba ipſorum contra fidem Romane eccleſie, & ſpecialiter quod crux non debebat adorari, & ſteterunt ibi tribus diebus & tribus noctibus, & ipſa miniſtravit eis aliquando panem & vinum, & caules ad comedendum in illis diebus.

M°. CCCIX°. III°. *nonas Junii.* ¶ Raymundus de fayſſer filius Arnaldi de fayſſier de aſſo. †. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Valencie ſocrus ſue de luganno duos homines de quibus audivit ibidem predictam Valenciam dicentem quod erant de illis qui vocantur ab aliquibus gentibus heretici. Item alia vice in domo Guilielmi porcelli de luganno vidit alios duos hereticos, de quibus audivit dici per illum qui duxit eum ad videndum ipſos quod erant de hereticis. Item alia vice vidit juxta domum ſuam duos homines de nocte de quibus tunc credidit quod erant heretici. Committens predicta à IIII^{or} annis citra ante confeſſionem ſuam.

19. M°. CCCIX°. III°. *nonas Junii.* ¶ Serena uxor Raymundi de fayſſer de aſſo, filia Valencie de luganno. †. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo dicte Valencie matris ſue in luganno duos homines, quos dicta mater ſua oſtendit

ſibi

ſibi in quodam appendicio domus, de quibus dixit ſibi quod erant de illis qui vocabantur heretici, & unus vocabatur Petrus, & alter Jacobus, & audivit aliquantulum verba ipſorum ibidem cum aliis perſonis quas nominat. Item alia vice poſt vidit predictos duos hereticos juxta domum ſuam & viri ſui de aſſo quadam nocte quas duxerant illuc due perſone quas nominat. Committens predicta à IIII^{or} annis citra ante confeſſionem ſuam de predictis.

¶ Johanna uxor Perrini Maurelli burgundi .†. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſeu borda in qua morabatur ipſa & vir ſuus, & Arnaldus Maurelli frater mariti ſui juxta Verdunum hoc anno unum hereticum qui vocabatur Petrus, quem ſcivit eſſe de illis qui vocantur heretici, & ſtetit ibi dictus hereticus per VI. ſeptimanas & amplius, & audivit aliquociens verba & predicationem dicti heretici contra fidem & ſacramenta Domini noſtri Jeſu Chriſti, & miniſtravit dicto heretico aliquando aquam, & illa quibus indigebat. Item vidit & ſcivit quod alique perſone quas nominat viderunt & viſitaverunt ibi dictum hereticum. ¶ Item credidit dictum hereticum eſſe bonum hominem & veracem, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide illius, & fuit in illa credencia quousque audivit quod predictus hereticus fuit captus. Item celavit & negavit à principio veritatem in judicio requiſita. M°. CCCIX°. XIX°. *Kalendas Februarii.*

¶ Vitalis de monte alto oriundus de borno filius quondam Vitalis de monte alto qui morabatur in Granatâ .†. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, recepit in domo ſua in granata aliquociens Durandum barrani avunculum ſuum ex parte matris, quem ſciebat eſſe fugitivum pro hereſi, & audivit eum aliquociens conmendantem ſibi hereticos. Item fecit quandam nunciationem pro dicto Durando ad quendam alium quem nominat, qui erat pro hereſi fugitivus & fecit eum venire ad certum locum, ubi dictus Durandus barrani fuit loqutus cum illo de Philippo heretico ſi ſciebat ubi erat quia volebat ire ad eum & recedere cum eo de terra. ¶ Item alias fecit nunciationem pro dicto Durando ad quendam alium fugitivum pro hereſi quem nominat. Item aliquando fuit loqutus cum quibuſdam aliis credentibus hereticorum, & ſcivit & audivit eos loquentes de hereticis. Item quadam vice vidit Petrum Sancii hereticum prope granatam, & ſciebat ipſum eſſe hereticum, & iverat cum quodam alio quem nominat ad videndum dictum hereticum & fuit loqutus cum dicto heretico per viam eundo cum ipſo per unam pauſam, & ſcivit ad quam domum dictus hereticus declinavit. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum. Committens predicta à IIII^{or} annis, à tribus & à duobus, & à dimidio citra. Predicta noluit confiteri donec fuit captus & detentus, & negavit à principio veritatem. M°. CCCIX°. IIII°. *Kalendas Novembris.*

¶ Bona uxor Arnaldi de ſalvetate ſenioris de pruneto .†. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ivit ad domum Petri Sanchas de pruneto ad videndum duos homines, de quibus prius dixerat ſibi dictus Petrus Sanchas quod erant de illis qui vocantur heretici, & vidit eos & audivit predicationem alterius ibidem qui vocabatur Petrus, & adoravit eos flectendo genua coram ipſis junctis manibus inclinando ſuper unam bancam, ſicut fuit edocta. Item fecit pactum ſeu convenienciam dictis hereticis quod haberet eos ſi poſſet in fine ſuo ut reciperent eam ad ſectam ſuam. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per unum annum. Committens predicta à IIII^{or} annis cum dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis. M°. CCCIX°. VI°. *Idus Aprilis.*

¶ Guilielmus de Ugonibus oriundus de Ugonibus, qui conſuevit morari Tholoſe in carreria petre ſancti Geraldi .‡. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in Verduneto in domo Petri Andree Petrum Raymundi & Amelium hereticos ſciens prius ipſos eſſe tales, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos flectendo genua ter & dicendo qualibet vice benedicite. Item in domo Petri bernerii vidit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos M°. CCCVI°. *in Octabis apoſtolorum Petri & Pauli.*

ſciens ipſos eſſe tales, & audivit verba ipſorum hereticorum. Item tradidit duos Turonenſes albos cuidam ut traderet eos Petro Raymundi heretico. Item prima vice qua vidit hereticos credidit verbis eorum, & credebat eos eſſe bonos homines. Committens predicta per unum annum antequam confiteretur de predictis.

19. b. M°. cccvi°. *die Veneris ante feſtum beate Margarite.* ¶ Raymunda uxor Petri de Ugonibus .‡. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & viſitavit in domo Poncii dels Ugos duos hereticos, quorum unus vocabatur Petrus Raymundi, & alter Jacobus, & audivit verba & predicationem ipſorum ibidem, & ſciebat eos eſſe de illis qui vocantur heretici. Item alia vice vidit dictum Jacobum hereticum transeuntem per villam de Ugonibus equitando. Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & poſſe ſalvari in fide eorum. Item celavit & negavit de predictis veritatem à principio contra proprium juramentum.

M°. cccviii°. xiii°. *Kalendas Julii.* ¶ Petrus Gauterii de Auriaco .†. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Andrene de auriaco quendam hominem, de quo ſuſpicabatur quod eſſet de illis qui vocantur heretici, propter verba que dicta Andrena prius dixerat ſibi, commendando eos & inducendo ipſum quod vellet conſentire eis, & audivit verba illius hominis, & comedit ibi, & tunc ſuſpicabatur quod eſſet hereticus, & poſt aſſociavit eum per aliquam partem vie verſus Soricinium & Baurum, de quo homine dicta Andrena dixit ſibi poſt quod vocabatur Jacobus Auterii. Item audivit à dicta Andrena dici quod in domo ipſius Andrene fuerant Petrus Auterii & Jacobus filius ejus heretici. Item ipſe revelavit & dixit Petro tardini quod ipſe viderat in domo predicte Andrene Jacobum Auterii predictum hereticum, & comederat cum eo, & aſſociaverat eum. Item multociens loqutus fuit cum aliquibus perſonis de facto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per medium annum vel circa. Item predicta noluit confiteri donec fuit captus & detentus, & negavit de predictis à principio veritatem. Committens predicta à IIII^{or}. annis citra, antequam de predictis confiteretur.

M°.cccviii°. xi°. *Kalendas Julii.* ¶ Aycelina uxor quondam Petri Juliani de Auriaco .†. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Andrene de Auriaco unum hominem, de quo dixit ſibi dicta Andrena quod erat de illis qui vocantur heretici, & ipſa fecit quandam potionem de quadam herba, & miniſtravit dicto heretico pro quadam infirmitate quam paciebatur in tibia. Item in eadem domo vidit alia vice Petrum & Jacobum hereticos, & portavit tunc dictis hereticis de nucibus. Item fecit convenienciam & promiſſionem hereticis, ſcilicet quod in fine ſuo reciperetur per eos. Item adoravit hereticos modo hereticali, ſcilicet inclinando ſe coram ipſis junctis manibus & dicendo bis vel ter benedicite. Item alia vice vidit in predicta domo predictos duos hereticos. Item ſemel dedit hereticis duos Tholoſanos. Item audivit predicationem & verba hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in ea, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa. Committens predicta à IIII^{or} annis citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis.

M°. cccv°. xi°. *Kalendas Februarii.* ¶ Michaëla uxor Guilielmi Chacmarii de villa magna juxta Verdunetum .‡. ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries hereticos, ſciens eos eſſe tales, & in pluribus locis tam in domo ſua apud Arznicum & apud villam magnam, quam alibi, ſcilicet in Verduneto & in Carcaſſona, & audivit verba & predicationem & doctrinam hereticorum contra fidem eccleſie Romane, & adoravit hereticos flectendo genua & dicendo ter benedicite petendo benedictionem eorum. ¶ Heretici autem quos vidit, non ſimul ſet per vices, nec in eodem loco, ſet in diverſis, fuerunt iſti, ſcilicet Petrus Auterii, & Jacobus Auterii filius ejus, & Petrus Raymundi de ſancto papulo, & Amelius. Item dedit ſemel Petro Raymundi heretico predicto duos denarios albos. Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem, in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos uſquequo fuit confeſſa de

pre-

predictis. Committens predicta à tribus annis citra, & à duobus, & ab uno anno cum dimidio, & ab uno anno, & à dimidio citra, ante confeſſionem ſuam de predictis. Item celavit à principio aliqua in judicio contra proprium juramentum.

¶ *Sentencia Cruceſſignatorum.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Nos preffati inquiſitores & vicarius, Quia legitime nobis conſtat, quod tu Guilielme Petri filius Gayſſie Durandi de bello videre, & tu Johanna uxor Bernardi Vaſconis, & tu Sibilia uxor quondam Adzemarii Vaſconis & tu Petre de Sulholet prope villam murum, & tu Guilielma uxor Bernardi Vin de blat de Verlhaco, & tu Petre Salas filius Bertrandi Salas, & tu Sibilia filia dicti Bertrandi Salas, & tu Guilielma uxor quondam Raymundi de Cuba Guilha de calido furno, & tu Alaſayt filia Guilielmi porcelli uxor quondam Raymundi Andegaudi junioris de Vauro, & tu Johanna uxor Guilielmi de peytes aliter cognominati Monachi de luganno, & tu Raymunde de fayſſer filius Arnaldi de fayſſer de aſſo, & tu Serena uxor ipſius Arnaldi junioris, & tu Johanna uxor Perrini Maurelli Burgundi, & tu Vitalis de monte alto qui moraris in granata, & tu Bona uxor Arnaldi de ſalvetate ſenioris & tu Guilielme de Ugonibus qui moraris Tholoſe, & tu Raymunda uxor Petri dels Ugos, & tu Petre Gauterii, & tu Aycelina uxor Petri Juliani vos ambo de Auriaco, & tu Michaëla uxor Guilielmi Chacmarii de villa magna Tam graviter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes prenominatos nunc ſaniori uſos conſilio ad eccleſie unitatem, prout aſſeritis, redire volentes abjurata prorſus hic publice & alias coram nobis in judicio omni heretica pravitate, abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab excommunicationis vinculis, quibus tenebamini aſtricti ratione criminis memorati ſi tamen ad unitatem eccleſie de corde bono & fide non ficta redieritis, & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & ſanctam eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, vobis conparentibus coram nobis hac die ad recipiendum penitenciam ſuper conmiſſis in crimine hereſis aſſignata, inponimus & injungimus pro penitencia duas cruces de filtro crocei coloris portandas unam anterius ante pectus, & aliam poſterius inter ſpatulas in omni veſte veſtra preterquam in camiſia, ſine quibus prominentibus infra domum vel extra nullatenus incedatis, quarum quantitas in longitudine ſit duorum palmorum & dimidii brachium unum, & duorum palmorum brachium aliud, ſcilicet tranſverſale & trium digitorum in latitudine utrumque brachium, & easdem refficiatis vel innovetis ſi rumpantur vel defficiant vetuſtate. Item peregrinationes & viſitationes eccleſiarum ſancti Stephani & ſancti Saturnini Tholoſe, & alia generalia que litere penitencie veſtre que vobis concedentur plenius continebunt. Et quia tu Petre de ſulholet, & tu Guilielma uxor Bernardi Vin de blat, & tu Alaſayt filia Guilielmi porcelli, & tu Guilielme de Ugonibus, & tu Raymunda uxor Petri de Ugnoibus, & tu Michaëla uxor Guilielmi Chacmarii, gravius & amplius deliquiſtis pejerando à principio in judicio conſtituti, ſuperaddimus vobis quod cruces quas vobis inponimus ſint duplices, nec non peregrinationes majores & minores & viſitationes eccleſiarum Tholoſe & alia generalia que litere penitentie veſtre que vobis concedentur plenius continebunt. Retenta nobis & noſtris ſucceſſoribus in hoc officio poteſtate augendi minuendi mitigandi conmutandi ſeu etiam remittendi predictam penitentiam ſive penam. 20.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco quibus ſupra, in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe, in publico ſermone clero & populo convocato, preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Culpe inmuratorum.*

M°. CCCIX°. XVIII°. *Kalendas Januarii.*

¶ Arnaldus bovis ſenior de borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, audivit pluries à quibusdam perſonis quas nominat ſibi vitam & ſectam hereticorum commendari, & conſenciit quod vellet eos videre. ¶ Item pluries vidit hereticos & audivit predicationem eorum & doctrinam contra fidem eccleſie Romane, & contra ſacramenta Domini Jeſu Chriſti. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt Petrus Auterii, Jacobus Auterii filius ejus, Petrus Raymundi de ſancto papulo, Petrus Sancii de garda. Item recepit & tenuit in domo ſua pluribus vicibus, & pluribus ſeptimanis & menſibus Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos predictos aliquando ſimul ambos & aliquando unum, & jacebant & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, que ipſe dabat & miniſtrabat eis & faciebat ab aliis de domo ſua miniſtrari, & ibi fuerunt heretici predicti per perſonas alias viſitati, & ibi ipſe frequenter audivit predicationem & monitiones dictorum hereticorum de doctrina ſua. ¶ Item ſcivit quod ibidem fuerunt miſſa aliqua dictis hereticis. ¶ Item alibi quam in domo ſua vidit & viſitavit hereticos. Item perſonas de domo ſua induxit ad conſentiendum hereticis. Item ſemel miſit quendam filium ſuum apud Bolhacum ad denunciandum hereticis, ſi erant ibi, quod caverent ſibi à quodam quem nominat in confeſſione ſua qui explorabat eos, ut caperentur. Item pluries fecit reverenciam hereticis inclinando caput junctis manibus dicendo domini rogate Deum pro nobis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem & tenere viam ſalutis, & poſſe ſalvari in fide eo-
20. b. rum, & fuit in illa credencia donec fuit captus. De predictis noluit confiteri donec fuit captus, & celavit & negavit pluries veritatem contra proprium juramentum, & ex quo fecit primam confeſſionem falſam & diminutam tenuit & recepit hereticos in domo ſua. Committens predicta à VII. annis, à ſex, à quinque, à IIII°r. à tribus, à duobus, ab uno, & à dimidio, & à duobus menſibus citra antequam caperetur.

Mo. CCCIX°. VI°. *idus Novembris.*

¶ Raymunda uxor Arnaldi bovis de borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries & in pluribus locis hereticos, & audivit predicationem eorum & doctrinam, & adoravit eos modo hereticali flexis genibus junctis manibus coram eis dicendo ter benedicite, & fecit pactum ſeu convenienciam quod reciperent eam in fine. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt Petrus Auterii, Guilielmus Auterii, Jacobus Auterii, Amelius, Petrus Sancii, Raymundus fabri, non ſimul nec in eodem loco, ſet modo iſtos modo illos. Item recepit & tenuit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii pluries & pluribus ſeptimanis & aliquando per menſem miniſtrando eis neceſſaria, & audivit predicationem eorum pluries. ¶ Item ſcivit hereticationem Petri dons patris ſui. Item dedit & miſit aliquociens hereticis denarios & pannum pro veſtibus. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta eorum, & fuit in illa credencia per quinque annos & amplius uſque ad menſem Auguſti proxime preteritum & tunc miſit Petro Sancii heretico XII. Turonenſes albos quos habebat ab eo & dicta Raymunda habebat in muro inquiſitorum Tholoſe maritum ſuum & Vitalem filium ſuum captos & detentos, & tamen hereticis adherebat. Item negavit pluries veritatem in judicio de predictis contra proprium juramentum, nec predicta voluit confiteri niſi prius detenta & per alios teſtes detecta. Committens predicta à VII. annis, à ſex, à quinque, à IIII°r. à tribus, à duobus, ab uno, & ab uno menſe citra antequam detineretur.

Mo. CCCIX°. V°. *Kalendas Julii.*

¶ Vitalis bovis filius Arnaldi bovis de Borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries hereticos in domo ſua & in multis aliis domibus & locis, & viſitavit eos & aſſociavit pluries de loco ad locum de nocte & de die, & fecit nunciationes eorum, & pro eis multociens, & audivit verba & predicationes & doctrinam ipſorum contra fidem & ſacramen-

ta

ta ſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti, & comedit multociens de pane benedicto per hereticos, & adoravit eos ſemel ſicut potuit & ſcivit, & ſalutavit hereticos frequenter modo hereticali inclinando caput ad utramque partem & dicendo benedicite. ¶ Heretici autem quos vidit ſunt Petrus Auterii & Petrus Sancii, qui diu ſteterunt in domo ſua & Patris ſui. Item Raymundum fabri hereticum una vice. Item ivit ſemel apud Bolhacum ad denunciandum hereticis ſi eſſent ibi quod caverent ſibi à quodam homine qui explorabat eos. Item ſemel adduxit Petrum Auterii ad quendam hominem qui volebat eum habere pro quadam perſona infirma. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & poſſe ſalvari in fide eorum; & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos uſquequo fuit captus. Item poſtquam pater ſuus fuit captus & ipſe citatus, ex tunc vidit Petrum Auterii hereticum & fuit loquutus cum eo. Item negavit & celavit veritatem de predictis pluries contra proprium juramentum, nec predicta voluit confiteri niſi captus & detentus. Committens predicta à quinque annis, & à duobus, & ab uno cum dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis.

¶ Arnaldus bovis junior, filius Arnaldi bovis ſenioris, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries in domo ſua & patris ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos de nocte, & de die, & audivit predicationem & doctrinam ipſorum, & adoravit Petrum Auterii flexis genibus junctis manibus ter qualibet vice dicendo benedicite. Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis, quod reciperetur in fine ad ordinem ipſorum. Item vidit Petrum Sancii alibi quam in domo ſua pluries. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos & veraces, & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia circa tres annos. Committens predicta à tribus annis, à duobus & ab uno citra: & nuper in menſe Auguſti proxime preterito fuit captus & deprehenſus in via de nocte, quando portabat ſotulares Petro Sancii heretico, nec tunc voluit revelare nunciis inquiſitorum, qui ipſum ceperant, ubi erat hereticus, cum tamen eſſet prope & poſſet haberi, & tunc & antea habebat patrem & filium ſuum captos in muro Tholoſe, nec propter hoc ceſſabat hereticis adherere. M°. CCCIX°. *tercio idus Octobris.*

¶ Bernardus Sicardi aliter cognominatus de la boyſſa filius quondam Sicardi de la boyſſa de borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries & in pluribus locis Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & ſemel Amelium hereticum, & adoravit hereticos petendo benedictionem inclinando ſe ter coram eis, & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis adorari, & audivit predicationem & doctrinam ipſorum, & aſſociavit eos de loco ad locum ſpecialiter Petrum Sancii, & fecit nunciationes pro eo aliquociens, & quadam vice nuper in Auguſto, quando Petrus Sancii hereticus debuit capi, fugit cum eo & latitavit in quodam nemore cum eodem: & tamen tunc Petrus frater ſuus & quidam alii de genere ſuo erant per ſentenciam inmurati pro crimine hereſis. Item comedit de pane benedicto hereticorum, & ſalutavit hereticum inclinando caput ter, & dicendo benedicite modo hereticorum, & interfuit hereticationi Petri Dous avi ſui, & procuravit & tractavit quod Petrus Auterii veniret ad hereticandum Petronam matrem ipſius, & ſcivit & vidit ipſum intrantem ad cameram in qua decumbebat, & ipſe obſervabat ad hoſtium domus. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per IIII^or^ annos vel circa. Committens predicta à ſex annis, & ab uno menſe citra ante confeſſionem ſuam de predictis, & celavit de pluribus à principio veritatem. M°. CCCIX°. VII°. *Kalendas Decembris.* **21.**

¶ Bernarda uxor Arnaldi Mercaderii de Borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries in domo ſua & mariti ſui Petrum Auterii, & Jacobum filium ejus, Petrum Raymundi, & Amelium hereticos non ſimul, ſet modo iſtos modo illos per diverſos dies, & audivit verba & predicationes & monitiones & doctrinam ipſorum pluries de nocte & de die contra fidem & ſacramenta Romane eccleſie, & adoravit eos pluries flexis genibus junctis ma- M°. CCCV°. *in feſto converſionis ſancti Pauli.*

manibus ter coram ipſis dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis adorari. Item fecit conventionem ſeu pactum hereticis, quod reciperetur ab eis in fine ſuo. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & fuit in illa credencia per annum. Committens predicta à duobus annis, ab uno, & à dimidio citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis.

Predicta Bernarda poſtquam confeſſa fuit de hereſi prima vice & abjuravit omnem hereſim, ex tunc ſcivit quod Sancius Mercaderii ſtabat abſconditus in domo Arnalde uxoris Bertrandi Durandi de bello videre, & ivit ad videndum eum ibi & portavit quandam placentam, quam dedit ſibi & ibidem invenit cum dicto Sancio Mercaderii Petrum Sancii, quem ſciebat eſſe hereticum ex communi fama, qui jacebat in lecto in quadam camera, & ſalutavit eos modo communi, & tunc perpendit ex hiis que vidit, & ex modo quem dictus Sancius habebat quod erat factus hereticus vel parabat ſe ad hoc, & ſalutavit eos, & receſſit ab eis, predictos duos hereticos non cepit nec capi procuravit, nec revelavit alicui qui poſſet capere, nec predicta voluit confiteri donec fuit capta & detenta. Committens predicta per annum ante confeſſionem ſuam factam de predictis, quam confeſſionem fecit, anno Domini M°. CCCX°. VIII°. ydus Maji.

M°. CCCIX°. VI°. *nonas Maji.*

¶ Bernardus boſqueti qui moratur in Merlato, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit Petrum & Amelium hereticos in domo Johannis Mercaderii, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus tribus vicibus ſe inclinando coram eis, & qualibet vice dicendo, benedicite. Item predictos duos hereticos recepit in domo ſua ubi ſteterunt tribus vel IIII^or^ diebus, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos, & vidit ab aliis adorari. Item in domo Petri Raymundi Dominici vidit predictos duos hereticos, & portavit eis unam angvillam. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per annum. Conmittens à quinque annis citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec voluit confiteri niſi prius adductus & detentus.

M°. CCCIX°. VI°. *idus Septembris.*

¶ Raymundus Durandi de bello videre juxta Tauriacum, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, receptavit hereticos in domo ſua pluries & pluribus diebus & noctibus, ſcilicet Petrum Auterii & Petrum Sancii de garda, Raymundum fabri, Amelium & Sancium Mercaderii de Borno, & Guilielmum Auterii una vice, & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & ipſe miniſtravit eis, & fecit eis miniſtrari. ¶ Item in precedenti yeme & per totam quadrageſimam tenuit in domo ſua Petrum Sancii hereticum predictum comedendo & bibendo ibidem de bonis domus ſue, & ibidem viſitaverunt dictum hereticum Petrus Auterii & Sancius Mercaderii, & Guilielmus Auterii heretici. Item in pluribus locis aliis vidit & viſitavit hereticos. Item aſſociavit hereticos pluries de nocte & de die. Item adoravit hereticos flectendo ter genua junctis manibus inclinando coram ipſis dicendo qualibet vice benedicite. Item ſalutavit pluries hereticos modo hereticali inclinando caput hereticis tribus vicibus amplexando & dicendo benedicite. Item vidit & interfuit & conſenciit quando Petrus Sancii fuit receptus ad ſectam & ordinem hereticorum per Petrum Auterii in domo ipſius Raymundi Durandi. Item comedit frequenter de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis. Item fecit pactum & convenienciam hereticis, quod reciperetur in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum. Item audivit verba & monitiones & predicationes & doctrinam hereticorum contra fidem & ſtatum eccleſie Romane. Item aliquas perſonas admonuit & induxit verbis ſuis ad amorem & credenciam hereticorum, commendando vitam & ſectam eorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per V. annos, conmittens predicta à quinque annis & amplius citra, & à dimidio anno citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec ea voluit confiteri donec hoſpicium ſuum fuit per-

perſcrutatum, ubi credebantur heretici inveniri, & donec fuit per alios detectus & captus & detentus, & negavit & celavit de predictis veritatem in judicio contra proprium juramentum. 21. b.

¶ Arnalda uxor Raymundi predicti de bello videre, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit receptavit in domo ſua & viri ſui pluries hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, Petrum Sancii de Garda, Raymundum fabri, Amelium, Sancium Mercaderii, Guilielmum Auterii, nunc iſtos nunc illos, & jacebant ibi & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & pluries ſervivit eis, & miniſtravit neceſſaria. Item adoravit hereticos modo hereticali inclinando ſe ter junctis manibus coram ipſis, & dicendo qualibet vice benedicite. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item vidit & interfuit & conſenciit quando Petrus Sancii fuit factus hereticus ſeu receptus ad ordinem & ſectam hereticorum per Petrum Auterii in domo ipſius & viri ſui. Item dictum Petrum Sancii hereticum tenuit & recepit per totam yemem proxime preteritam, & per totam quadrageſimam, & jacuit ibi infirmus, & ipſa ſervivit ſibi multociens, & in multis. Item commendavit vitam & ſectam hereticorum aliquibus perſonis, inducendo ad amorem & credenciam eorum. Item recepit aliqua donaria pro hereticis & reddidit eis. Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis quod vellet recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum. Item audivit verba monitiones predicationes & doctrinam eorum contra fidem & ſacramenta Romane eccleſie. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & bonam vitam, in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per tres annos cum dimidio, & perſeverabat in dicta credencia quando fuit capta, nec predicta voluit confiteri donec fuit per alios detecta & capta & detenta, & negavit à principio veritatem de predictis. M°. CCCIX°. XIIII°. *Kalendas Septembris.*

¶ Guilielmus Durandi filius Raymundi Durandi de bello videre, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries hereticos in domo ſua paterna & alibi, & pluries aſſociavit eos de loco ad locum de nocte & de die, & ſalutavit hereticos modo hereticali inclinando caput & dicendo benedicite. ¶ Heretici autem quos vidit in domo ſua fuerunt Petrus Auterii, & Petrus Sancii de garda multociens & multis diebus & noctibus & ipſe pluries ſervivit eiſdem. Item Amelius & Raymundus fabri, & Guilielmus Auterii, & Sancius Mercaderii heretici. Item comedit de pane benedicto hereticorum pluries, & vidit modum benedictionis dicti panis. Item Petrum Sancii adduxit cum patre ſuo precedenti yeme ad domum ſuam, ubi ſtetit per totam yemem & per totam quadrageſimam, & multociens ſervivit ſibi. Item inde duxit eum ad domum Raymundi bertrici. Item quando pater ſuus & mater ſua & alii de domo ſua fuerunt capti, ipſe auffugit & latitavit, & tunc exiſtentibus captis predictis ivit ad loquendum cum Petro Sancii heretico in domo Guilielme bertrice, nec ipſum hereticum voluit revelare. Item exiſtens in fuga fuit captus, nec predicta voluit revelare donec fuit captus & detentus, & per alios revelatus. Item audivit pluries verba & predicationem & doctrinam hereticorum contra fidem, & contra ſacramenta Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam ſectam & bonam fidem, & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per tres annos & dimidium, & perſeverabat in ea quando fuit captus, & negavit & celavit à principio veritatem de predictis in judicio pluries requiſitus. M°. CCCIX°. V°. *idus Novembris.*

¶ Bona uxor Gayſſie Durandi de bello videre juxta Tauriacum & Bornum, vidit in domo ſua & viri ſui de bello videre pluries Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, qui ſteterunt ibi multis diebus & ſeptimanis & menſibus, aliquando ſimul aliquando ſeparatim, & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & ipſa multociens miniſtravit & ſervivit eisdem, & Petrus Sancii hereticus ſtetit ibi per totam yemem proxime preteritam, & per totam quadrageſimam ante confeſſionem ſuam factam de predictis, & ipſa ſervivit & miniſtravit eidem multociens. Item in M°. CCCIX°. VI°. *Kalendas Decembris.*

domo ſua vidit & ſcivit alios quatuor hereticos, ſcilicet Guilielmum Auterii, & Amelium, & Raymundum fabri, & Sancium Mercaderi. ¶ Item comedit pluries de pane benedicto hereticorum. ¶ Item adoravit hereticos flexis genibus junctis manibus inclinando & dicendo ter benedicite, petendo benedictionem eorum modo hereticali. Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis, quod volebat recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem eorundem. ¶ Item audivit verba & predicationes & doctrinam hereticorum contra fidem Catholicam. Item vidit & interfuit quando Petrus Sancii fuit factus hereticus, & receptus ad ordinem hereticorum in domo ſua per Petrum Auterii hereticum. Item induxit aliquas perſonas ad amorem & credenciam hereticorum conmendando vitam & ſectam eorum. Item tenptavit
22. frequenter maritum ſuum quod vellet videre & recipere hereticos in domo ſua & conſentire in facto eorum. ¶ Item recepit aliqua que mittebantur & dabantur hereticis ab aliis perſonis, & reddidit ſeu tranſmiſit hereticis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per VI. Annos, & predicta noluit confiteri niſi prius capta & detenta, & celavit & negavit à principio veritatem de predictis pluries requiſita. Conmittens predicta à ſex annis à quinque à IIII^{or} à tribus à duobus ab uno, & à dimidio citra ante confeſſionem factam de predictis.

M°. CCCIX°. XVIII°. *Kalendas Septembris.* ¶ Bernardus Vaſconis de Varenis prope Bornum, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries tam in domo ſua quam alibi plures hereticos, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum contra fidem eccleſie Romane, & contra ſacramenta eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item receptavit in domo ſua & tenuit multis diebus Petrum Auterii hereticum, qui comedebat & bibebat de bonis domus ſue. ¶ Item adoravit hereticos modo hereticali petendo benedictionem eorum, & dicendo ter benedicite. ¶ Item multociens ſalutavit hereticos modo hereticali abſtracto capucio, tenendo manus ſuper brachia hereticci, inclinando tribus vicibus nunc ad dextram nunc ad ſiniſtram, & dicendo qualibet vice benedicite. ¶ Item comedit aliquando cum hereticis, & vidit modum benedictionis panis benedicti hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per IIII^{or} annos. Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis, quod volebat recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem hereticorum. Item pluries miſit hereticis de bonis ſuis, ubi ſciebat eos eſſe per aliquas perſonas quas nominat. ¶ Item pluries aſſociavit hereticos de loco ad locum de nocte & de die. Nomina autem hereticorum quos vidit ſunt hec, ſcilicet Petrus Auterii, Jacobus Auterii, Petrus Sancii, & Sancius Mercaderii. Item rogatus per Guilielmum de Clayraco avunculum ſuum ivit in Vaſconiam apud Bolhacum ad querendum Petrum Auterii hereticum, & adduxit eum inde ſecum usque Vilhacum ſuper roncinum ſuum. Item acomodavit Petro Auterii heretico roncinum ſuum ad eundum verſus terram Petri Auterii. ¶ Item portavit piſces Petro Auterii & Petro Sancii hereticis. ¶ Item recepit à Petro Auterii heretico quaſdam cirotecas de corio cervino, & portavit eas cuidam perſone quam nominat, & fecit ſibi inde fieri burſam in qua portaret librum, & reddidit dictam burſam dicto heretico. ¶ Item procuravit quod Petrus Auterii & Petrus Sancii heretici reciperentur in domo cujuſdam perſone, quam nominat, ubi ipſe viſitavit eos, & portavit & miſit eiſdem de bonis ſuis. Item tenuit & cuſtodivit per annum & amplius libros Petri Auterii, & aliquando legit in eis. Item in monte albano de pecunia Petri Auterii emit pannum virgatum, & fecit inde fieri ſupertunicale pro dicto heretico. ¶ Item cum quadam perſona, quam nominat, portavit duas cannas de panno viridi apud Tholoſam, & fecit inde fieri ſupertunicale & capucium pro Petro Auterii heretico, & emit folraturas pro dictis ſupertunicali & capucio. ¶ Item induxit multas perſonas ad amorem & credenciam hereticorum. Conmittens predicta à ſex annis citra, & à quinque, & à IIII^{or} & à tribus, & à duobus, & ab uno, & à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec niſi captus predicta voluit confiteri, & poſtquam hoſpicium

ipſius

ipſius, ubi credebantur eſſe heretici, fuit perſcrutatum de mandato inquiſitoris.

¶ Bernarda uxor quondam Raymundi Vaſconis, & mater predicti Bernardi Vaſconis de Varenis, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & filii ſui predicti, Petrum Auterii hereticum qui ſtetit ibi pluribus diebus & noctibus comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & pluries audivit verba & predicationem & doctrinam ibidem dicti heretici cum aliis de domo ſua contra fidem & ſacramenta eccleſie Romane. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam dicto heretico quod vellet recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem hereticorum. Item fecit lectum dicto heretico, & lavit ſibi calceos & camiſiam. Item in domo Petri de Clayraco fratris ſui vidit alia vice Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. ¶ Item interfuit hereticationi Raymunde, uxoris Petri de Clayraco junioris filii Guilielmi de Clayraco fratris ſui, que fuit hereticata per Petrum Auterii hereticum in domo dicti Guilielmi de Clayraco. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide ipſorum. Conmittens predicta à duobus annis cum dimidio & ab uno citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec predicta voluit confiteri donec fuit capta & detenta, & celavit & negavit à principio veritatem de predictis. M°. cccix°. xiiii°. *Kalendas Septembris.* 22. b.

¶ Rotbertus Geraldi, filius Johannis Geraldi, famulus predicti Bernardi Vaſconis, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio legitime nobis conſtat, vidit pluries Petrum Auterii hereticum in domo Bernardi Vaſconis Domini ſui & etiam alibi, & pluries aſſociavit eum de loco ad locum de nocte & de die, & quadam vice duxit quendam roncinum dicti B^i. Vaſconis ad quendam locum pro dicto Petro Auterii, & tradidit ſibi. Item pluries portavit encenia predicto Petro Auterii heretico ex parte B^i. Vaſconis predicti qui induxerat eum ad amorem & credenciam hereticorum. ¶ Item ſemel portavit iiii^or libras regalium & Pariſienſium Bernardo Vin de blat, ut cambiaret dictam pecuniam in turonenſes Albis, & dicta pecunia erat Petri Auterii heretici. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam predicto heretico, quod volebat recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem hereticorum. Item ſcivit hoſpicia in quibus dictus hereticus receptabatur. Item audivit quod Sancius Mercaderii textor erat factus hereticus. ¶ Item audivit verba & predicationem & doctrinam dicti heretici contra fidem eccleſie Romane. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod poſſet ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia duobus annis cum dimidio. Committens predicta à tribus annis, à duobus & ab uno, & ab uno & à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec predicta voluit confiteri donec fuit captus & detentus, & celavit & negavit à principio in judicio contra proprium juramentum. M°. cccix°. iii°. *nonas Septembris.*

¶ Petrus de Clayraco de Verlhaco filius quondam Bernardi de Clayraco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries hereticos, & in pluribus locis, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, Philippum, & Petrum Sancii, & Raymundum fabri. Item in domo ſua tenuit & recepit pluries & pluribus diebus & noctibus hereticos, qui comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & ipſe & uxor ſua miniſtrabant eis neceſſaria, & ibi fuerunt viſitati heretici per aliquas perſonas. Item pluries raſit barbam Petro Auterii heretico predicto. ¶ Item adoravit hereticos inclinando ſe coram eis tribus vicibus, & dicendo qualibet vice benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis, quod reciperetur in fine ſuo ad ſectam eorum. Item audivit pluries predicationem contra fidem eccleſie Romane & ſacramenta Domini Jeſu Chriſti expreſſe. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in ea, & fuit in illa credencia per iiii^or annos vel circa. Conmittens predicta à quinque annis, à iiii^or à tribus, à duobus, ab uno & à dimidio citra: nec predicta voluit confiteri, donec hoſpicium ſuum fuit perſcrutatum, ubi credebantur eſſe he- M°. cccix°. ix°. *Kalendas Septembris.*

retici, & ipſe fuit captus & detentus, & negavit à principio veritatem. ¶ Item in domo ſua ipſo preſente vidente & aſſiſtente & conſenciente Raymundus fabri fuit factus hereticus & receptus ad ſectam & ordinem hereticorum per Petrum Auterii & Petrum Sancii & Philippum hereticos, & poſtea recepit in domo ſua predictum Raymundum fabri hereticum duabus vicibus, & predictam hereticationem & receptionem dicti Raymundi fabri celavit ſcienter in prima confeſſione ſua contra proprium juramentum.

M°. CCCIX°. VII°. *idus Auguſti.* ¶ Petrona uxor predicti Petri de Clayraco de Verlhaco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & viſitavit pluries hereticos in domo ſua & alibi, ſcilicet Petrum Auterii, Jacobum filium ejus, & Guilielmum Auterii ſemel, Philippum, & Petrum Sancii, & Raymundum fabri, non tamen ſimul, ſet aliquando unum, aliquando duos, aliquando tres, & una vice IIII°r. Item audivit pluries verba & predicationem & doctrinam hereticorum, contra fidem eccleſie Romane, & contra ſacramenta Domini Jeſu Chriſti. ¶ Item tenuit & receptavit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos pluries & pluribus diebus & noctibus & pluribus ſeptimanis, aliquando ſimul aliquando unum ſine alio, & comedebant & bibebant de bonis domus ſue & viri ſui, & multociens ſervivit & miniſtravit eisdem, & fuerunt ibi per multas perſonas, quas nominat, viſitati. ¶ Item adoravit hereticos fiectendo genua ter, & dicendo qualibet vice benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item fecit pactum & convenienciam hereticis, quod in fine ſuo reciperetur ad ſectam & ordinem ipſorum. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item ſciebat hoſpicia in quibus recipiebantur heretici & credentes ipſorum. Item dum Petrus Auterii & Petrus Sancii heretici ſtabant in domo ſua & viri ſui, ſupervenerunt Philippus hereticus & Raymundus fabri, & tunc quadam die cum aſcendiſſet ad ſolarium, ubi erant dicti heretici, vidit eos tunc facientes venias & genuflexiones & inclinationes ſuper unam bancam, & dictus Raymundus fabri ſtabat in tunica & capillis ſine capucio, & poſt paululum ipſa receſſit: & eadem die Petrus de Clayraco vir ſuus dixit ſibi quod tunc Raymundus fabri fuerat receptus ad ſectam & ordinem hereticorum per predictos tres hereticos. Item poſtquam ſcivit quod dictus Raymundus fabri fuerat factus hereticus, recepit eum bis in domo ſua, & hic ultima vice de hereticatione Raymundi fabri & ejus receptatione & quedam alia celavit ſcienter in prima confeſſione quam fecit contra proprium juramentum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per IIII°r annos vel circa. Conmittens predicta à ſex vel quinque annis, à quatuor, à tribus, à duobus, ab uno, & à dimidio citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec voluit confiteri de predictis, donec maritus ſuus & plures alii fuerunt capti & hoſpicia eorum perſcrutata ubi credebantur eſſe heretici.

23.

M°. CCCIX°. III°. *nonas Octobris.* ¶ Bernardus de Clayraco de Vilhaco filius quondam B^{i}. de Clayraco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Guilielmi de Clayraco fratris ſui Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, quorum vitam & ſectam commendaverat ſibi prius Guilielmus predictus frater ſuus, & audivit ibidem verba & predicationem ipſorum cum quibusdam aliis perſonis, quas nominat. Item in domo ſua tenuit & recepit Petrum Auterii hereticum per tres vices, aliquando per XV dies, aliquando per X. aliquando per IIII°r. & comedebat & bibebat ibi de bonis domus ſue, & ipſe & uxor ſua ſerviebant ei, & miniſtrabant neceſſaria, & alique perſone ſciverunt & viſitaverunt ibi dictum hereticum. ¶ Item audivit pluries verba & predicationem & doctrinam dicti heretici contra fidem eccleſie Romane & contra ſacramenta Domini Jeſu Chriſti expreſſe. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam dicto heretico quod reciperetur in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per IIII°r. annos. Item ſciebat credentes hereticorum & receptatores. Item audivit

à quo-

à quodam credente hereticorum, quem nominat, quod Petrus erat factus hereticus. Conmittens predicta à quinque annis, à IIII^or. à tribus, à duobus, & ab uno ante confessionem suam factam de predictis. Nec voluit confiteri de predictis nisi captus & detentus, & postquam officium suum fuit perscrutatum ubi credebantur esse heretici, & fuit durus à principio ad confitendum, & negavit pluries veritatem.

¶ Guilielmus de Clayraco junior, filius Guilielmi de Clayraco senioris de Verlhaco sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, vidit pluries in domo patris sui & alibi in pluribus locis Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, & Amelium, & Raymundum fabri hereticos, & audivit verba & predicationes & doctrinam ipsorum contra fidem ecclesie Romane, & contra sacramenta Domini Jesu Christi, & adoravit hereticos flexis genibus inclinando ter coram eis & dicendo qualibet vice benedicite, secundum modum hereticorum, & aliquando in libris eorum de doctrina ipsorum. ¶ Item associavit multociens hereticos de loco ad locum de nocte & de die, & specialiter Petrum Auterii, & jacuit cum eo una vice in eodem lecto. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis dicti panis. Item direxit aliquas personas ad inveniendum hereticos. ¶ Item fecit pactum seu convenienciam hereticis, quod volebat recipi in fine ad sectam & ordinem hereticorum. Item sciebat loca & hospicia, in quibus heretici receptabantur, & sciebat receptatores & credentes hereticorum. Item audivit à credentibus hereticorum, quod Petrus Sancii & Sancius Mercaderii erant facti heretici. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & posse salvari in ea, & fuit in illa credencia duobus annis vel circa. Committens predicta à sex vel quinque annis, à IIII^or. à tribus, à duobus, ab uno, & à minori tempore citra ante confessionem factam de predictis. Nec predicta voluit confiteri donec fuit captus & detentus, & hospicium Dominici Durandi basterii de Rapistangno, cum quo morabatur, fuit perscrutatum, ubi credebantur esse heretici. M°. CCCIX°. XVIII°. *Kalendas Octobris.*

¶ Bertrandus Salas, filius quondam Guilielmi Salas, qui moratur in quodam campmasio suo juxta Testonem in parochia & tenencia de Vilhaco sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, vidit IIII^or. hereticos, scilicet Petrum Auterii, & Guilielmum Auterii fratrem ejus, & Petrum Sancii, & Sancium Mercaderii, non tamen simul, set aliquando unum aliquando duos. ¶ Item recepit & tenuit in domo sua Petrum Auterii & Petrum Sancii pluries & pluribus diebus & noctibus & septimanis aliquando simul, aliquando unum sine alio, & comedebant & bibebant de bonis domus sue, que ipse & uxor sua ministrabant eis, & ipse aliquando procurabat eis & apportabat aliunde, & recipiebat aliqua que mittebantur eis ab aliis credentibus, & aliquando pannos aliquando comestibilia, & tradebat dictis hereticis. ¶ Item quadam vice tenuit Petrum Auterii in domo sua à festo penthecostes usque circa festum Magdalene. Item alia vice isto anno, in quo fecit confessionem suam de predictis, tenuit dictum Petrum Auterii hereticum quasi per octo menses, scilicet à festo sancti Geraldi usque ad sequens festum penthecostes, & in epdomada penthecostes feria VI^a dictus hereticus recessit de domo sua, cui tradidit Petrum filium suum, ut associaret eum, quando fuit auditus rumor quod citabantur ad sermonem inquisitionis illi qui erant confessi de heresi de partibus illis, & ipse custodivit libros & res dicti heretici. ¶ Item ipso eodem anno dictus Petrus Auterii hereticus recepit in domo sua ad sectam & ordinem hereticorum Sancium Mercaderii de Borno ipso presente & vidente & assistente & consenciente. ¶ Item ipso eodem anno Guilielmus Auterii hereticus venit ad videndum Petrum Auterii fratrem suum in domo ipsius Bertrandi in quadragesima, & jacuit una nocte. ¶ Item pluries associavit hereticos de loco ad locum de nocte & de die. ¶ Item sciebat alios credentes & receptatores hereticorum, & audivit nominari à Petro Auterii alios hereticos, scilicet Andream & Amelium, & Raymundum fabri. Item induxit illos de domo sua ad amorem & credenciam hereticorum. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. Mo. CCCIX°. IX°. *Kalendas Septembris.* 23. b.

rum. Item fecit pactum seu convenienciam Petro Auterii heretico, quod reciperetur in fine suo ad sectam & ordinem hereticorum. ¶ Item quando heretici de novo veniebant, vel quando recedebant ab eo, salutabat eos modo hereticali, scilicet amplexando, & tenendo manus super brachia heretici, vertendo & inclinando caput ter nunc ad dexteram nunc ad siniſtram heretici, & dicendo ter benedicite. ¶ Item audivit pluries verba & predicationem & doctrinam hereticorum & errores eorum expresse contra fidem Catholicam, & contra sacramenta ecclesie Romane, & tenuit & legit aliquociens in libris hereticorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia, usquequo audivit quod malum eveniebat aliis propter hereticos & fuerant puniti multi per inquisitorem, & possunt esse duo anni cum dimidio quod stetit in dicta credencia. Committens à tribus annis a duobus ab uno a dimidio, & à duobus mensibus citra antequam caperetur & confiteretur de predictis. Nec predicta voluit confiteri, donec hospicium suum fuit perscrutatum per inquisitorem, ubi credebantur heretici inveniri, & ipse fuit captus, nec tunc voluit revelare quo iverat hereticus, nec quod filius suus duxisset eum, quamvis inquisitor promitteret sibi gratiam de corpore & de rebus si indicaret hereticum, quoniam ipse sciret quod filius suus associaverat eum, & tunc potuisset inveniri hereticus sicut supra est inventum.

M°. CCCIX°. X°. *Kalendas Septembris.* ¶ Vidala uxor Bertrandi Salas de Vilhaco predicti, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, consenciit viro suo quod heretici venirent ad domum suam, & venerunt Petrus Auterii & Petrus Sancii quadam nocte, & stetit ibi Petrus Sancii per octo dies, & P. Auterii quasi per tres menses, comedendo & bibendo de bonis domus sue, & ipsa & vir suus serviebant eis & miniſtrabant necessaria. Item alia vice dictus P. Auterii hereticus rediit ad domum ipsorum, & stetit ibi per octo dies. Item alia vice, & fuit isto anno inmediate ante confessionem suam de predictis, predictus Petrus Auterii hereticus venit ad domum suam & viri sui paulo post festum sancti Michaëlis, & stetit ibi absconditus per illam yemem & quadrageſimam subsequentem & per totum tempus paschale usque ad epdomadam penthecostes, comedendo & bibendo de bonis domus sue & viri sui, & ipsa & vir suus filius & filia serviebant & miniſtrabant ei necessaria. Item ista ultima vice predictus Petrus Auterii recepit ad sectam & ordinem suum Sancium Mercaderii in domo ipsius & viri sui, ipsa presente & vidente cum viro suo & filio & filia. Item Guilielmus Auterii hereticus frater dicti Petri venit illuc ad videndum & visitandum fratrem suum predictum quadam nocte, & ipsa aperuit sibi hostium & introduxit eum, & stetit ibi aliquibus diebus & noctibus. Item alique persone visitaverunt hereticos in domo sua, & alique miserunt eis encennia quas nominat. Item audivit pluries predicationem & doctrinam dicti Petri Auterii heretici in domo sua contra fidem Catholicam. Item comedit de pane benedicto hereticorum, & dedit aliis de domo sua ad comedendum semel. ¶ Item fecit pactum seu convenienciam, quod reciperetur in fine suo ad fidem & sectam ipsorum. Item audivit à Petro Auterii heretico, quod ipse receperat ad ordinem suum duas personas in fine suo. Item quando Petrus Auterii recessit de domo sua associavit eum Petrus filius ipsius Vidale nuper in ebdomada penthecostes, & duxit eum ad quoddam campmasium cujusdam Burgundi prope Bolhacum, & dictus Burgundus venit pro libris & rebus dicti heretici, & in sequenti festo sancti Jacobi venit inquisitor ad perscrutandum hospicium ipsius Vidale & viri sui, nec ipsa voluit indicare aliquid de predictis, quamvis gratia sibi promitteretur si hereticum revelaret. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per duos annos, nec predicta voluit confiteri donec vir suus & filius fuerunt capti, conmittens predicta per duos annos cum dimidio, per unum annum, per duos menses ante confessionem suam de predictis.

24.

M°. CCCIX°. XVI°. *Kalendas Januarii.* ¶ Castellana filia Guilielm de Clayraco de Vilhaco uxor quondam Dominici Durandi Basterii, que modo moratur in Rapistagno dyocesis Albiensis, sicut per ipsius

ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo patris & matris ſue in Vilhaco Petrum Auterii & Jacobum ejus filium hereticos duabus vicibus in diverſis diebus, & audivit predicationem eorum & doctrinam cum aliis perſonis, & qualibet vice adoravit eos inclinando ſe ter coram eis & dicendo benedicite qualibet vice ſecundum modum hereticorum. Item alia vice portavit panes & caules ad domum Bertrandi Salas Petro Auterii heretico, quem libenter vidiſſet, ſet noluerunt eum ſibi oſtendere illi de domo. ¶ Item alia vice quando debuit duci ad accipiendum maritum ſuum, ivit primo ad domum dicti Bertrandi ad videndum hereticum predictum, & vidit eum & fuit loquta cum eo, & portavit ſibi unam candelam de cera, & iſtud ultimum non fuit ſcriptum in confeſſione ſua prima, ſet poſtea coram inquiſitore recognovit & confeſſa fuit. Item comedit de pane benedicto hereticorum bis vel ter. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis, quod vellet recipi in fine ſuo per eos. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per IIII^{or}. annos. Item celavit & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum, nec predicta voluit confiteri niſi prius capta & detenta, committens predicta à quinque annis, à IIII^{or} à tribus, à duobus citra, & ab uno ante confeſſionem de predictis.

¶ Raymundus fabri de Mezencs prope Rapiſtagnum & ſanctum Sulpicium, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Blanche de ferrus ſocrus ſue Petrum & Jacobum hereticos, & ibidem adoravit eos inclinando ſe coram eis modo hereticali, & audivit verba ipſorum. Item alia vice tenuit & recepit in domo ſua de Mezencs predictos duos hereticos per tres vel IIII^{or} dies & noctes, jacendo & comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & ſemel aportavit eis piſces de ſancto Sulpicio. Item aſſociavit hereticos. ¶ Item interfuit hereticationi Serene ſororie ſue uxoris Vitalis Rielh quam hereticavit Petrus Auterii ipſo preſente, & poſt ipſe & Vitalis Gilaberti duxerunt dictum hereticum ad domum dicti Vitalis ſororii ſui. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per annum vel circa, committens predicta à quinque annis, à IIII^{or}. & à tribus citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec predicta voluit confiteri, donec fuit captus & detentus, & diu celavit & negavit pluries veritatem in judicio requiſitus contra proprium juramentum. *M°. CCCVIII°. pridie nonas Decembris.*

¶ Guilielma uxor Raymundi fabri de Mezencs ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Blanche de ferrus matris ſue Petrum Sancii de Garda hereticum, & audivit verba ejus, & inſtructa per dictum hereticum adoravit eum flexis genibus junctis manibus inclinando ſe coram eo ter & dicendo qualibet vice benedicite, boni Chriſtiani rogate Deum pro nobis, quod perducat nos ad bonum finem. Item alia vice in domo ſua & viri ſui vidit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & ſteterunt ibi quatuor diebus & noctibus, comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & qualibet nocte ipſa & alii de domo adoraverunt dictos hereticos modo hereticali predicto, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum contra fidem & ſacramenta eccleſie expreſſe, & comedit de pane benedicto eorum, quem dederunt ſibi dicti heretici. Item fecit promiſſionem hereticis, quod in infirmitate haberet eos, ut reciperent eam & ſalvarent animam ejus, ſicut audivit ab eis dici & doceri. Item interfuit hereticationi Serene ſororis ſue, quam hereticavit Petrus Auterii ipſa vidente & aſiſtente, & in fine adoravit dictum hereticum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia aliquibus annis, committens predicta à IIII^{or} annis, à tribus & à duobus citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec predicta voluit confiteri donec vir ſuus fuit captus & diu detentus, & poſt ipſa fuit vocata & tandem detenta, & celavit & negavit pluries veritatem in judicio contra proprium juramentum ſcienter. *M°. CCCVIII°. pridie nonas Novembris.*

¶ Gui-

24. b. ¶ Guilielmus fabri de Mezencs frater predicti Raymundi fabri, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & tenuit una cum fratre ſuo predicto Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in domo ſua, & ſteterunt ibi IIII^or. diebus & IIII^or. noctibus, comedentes & bibentes de bonis domus ipſorum, & adoravit dictos hereticos qualibet nocte flexis genibus & junctis manibus inclinando coram eis tribus vicibus, & dicendo qualibet vice benedicite, & in fine, boni Chriſtiani rogate Deum quod perducat nos ad bonum finem, & fecit promiſſionem & convenienciam dictis hereticis quod reciperent eum in infirmitate ſeu in fine ſuo, & qualibet nocte audivit predicationem & doctrinam dictorum hereticorum contra fidem catholicam eccleſie Romane. Item ſemel alter dictorum hereticorum dedit ſibi de pane benedicto ipſorum, & accepit & comedit. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide & ſecta eorum, & fuit in illa credencia per tres ſeptimanas, & tunc incepit cogitare de erroribus quos dicebant, & receſſit à dicta credencia, conmittens predicta IIII^or. annis ante confeſſionem de predictis, nec predicta voluit confiteri donec fuit vocatus per inquiſitorem.

M°. CCCVIII°. *pridie ydus Marcii.* ¶ Valencia uxor Guilielmi fabri predicti de Mezencs ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & audivit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in domo ſua & viri ſui, ibi ſteterunt IIII^or diebus & IIII^or noctibus, jacentes comedentes & bibentes de bonis domus, & qualibet nocte ipſa cum aliis de domo audivit verba & predicationem ipſorum contra fidem eccleſie Romane & contra ſacramenta & qualibet nocte antequam irent ad jacendum dicti heretici ipſa & alii de domo adoraverunt dictos hereticos flexis genibus & junctis manibus tribus vicibus, & qualibet vice dicendo benedicite, & in fine boni Chriſtiani rogate Deum pro nobis ut perducat nos ad bonum finem ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum, quem ſibi dederunt. Item hereticí petiverunt ab ipſa & aliis, quod facerent eis pactum ſeu convenienciam quod in infirmitate ſua requirerent eos & reciperentur per eos ad ordinem ſuum, ſet non recordabatur quando fuit confeſſa utrum feciſſent eis dictam convenienciam. Item audivit dici à Guilielma ſorore ſua quod Serena ſoror earum fuerat recepta & hereticata in fine ſuo per Petrum Auterii hereticum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per xv. dies vel per tres ſeptimanas, & poſtea videns quod errabat receſſit à dicta credencia, conmittens predicta per IIII^or annos ante confeſſionem de predictis, nec predicta fuit confeſſa donec fuit vocata & mater ſua & Guilielma ſoror ſua, & Raymundus fabri ſororius ſuus fuerunt detenti & confeſſi.

M°. CCCIX°. VIII°. *Kalendas Octobris.* ¶ Dominicus Durandi baſterius oriundus de bello videre habitator de Rapiſtangno dyoceſis Albienſis, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries & in pluribus locis plures hereticos, ſcilicet in domo Johannis Mercaderii de Borno Petrum Auterii & Amelium hereticos, & audivit verba & monitiones eorum, & adoravit eos flectendo genua ter inclinando ſe usque ad terram, & dicendo qualibet vice benedicite. Item in bello videre in domo ſua & fratrum ſuorum vidit & viſitavit pluries Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum, & portavit eis ſemel encennium ex parte cujuſdam perſone de Rapiſtagno unum piſcem, & alia vice riſum & amigdala. Item in domo Aymengardis uxoris Raimundi Ruphi de Rapiſtagno vidit & viſitavit Petrum Sancii hereticum, & ſalutavit eum modo hereticali abſtracto capucio, & dicendo benedicite, & fuit pranſus cum eo. Item in domo ſua in Rapiſtagno vidit Amelium hereticum, & fecit eum aſſociari per quendam ſororium ſuum. Item ibidem vidit & recepit Petrum Sancii hereticum, & comedit ibi dictus hereticus. Item alia vice in domo ſua vidit Raymundum fabri hereticum, & comedit ibi dictus hereticus. Item in Rapiſtagno vidit pluries Philippum hereticum, & viſitavit eum in quadam domo in qua morabatur cum qui-

quibuſdam perſonis quas ipſe ſcivit eſſe fugitivas & credentes hereticorum, & portavit dicto heretico piſces ex parte cujuſdam perſone, & dedit ſibi duos ſolidos regalium, & audivit predicationem ipſius, & ſcivit quod dictus hereticus invitavit ſe in ſancto Sulpicio, & miſit ſibi quandam cappam ex parte cujuſdam perſone. Item recepit aliquando pannum & pecuniam pro hereticis & miſit eis. Item fecit aliqua alia ſervicia hereticis.. Item ſalutavit hereticos modo hereticali pluries. Item fecit promiſſionem ſeu convenienciam hereticis, quod vellet recipi in fine ſuo ad ordinem & ſectam ipſorum. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item conmendavit hereticos aliquibus perſonis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia quaſi per quinque annos ab illo tempore quo primo vidit eos usquequo fuit captus de mandato inquiſitoris in feſto ſancti Jacobi, conmittens predicta à quinque annis, à IIII^{or} à tribus, à duobus, ab uno & à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec voluit confiteri de predictis, donec hoſpicium ſuum fuit perſcrutatum, ubi credebantur heretici inveniri, & ipſe & uxor ſua & ſororius ſuus fuerunt capti & detenti in feſto ſancti Jacobi apoſtoli. 25.

¶ Raymundus Ruphi filius quondam B^{i} Ruphi de Rapiſtagno piſcator, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & viſitavit in domo Baranhone in ſancto Sulpicio Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & portavit eis piſces cum Aymengarda uxore ſua, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos modo hereticali flectendo genua ter coram ipſis junctis manibus ſuper unam bancam, dicendo qualibet vice benedicite, & fecit eis pactum ſeu convenienciam quod volebat recipi in fine ſuo ad ordinem & ſectam ipſorum. Item in domo ſua in Rapiſtagno vidit pluries hereticos, ſcilicet Petrum Sancii de Garda bis, & Amelium ſemel, Raymundum fabri bis, non ſimul ſet viciſſim, & omnes comederunt ibi de bonis domus ſue, & dedit Petro Sancii XII. turonenſes parvos & adoravit eum ſemel modo hereticali predicto. Item Raymundo fabri dedit XII. pariſienſes. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide eorum, ſicut ipſi dabant ſibi intelligere, & fuit in illa credencia per IIII^{or} annos, conmittens predicta à quinque annis, à IIII^{or} à tribus, à duobus, ab uno citra ante confeſſionem ſuam de predictis, nec de predictis voluit confiteri donec hoſpicium ſuum fuit perſcrutatum de mandato inquiſitoris, ubi credebantur heretici inveniri, & ipſe & uxor ſua fuerunt capti & detenti, & negavit à principio veritatem pluries requiſitus. M°. CCCIX°. III°. *nonas Octobris*.

¶ Aymengardis uxor Raymundi Ruphi predicti de Rapiſtagno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ivit cum viro ſuo ad domum Baranhone de ſancto Sulpicio ad videndum & viſitandum duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, quos invenerunt in quodam ſotulo dicte domus, & audiverunt verba & predicationem ipſorum, & adoraverunt eos dicendo boni Chriſtiani orate Deum pro nobis, inclinando ſe tribus vicibus coram eis, & dicendo qualibet vice benedicite, & portaverunt piſces dictis hereticis. Item alia vice ivit ad domum Guilielmi Aliguerii de Mirapiſte qui primo fuerat loquutus cum ea, & in quodam loco prope domum dicti Guilielmi ipſa & quidam alius, quem nominat, viderunt & invenerunt Petrum Auterii hereticum predictum & Petrum Sancii cum eo, & ſederunt ibi cum eis & audiverunt verba & predicationem dicti heretici. Item in domo ſua & viri ſui de Rapiſtagno vidit & recollegit Petrum Sancii & Amelium & Raymundum fabri hereticos non ſimul ſet quemlibet per ſe, & comederunt & biberunt ibi de bonis domus ſue. Item in domo Raymundi Durandi de bello videre quadam vice vidit Petrum Sancii in quadam camera parva. Item ſemel audivit, quod Petrus Sancii hereticus erat venturus quadam nocte apud Rapiſtagnum, & ſequenti mane vidit eum. Item audivit verba & predicationem & doctrinam hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & vera- M°. CCCIX°. VIII°. *ydus Januarii*.

ces, & quod haberent & tenerent bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per quinque annos ab illo tempore quo primo vidit eos quousque fuit capta in feſto ſancti Jacobi. Conmittens predicta à quinque annis citra ante captionem & confeſſionem ſuam, nec de predictis voluit confiteri donec perſcrutatum fuit hoſpicium ſuum, & ipſa & vir ſuus fuerunt capti & detenti, & negavit pluries veritatem in judicio requiſita.

M°. CCCV°. *die lune ante feſtum beati Martini yemalis.* ¶ Raymundus Petri, filius quondam Raymundi Petri de Garda, qui moratur apud ſanctum Sulpicium, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & viſitavit pluries hereticos & in pluribus locis, ſcilicet Jacobum Auterii in domo Sicardi Bolha de Verduneto. Item Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Amelium in domo Baranhone matris ſue in ſancto Sulpicio pluries diverſis temporibus. Item in domo ſeu campmaſio Yſpanorum prope Bornum vidit Petrum Auterii & Amelium hereticos. Item predictos duos hereticos vidit in Borno in domo in qua morabatur Guilielmus Eſpanhols. Item adoravit pluries hereticos dicendo ter benedicite, & inclinando coram eis ſecundum modum hereticorum. Item audivit pluries verba & predicationem & doctrinam hereticorum. Item aſſociavit Amelium hereticum de ſancto Sulpicio usque Tholoſam.

25. b. Item comedit cum hereticis & dedit eis ad comedendum de ſuo. Item comedit de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis. Item dedit hereticis V. ſolidos turonenſes. Item ſemel portavit pannum lineum Petro Auterii & Jacobo hereticis pro camiſiis & femoralibus ex parte cujuſdam perſone. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia duobus annis, conmittens predicta à quinque annis, à IIII^{or} à tribus, à duobus, & ab uno citra ante confeſſionem ſuam de redictis, nec predicta voluit confiteri, donec fuit vocatus & citatus, arreſtatus & detentus.

¶ Predictus Raymundus Petri invenitur per plures teſtes non ſuſpectos plura alia conmiſiſſe in facto hereſis & plures perſonas celaſſe & requiſitus & monitus ſepius quod confiteretur noluit amplius confiteri, unde reputatur merito male confeſſus & male converſſus.

M°. CCCVIII°. VII°. *ydus Novembris.* ¶ Jacobus Petri, filius quondam Raymundi Petri de Garda qui morabatur in ſancto Sulpicio, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in campmaſio hyſpanorum juxta Bornum in quodam ſolario domus, ubi quedam perſona, quam nominat, oſtendit eos ſibi, & prius conmendaverat eos, & inclinaverat eum ad hoc, & audivit verba & predicationem ipſorum, & ſcivit quod erant heretici, & adoravit eos flectendo genua, ter inclinando ſe junctis manibus ſuper unam bancam coram eis, & dicendo qualibet vice benedicite petendo benedictionem ab eis. Item alia vice vidit predictos duos hereticos in domo Guilielmi de Clayraco de Vilhaco & audivit verba & predicationem ipſorum cum aliis credentibus hereticorum. Item alia vice aſſociavit Philippum hereticum de domo predicti Guilielmi de Clayraco usque Tholoſam ad domum in qua quedam heretica pariter morabatur, ubi comedit & bibit dictus Jacobus & jacuit cum dicto heretico in eodem lecto, & comedit de pane benedicto per hereticum, & vidit modum benedictionis. Item alia vice in domo Baranhone matris ſue in ſancto Sulpicio vidit Petrum Auterii hereticum predictum, & audivit ejus predicationem & doctrinam. Item in hoſpicio, ubi ipſe & Sancius Mercaderii morabantur in ſancto Sulpicio, vidit tenuit & recepit Petrum Auterii & Petrum Sancii & Amelium hereticos, non ſimul ſet diverſis temporibus, & comederunt & biberunt ibi de bonis domus ipſius & dicti Sancii, & jacuerunt ibi. Item participavit cum quibuſdam perſonis fugitivis pro facto hereſis ſcienter comedendo & bibendo in ſancto Sulpicio. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos usquequo fuit captus & ductus Tholoſam pro facto hereſis ad inquiſitores, conmittens predicta à IIII^{or} annis citra ante confeſſionem

feſſionem ſuam de predictis, & celavit & negavit à principio pluries veritatem in judicio requiſitus.

¶ Predictus Jacobus Petri invenitur per teſtes conmiſiſſe quedam alia in facto hereſis, que celaſſe creditur malicioſe; & ſpecialiter per Petrum Auterii hereticum, & Raymundum fabri converſum ab hereſi, & Perrotum de Talayraco accuſatur.

¶ Condors filia Johannis de podio lobri uxor Eſpanhol fabri, que moratur apud Vaquiers dyoceſis Tholoſane, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, fuit inducta ad conſenciendum in facto hereſis per virum ſuum & per Guilielmam ſororiam ſuam, & in domo Yſpanorum fratrum viri ſui vidit & audivit duos hereticos, quorum unus vocabatur Amelius, & nomen alterius neſcivit tunc, ſet poſtmodum audivit & ſcivit quod vocabatur Petrus Auterii. Item in hoſpicio ubi ipſa & vir ſuus morabantur in Vaqueriis vidit duos hereticos, quorum unus vocabatur Petrus Raymundi & nomen alterius neſcivit, ſet erat juvenis & ruphus. Item alia vice in eodem hoſpicio vidit Petrum Sancii hereticum, qui ſtetit ibi uno die & duabus noctibus, & ipſa ſcivit ipſum eſſe hereticum, & miniſtravit ſibi panem & vinum & pulmentum, & paravit lectum. Item ipſa & vir ſuus inclinaverunt & induxerunt verbis ſuis Dominicam matrem ſuam quod vellet recipi ad ſectam & ordinem hereticorum in illa infirmitate de qua obiit, & fuit adductus Petrus Auterii hereticus ad dictam infirmam, & hereticavit eam ipſa preſente & vidente & audiente & aſiſtente & conſenciente, & ſervivit dicte infirme hereticate, ſecundum modum quem dictus hereticus dixit ipſi Condors videlicet quod non daret ſibi aliquem cibum cum pinguedine niſi aquam ad bibendum. Item poſt dictam hereticationem perſuaſit predicte matri ſue infirme quod vellet iterum reconſiliari ad ſectam hereticorum, quia peccaverat in ea comedendo poſt dictam hereticationem contra ordinationem dicti heretici. Item poſt hereticationem dicte infirme ad requiſitionem ipſius infirme noluit ire pro capellano, cui dicebat ſe velle confiteri de predictis. Immo prohibuit eam quod nullo modo confiteretur de hoc, quia ſi faceret conbureretur per inquiſitores, & iſtud ultimum, ſcilicet de hereticatione matris celavit ſcienter in prima confeſſione contra proprium juramentum. Item audivit à quadam perſona, credente hereticorum doctrinam & fidem eorum contra fidem catholicam & ſacramenta eccleſie Romane. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per duos annos, quouſque audivit quod credentes hereticorum capiebantur & vexabantur per inquiſitores. Committens predicta à quinque annis, à IIII^or^ à tribus, à duobus, & ab uno citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec predicta voluit confiteri donec fuit detenta in carcere.

M°. CCCIXo. *quarto ydus Marcii.*

26.

¶ Geraldus de Artigiis filius quondam Arnaldi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & recepit in quadam borda ſua Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & Petrum Sancii cum eis ductorem ipſorum, & ſteterunt ibi per unam noctem & per unam diem, & ipſe portavit eis panem & vinum, & que ſivit pro eis melius & clarius vinum quam eſſet illud quod habebat in hoſpicio ſuo, & audivit verba & predicationem & doctrinam hereticorum qui legebant in quodam libro, & in receſſu aſſociavit dictum Jacobum hereticum uſque ad quendam locum. Item alia vice invenit Petrum Auterii hereticum cum Petro Sancii in itinere, & dedit dicto heretico unam carpam quam tunc fuerat piſcatus. Item alia vice in domo Petri Sancii in orto dicte domus vidit Petrum Auterii hereticum, & fuit loquutus cum eo, & audivit predicationem ejus, & ad requiſitionem dicti heretici promiſit ei quod attraheret alias perſonas ad amorem & ſectam ipſorum. Item alia vice vidit Petrum Auterii & Petrum Sancii juxta quandam aream ſuam, & audivit ab eis quod ibant ad quandam perſonam infirmam que requirebat eos. Item alia vice ipſe recepit in domo ſua Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & tunc ſcivit quod dictus Petrus Sancii erat factus hereticus, & ſteterunt ibi per unam noctem & diem, & ipſe comedit cum eis, & comedit de pane benedicto ipſorum, & vidit modum

M°. CCCVIIIo. XVIo. *Kalendas Septembris.*

benedictionis dicti panis. Item consenciit quod Petrus Sancii adduceret quendam hereticum ad Petrum de Artigiis fratrem suum infirmum ut hereticaret eum, set non fuit hereticatus, quia fuit mortuus antequam hereticus advenisset. ¶ Item fecit convenienciam hereticis. Item audivit doctrinam hereticorum contra fidem Romane ecclesie. Item audivit & scivit nomina credencium hereticorum, & hospicia in quibus recipiebantur, & secreta ipsorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & posse salvari in fide ipsorum, & fuit in illa credencia usque ad tempus in quo fuit captus & adductus Tholosam ad murum inquisitorum, committens predicta à IIII^or annis, à tribus, à duobus & ab uno citra ante confessionem de predictis, & negavit à principio veritatem pluries requisitus, nec voluit confiteri nisi captus & detentus.

¶ Predictus Geraldus accusatur de pluribus aliis per Jacobum Auterii & Petrum Auterii hereticos que celavit.

M°. CCC VIII°. *pridie nonas Novembris.* ¶ Bona Dominica uxor quondam Guilielmi Dominici de sancto Johanne de heremo, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, fuit inclinata & instructa ad videndum hereticos, & consenciendum eis per Blancham de ferrus matrem suam, & in domo ejus vidit primo Petrum Auterii hereticum & Petrum Sancii, qui nondum erat hereticus set ductor & credens hereticorum, & ibi audivit verba & predicationem & doctrinam dicti heretici, & adoravit eum inclinando se tribus vicibus super unam bancam junctis manibus coram dicto heretico qualibet vice dicendo benedicite. Item alia vice in eadem domo vidit Jacobum Auterii hereticum, & audivit verba & predicationem dicti heretici. Item tenuit in domo sua Guilielmum Falqueti, de quo sciebat per eundem quod viderat hereticos, & commendabat eos, & recepit ab eo sub commenda XXX solidorum regalium. Item tenuit & recepit in domo sua Guilielmam Maurinam quam sciebat esse credentem hereticorum, & tradidit sibi supertunicale filii sui cum quo iret in Savartesium in habitu dissimulato. Item postquam fuit confessa prima vice de heresi, ex tunc tenuit & recepit dictam Guilielmam in domo sua per unam estatem sciens ipsam esse credentem & amicam hereticorum, donec dicta Guilielma fuit ibi capta de mandato inquisitoris. Item in quodam estivo quedam mulier, que vocabatur Astraga, de societate Guilielmi Falqueti stetit cum dicta Guilielma in sancto Johanne de heremo ipsa sciente, & audivit ab ea quod viderat Petrum Auterii & Jacobum. Item celavit predicta scienter contra proprium juramentum in prima confes-
26. b. sione sua alia quam fecit palliate. ¶ Item comedit semel de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per aliquos annos. Conmittens predicta à VI. annis, à quinque, à quatuor, à tribus, à duobus & ab uno citra ante confessionem de predictis, nec predicta voluit confiteri, donec fuit multo tempore arestata & posita ad portam domus inquisitionis, & postmodum posita in carcere & diu detenta, & negavit pluries veritatem in judicio.

¶ Predicta Bona habetur suspecta quod adhuc celet aliqua propter illa que inveniuntur contra eam.

M°. CCCV°. *die Veneris ante festum sancti Thome.* ¶ Navarra uxor Raymundi Sancii de Garda, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, vidit & recepit in domo sua & viri sui de Garda Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos quos Petrus Sancii adduxit, & audivit verba & predicationem ipsorum, & sciebat ipsos esse hereticos, & adoravit eos flexis genibus ter & junctis manibus dicendo qualibet vice benedicite, & jacuerunt una nocte & steterunt sequenti die, & fuerunt ibi à personis aliis visitati. Item alias pluries vidit & recepit in dicto hospicio suo predictos duos hereticos, & alium qui vocabatur Amelius, & quendam alium cujus nomen ignorat, non tamen simul omnes, set nunc istos nunc illos, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipsorum pluries, & adoravit eos pluries modo hereticali predicto, & vidit à personis aliis pluribus similiter adorari, & dum heretici erant in domo sua dabat eis de bonis domus sue. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, &

se

ſe poſſe ſalvari in fide hereticorum, & fuit in illa credencia per duos annos. Conmittens predicta à tribus annis, à duobus & ab uno citra ante confeſſienem ſuam factam de predictis.

¶ Guilielmus Mercaderii notarius de Garda viridi foleſii, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, audivit Petrum Sancii conmendantem ſibi vitam & ſectam hereticorum inducendo eum ut crederet & adhereret hereticis, & poſtea quadam vice vidit in domo ſua Jacobum & Guilielmum Petri de Limoſo, & alium cujus nomen neſcit, & ſcivit tunc dictum Jacobum eſſe hereticum, fuit loqutus cum eo & audivit verba & predicationem ipſius de epiſtolis & euangeliis. Item in domo Baranhone de ſancto Sulpicio vidit Petrum Auterii, & Jacobum Auterii filium ejus & Amelium hereticos, & ſciebat ipſos eſſe tales, & ibidem cum aliis perſonis quas nominat audivit predicationem dicti Jacobi Auterii. ¶ Item in domo Petri Sancii de Garda & fratrum ſuorum vidit duabus vicibus in diverſis temporibus predictos duos hereticos de nocte ad ignem cum quibuſdam aliis perſonis credentibus hereticorum quas nominat, & qualibet vice audivit predicationem & doctrinam eorum, & ſpecialiter dicti Jacobi quem vidit legentem in libro, & audivit errores eorum contra fidem catholicam & ſacramenta expreſſe. ¶ Item quando ſalutabat hereticos amplexabatur eos & vertebat caput ad utrumque latus dicendo benedicite ſicut fuerat doctus per eos, & idem vidit fieri ab aliis credentibus quos nominat. ¶ Item ſemel adoravit Jacobum Auterii hereticum junctis manibus inclinando ſe ter ſuper unam bancam coram eo & dicendo qualibet vice benedicite. ¶ Item quadam vice cum Vitale Sancii de Garda duxit & aſſociavit de nocte Jacobum Auterii hereticum de domo dicti Vitalis ad domum Stephane uxoris quondem Ycherti de ſenilh prope Gardam que infirmabatur, & requirebat dictum hereticum ut reciperet eam, & quando fuerunt ibi vidit infirmam predictam que ſurrexit, & poſuit ſe coram dicto heretico flexis genibus & junctis manibus, & cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat dicta infirma adoravit hereticum modo hereticali, & fecit pactum ſeu convenienciam ei quod volebat recipi ad ſectam & ordinem hereticorum in fine ſuo, & ibidem ipſe & alii audiverunt predicationem dicti heretici qui legit in quodam libro, ſet dicta infirma non fuit tunc recepta per dictum hereticum quia non erat nimis debilis, & inde ipſe cum dicto Vitale reduxerunt & aſſociaverunt hereticum ad domum dicti Vitalis, & iſtud celaverat in prima confeſſione ſua ſcienter contra proprium juramentum & negaverat pluries requiſitus coram inquiſitore quaſi per tres annos. ¶ Item in prima confeſſione ſua celavit ſcienter tres perſonas credentes hereticorum quas viderat cum hereticis quas nominat. ¶ Item fecit convenienciam ſeu pactum Jacobo Auterii heretico quod reciperetur in fine ad ordinem ipſorum illa vice qua adoravit eum in domo ſua. Conmittens predicta à tribus annis cum dimidio à duobus & ab uno ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec venit ad confitendum niſi citatus.

M°. cccv°. *die Martis ante feſtum epiphanie.*

¶ Raymunda uxor dicti Guilielmi Mercaderii de Garda, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, audivit Aymengardim ſocrum ſuam loquentem & conmendantem ſibi vitam & ſectam hereticorum, & poſtmodum in domo ſua & viri ſui vidit Petrum Auterii & Jacobum Auterii, quos dicta ſocrus ſua recepit & poſuit eis menſam ad comedendum, & primo neſcivit eos eſſe hereticos nec nomina eorum, ſet poſtmodum audivit utrumque ab Uxore Vitalis Sancii. Item poſt in domo Baranhone de ſancto Sulpicio vidit predictos Petrum Auterii & Jacobum hereticos, & tunc antequam intraret ad eos ſcivit quod erant heretici, & ſalutavit eos ſicut fuit edocta reverenter inclinando caput eis & ſedit, & audivit verba & predicationem ipſorum cum aliis perſonis quas nominat. Item in domo Petri Sancii de Garda vidit predictos duos hereticos alia vice cum Petro Sancii, & audivit verba & predicationem ipſorum, & inſtructa per dictum Petrum Sancii fecit eis convenienciam flectendo genua junctis manibus inclinando caput ſuper unam bancam ter coram dictis hereticis, & dicendo qualibet vice benedicite. Item alia vice in eodem hoſpicio dicti Petri Sancii vidit predictos duos hereticos cum

M°. cccvii°. VI°. *nonas Julii.*

27.

quibuſdam aliis perſonis quas nominat ſedentes juxta ignem, & audivit dictum Jacobum hereticum legentem in quodam libro. Conmittens predicta à tribus vel IIII^or annis & à duobus ante confeſſionem ſuam de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata & per alios complices accuſata, & fuit dura ad confitendum.

M°. CCCVIII°. V°. *Kalendas Junii.* ¶ Guilielmus porcelli de Luganno ſenior qui aliter cognominatur Calveti, filius quondam Guilielmi porcelli, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, fuit per Petrum Sancii inclinatus & inductus ad amorem & credenciam hereticorum, & ex tunc recepit in domo ſua pluries & pluribus diebus & noctibus & ſeptimanis Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Amelium hereticos, & poſtmodum dictum Petrum Sancii poſtquam fuit factus hereticus, non ſemper ſimul omnes ſet modo unum modo duos, & jacebant ibi & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & ipſe & alii de domo ſua quos ipſe induxerat ad amorem & credenciam hereticorum ſerviebant eis & miniſtrabant nunc iſti nunc illi, & ibi frequenter audivit dictos heteticos nunc iſtum nunc illum predicantes & docentes doctrinam ſuam contra fidem catholicam & contra ſacramenta eccleſie expreſſe, & ibi fuerunt per plures perſonas quas nominat viſitati & requiſiti, & multis perſonis qui volebant habere dictos hereticos ipſe dedit conſilium & directionem quomodo poſſent eos videre & habere, & pluries ſalutavit hereticos extracto capucio inclinando caput junctis manibus. ¶ Item adoravit ſemel Petrum & Jacobum Auterii hereticos, dicendo boni Chriſtiani benedictionem Dei & Veſtram, inclinando ſe ter & flectendo genua coram eis, & dicendo qualibet vice benedicite. Item quando veniebant heretici ſalutabat eos aliquociens modo hereticali ponendo manus ſuas ſuper humeros, & vertendo caput ad utrumque humerum ipſorum. ¶ Item aſſociavit pluries hereticos de nocte & de die & fecit aſſociari per filium ſuum, & ſemel duxit Petrum & Jacobum Auterii hereticos ad domum Valencie de Luganno, que volebat eos videre, & poſt quando fuerunt requiſiti alibi dicti heretici queſivit eos & aſſociavit eos inde, & duxit eos ad locum ubi illi qui requirebant eos invenerunt eos & duxerunt ſecum. Item portavit ſemel ligna pro dictis hereticis ad calefaciendum in domo Guilielmi mancipii, & viſitavit eos ibi. Item ſemel Poncius Raynes requiſivit ab eo niſi erant heretici quia mater ſua infirmabatur & volebat recipi per eos, & direxit eum ad habendum Amelium hereticum qui erat in domo ſua, & duxit & aſſociavit dictum hereticum uſque ad domum dicti Poncii Raynes. Item alia vice ivit ad quandam ſororem Petri Sancii heretici tunc infirmam ex parte dicti heretici ſi volebat habere hereticum. Item Raymundus Pellucerii de Garda petivit ab eo quomodo poſſet habere Petrum Sancii hereticum pro patre ſuo qui infirmabatur, & poſt iverunt ad quendam alium, & dixit ei quod dictus Raymundus volebat habere aliquem de hereticis, & poſt audivit quod per illum haberent illud quod querebant. ¶ Item ſcivit & audivit quod Petrus Sancii fuit ductus per Guilielmum Monachi de domo ipſius Guilielmi porcelli ad uxorem ipſius Guilielmi Monachi infirmam. Item ivit ad videndum & viſitandum Petrum Auterii & Petrum Sancii in domo dicti Guilielmi Monachi, & ſcivit & audivit quod alique alie perſone viſitaverunt eos ibi. ¶ Item Raymundus Vaſconis filius quondam Petri Vaſconis de Aſſo rogavit ipſum quod daret ſibi conſilium ad habendum aliquem de hereticis pro matre ſua, & ſequenti mane audivit à Guilielmo filio ſuo quod ipſe & Petrus Sancii hereticus veniebant de domo Raymundi Vaſconis ubi dictus hereticus receperat predictam infirmam, & dictus hereticus dixit ſibi quod receperat eam. Item aliquociens recepit illa que mittebantur hereticis in domo ſua. Item frequenter audivit & ſcivit ſecreta hereticorum, Petrus Auterii revelavit ſibi quod receperat ad ſectam & ordinem ſuum Petrum Sancii. Item Raymundum Gach de Tholoſa, & illa que legaverat ſibi dictus Raymundus. ¶ Item ſcivit quando Petrus Sancii poſuit ſe in fuga quando debuit capi per nuncios inquiſitoris. Item alia vice Petrus Sancii factus hereticus fugiendo venit ad ipſum dicens quod Poncius Amelii erat combuſtus & ipſe fugiebat & rogavit eum quod iret apud Rapiſtagnum ad

27. b.

Do-

Dominicum Baſterii vel quod mandaret ſibi per Sancium Mercaderii quod ſi eſſet ibi Petrus Auterii caveret ſibi vel incantaret eum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & quod homo poſſet ſalvari in ea, & fuit in illa credencia aliquibus annis, conmittens predicta à IIII^or annis à tribus à duobus ab uno ante confeſſionem ſuam de predictis, nec predicta voluit confiteri donec fuit captus & detentus, & negavit à principio pluries veritatem, & fecit pluries confeſſiones & celavit multa ſcienter contra proprium juramentum, & tandem fuit captus ſecunda vice & confeſſus plura de facto hereſis que prius celaverat.

¶ Guilielmus porcelli junior, filius Guilielmi porcelli ſenioris predicti de Luganno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & patris ſui pluries Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Amelium hereticos, & Petrum Sancii antequam eſſet factus hereticus, & poſtea, non ſimul omnes, ſet modo unum modo duos, & in diverſis temporibus, & ſteterunt ibi heretici multis diebus & noctibus aliquociens, & ibant & redibant & comedebant & bibebant de bonis domus ſue & patris ſui, & adoravit ibi hereticos flexis genibus & junctis manibus, inclinando ſe ter coram eis dicendo qualibet vice benedicete, & vidit ab aliis ſimiliter adorari, & audivit predicationem & doctrinam hereticorum contra fidem catholicam Romane eccleſie & contra ſacramentum altaris, & vidit & ſcivit quod heretici fuerunt viſitati ibidem per alias perſonas. ¶ Item aſſociavit hereticos pluries de nocte & de die ducendo & reducendo eos. ¶ Item duxit Petrum Sancii hereticum ad domum cujusdam infirme ut reciperet eam ad ſectam ſuam. Item audivit à dicto Petro Sancii heretico quod ipſe receperat ad ſectam & ordinem ſuum Raymundum Pellicerii de Garda. Item audivit quod Amelius hereticus de domo ſua iverat ad matrem Poncii Raynes infirmam & receperat eam ad ſectam ſuam. Item ſemel portavit piſces pro Petro Sancii heretico Guilielmo Monachi de Luganno. ¶ Item ſemel portavit unam ſaumatam de lignis pro Petro Auterii & Jacobo filio ſuo hereticis. Item multociens ſalutavit hereticos modo hereticali ponendo manus ſuper humeros ipſorum & vertendo caput ad utrumque humerum ipſorum. ¶ Item comedit de pane benedicto. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per tres annos. Conmittens predicta à IIII^or annis à tribus à duobus ab uno & à dimidio, & à minori tempore citra ante confeſſionem ſuam de predictis. Nec voluit confiteri, donec fuit captus & detentus. ¶ Item poſtquam fuit confeſſus & dimiſſus, & promiſerat ſe hereticos redditurum, ex tunc obviavit ſemel Amelio heretico in itinere, nec ipſum cepit nec capi fecit, dixit tamen quod intendebat ipſum facere venire ad hoſpicium ſuum ut ibi caperet eum, & redderet inquiſitoribus ſicut promiſerat ſet hereticus non venit ad hoſpicium ſicut dixerat ſibi, & poſt hoc viſo inſequtus eſt eum usque ſanctum Sulpicium, ubi de nocte in carreria vidit eum, & tunc hereticus auffugit & non potuit eum invenire.

M°. CCCVIII°. XII°. *Kalendas Julii.*

¶ Guilielma uxor Guilielmi porcelli ſenioris de Luganno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit recepit & tenuit in domo ſua & viri ſui pluries quatuor hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, Jacobum Auterii filium dicti Petri, Amelium & Petrum Sancii, non ſimul omnes ſet aliquando unum aliquando duos diverſis temporibus, & ſtabant in quodam ſolario, & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & ipſa & vir ſuus miniſtrabant eis neceſſaria, & ipſa aliquando fecit eis lectum, & Amelius hereticus una vice ſtetit ibi per ſex ſeptimanas in yeme in dicto ſolario, & audivit pluries predicationem hereticorum contra fidem catholicam Romane eccleſie, & adoravit hereticos petendo benedictionem eorum flexis genibus junctis manibus inclinando ter coram eis dicendo qualibet vice benedicite, & dicti heretici fuerunt viſitati in hoſpicio ſuo per plures perſonas quas nominat, & alique perſone aportaverunt eis ibi excennia de comeſtibilibus. Item audivit quod illa vice qua Amelius hereticus ſtetit ibi per ſex ſeptimanas, tunc quadam nocte predictus hereticus cum quibuſdam perſonis quas nominat

M°. CCCIX°. VI°. *Kalendas Septembris.*

minat ivit ad matrem Poncii Raynes infirmam ut hereticaret eam. Item audivit à Petro Auterii heretico quod ipſe receperat & hereticaverat Raymundum Gach in Tholoſa. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum ſemel. Interrogata, ſi credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, reſpondit quod non. Conmittens predicta à quinque annis, à IIII^or^ à tribus à duobus
28. citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis. Nec venit ad confitendum donec maritus ſuus & filius fuerunt capti & confeſſi, & in principio fecit confeſſionem diminutam & noluit plenam dicere veritatem quam poſtea recognovit.

M°. CCCIX°. V°. *Kalendas Junii.* ¶ Valencia uxor quondam Bernardi mancipii de Luganno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, Quadraginta anni ſunt elapſi quod quedam perſona quam nominat conmendavit ſibi hereticos quod erant boni homines, & homo ſalvabatur in fide & ſecta ipſorum. Item in domo ſua tenuit & recepit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos duobus vel tribus diebus & noctibus comedendo bibendo & jacendo ibidem, & audivit verba & predicationem ipſorum cum aliis perſonis quas nominat, & dictus Jacobus hereticus legebat in quodam libro de doctrina ſua ipſa & aliis audientibus, & adoravit hereticos flexis genibus junctis manibus inclinando ter ſuper unam bancam coram eis & qualibet vice dicendo benedicite & rogate Deum pro nobis, & vidit ab aliis perſonis quas nominat ſimiliter adorari. Item vidit quod alique perſone quas nominat viſitaverunt ibi hereticos. ¶ Item alia vice Petri Auterii & Petri Sancii de Garda heretici fuerunt in domo ſua per unam noctem & unum diem, tunc vidit & audivit eos. Item in domo Guilielmi Porcelli ivit ad videndum & viſitandum Amelium hereticum, & audivit verba & predicationem ipſius ibi. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos usque ad illam vicem in qua ultimo vidit eos, & poſſunt IIII^or^ anni & amplius. Conmittens predicta de viſione & receptatione hereticorum à ſex annis, à quinque, à IIII^or^ à tribus & à duobus, & ab uno fere citra ante confeſſionem factam de predictis.

¶ Predicta Valencia non reputatur plene confeſſa, propter illa que contra eam inveniuntur per Petrum Auterii & Jacobum & quaſdam alias perſonas.

M°. CCCIX°. V°. *Kalendas Junii.* ¶ Poncius Mancipii filius quondam Bernardi Mancipii de Luganno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio adduxit ad domum ſuam & fratrum ſuorum Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos de domo Guilielmi porcelli, quos prius viderat & cum dicto Guilielmo porcelli aſſociaverat ad domum ipſius G^i^. porcelli, & ſteterunt dicti heretici in domo ſua tribus diebus & tribus noctibus, comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos petendo benedictionem eorum junctis manibus & flexis genibus, inclinando ſe ter ſuper unam bancam coram eis & dicendo qualibet vice boni Chriſtiani benedicite, & vidit ſimiliter ibidem dictos hereticos ab aliis adorari, & à multis perſonis quas nominat ibidem viſitari, & quando receſſerunt inde aſſociavit eos devote & poſt quadam die cum quadam perſona quam nominat ivit ad viſitandum dictos hereticos in domo dicti Guilielmi porcelli, & poſt per VIII° dies cum Guiliemo porcelli juniore filio ſenioris de nocte duxit & aſſociavit dictos hereticos ad domum Vitalis Gilaberti de ferrus. Item quadam vice ipſe cum Valencia matre ſua & Guilielmo fratre ſuo de nocte ivit ad videndum & viſitandum Amelium hereticum in domo Guilielmi porcelli, & audiverunt verba & predicationem dicti heretici. ¶ Item alia vice ipſe cum Guilielmo fratre ſuo adduxit ad domum ſuam Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos de domo Guilielmi porcelli, & ſteterunt in domo ſua heretici aliquo tempore, & poſtea duxit eos ad domum Guilielmi. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & doctrina ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos usque ad quadrageſimam in qua ultima vice vidit eos in domo ſua per annum ante confeſſionem ſuam de predictis, & fuerunt IIII^or^ anni vel circa, conmittens predicta à ſex annis, à quinque, à quatuor, à tribus, & à duobus ante confeſſionem ſuam de predictis. ¶ Gui-

¶ Guilielmus Mancipii filius quondam Bernardi Mancipii de Luganno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ivit cum Poncio Mancipii fratre ſuo ad domum Guilielmi porcelli ad videndum hereticos quadam nocte quos prius dictus frater ſuus conmendaverat ſibi, & invenerunt ibi Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & audiverunt verba & predicationem ipſorum contra fidem catholicam, & ibidem adoraverunt eos flexis genibus junctis manibus inclinando ſe ter ſuper unam bancam coram eis. Item poſt ſecunda vel tercia die ipſe & dictus Poncius frater ſuus adduxerunt predictos duos hereticos de domo Guilielmi porcelli ad domum ſuam, ubi ſteterunt per tres vel IIII^or^ dies comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & audiverunt verba & predicationes ipſorum, & adoraverunt ipſos modo hereticali predicto ipſe & alie perſone de domo quas nominat, & fuerunt ibi viſitati per aliquas perſonas, & quando receſſerunt inde ipſe & dictus Poncius frater ſuus aſſociaverunt eos. Item alia vice vidit in domo ſua Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & jacuerunt ibi duabus noctibus & ſteterunt duobus diebus. Item alia vice ipſe cum predicto Poncio fratre ſuo & Valencia matre ſua quodam ſero ivit ad domum Guilielmi porcelli, ubi invenerunt Amelium hereticum, & audiverunt verba & predicationem ipſius. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem, & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia quaſi per IIII^or^ annos, conmittens predicta à ſex annis vel quinque, à IIII^or^ à tribus à duobus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. M°.CCCIX°. *Nonis Maji.* 28. b.

¶ Dulcia uxor Guilielmi Mancipii de Luganno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, qui ſteterunt ibi in quodam coſterio domus tribus diebus vel circa comedendo & bibendo de bonis domus, & ipſa & Valencia ſocrus ſua portabant eis neceſſaria, & audivit cum aliis perſonis quas nominat verba & predicationem ipſorum, & audivit dictum Jacobum legentem in quodam libro, & fuerunt ibi per perſonas alias viſitati, & inde invitaverunt ſe ad domum Guilielmi porcelli, ubi ipſa viſitavit eos ſemel & portavit eis quandam ollam & duas ſcutellas & unum choquear. Item in domo ſua predicta adoravit predictos hereticos petendo benedictionem eorum flexis genibus junctis manibus inclinando ſe ter coram eis, & qualibet vice dicendo benedicite. Item alia vice Petrus Auterii & Petrus Sancii de Garda heretici fuerunt in domo ſua & viri ſui, & ſteterunt ibi duobus diebus comedendo & bibendo de bonis domus, & ipſa ſcivit & vidit eos ibi, & audivit verba & predicationem eorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſit ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia tribus annis vel circa, conmittens predicta à quinque annis, à IIII^or^ & à duobus citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis. M°. CCCXI°. X°. *Kalendas Februarii.*

¶ Petrus Raymundi de podio gilbonis de aſſo, ſicut per ipſius confeſſiones legitime factas in judicio nobis conſtat, quadam vice ivit ad domum Guilielmi Monachi ad videndum hereticos quos dictus Guilielmus prius conmendaverat ſibi & dixerat ei quod ipſe oſtenderet eos ſibi, & invenit ibi Petrum Auterii & Petrum Sancii & ſalutavit eos, & audivit eos loquentes, & ſcivit per eos quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici. Item poſtea quadam vice dictus Guilielmus Monachi adduxit cum quodam alio quem nominat ad domum ſuam Petrum Sancii hereticum de nocte, & prius ipſe conceſſerat quod reciperet eum, & ſtetit ibi dictus hereticus quaſi per duos menſes jacendo & comedendo & bibendo de bonis domus ſue excepto quod dictus Guilielmus Monachi in illo tempore bis duxit dictum hereticum & reduxit, & ibidem dictus hereticus fuit viſitatus per aliquas perſonas quas nominat. ¶ Item ſcivit quod dictus hereticus quando receſſit inde fuit ductus apud Rapiſtagnum ad domum Durandi baſterii ubi ipſe portavit raubam dicto heretico poſtea rogatus per hereticum. ¶ Item portavit dicto Dominico Durandi baſterii pannum & duos ſolidos ut traderet dicto heretico ex parte cujuſdam perſone quam M°.CCCIX°. *pridie nonas Maji.* *Item* M°. CCCIX°. XIX°. *Kalendas Februarii confeſſus ſecundo.*

nominat, & ſex Turonenſes albos quos mutuaverat ſibi hereticus. ¶ Item comedit de pane benedicto heretici ter vel quater, quem accepit à dicto heretico. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem, & quod homo poſſet ſalvari in illa, & fuit in illa credencia per annum. Conmittens predicta à duobus annis, & ab uno citra, ante confeſſionem ſuam de predictis, & primo quando venit ad confitendum fuit confeſſus palliate & diminute, & celavit veritatem de aliquibus ſcienter contra proprium juramentum donec poſtea fuit adductus captus & detentus.

M°. CCCIX°. VI°. *ydus Maji confeſſus primo.* *Item* M°. CCCIX°. VI°. *ydus Februarii.*

¶ Bruna uxor Petri Raymundi de podio Gilbonis de Aſſo predicti, ſicut per ipſius confeſſiones legitime factas in judicio nobis conſtat, vidit & ſcivit & tenuit in domo ſua & viri ſui Petrum Sancii hereticum per duos menſes, & comedebat & bibebat de bonis domus ſue, & ipſa & vir ſuus miniſtrabant ei neceſſaria, & ipſa lavit ſibi aliquando pannos, & audivit aliquociens predicationem ejus, & audivit eum quandoque legentem in libro, & ſtabat in quodam ſolario domus ubi fuit viſitatus per aliquas perſonas quas nominat, & ſemel ipſa accepit pannum & duos ſolidos à quadam perſona quam nominat pro dicto heretico. Item ſcivit quod dictus hereticus erat de ſecta & ſocietate Petri Auterii & Jacobi Auterii hereticorum per ipſum hereticum. ¶ Item comedit de pane benedicto per hereticum aliquociens. Item ſcivit quod hereticus fuit adductus verſus Rapiſtagnum, ubi poſt maritus ſuus portavit raubam dicti heretici & pecuniam quam ipſa receperat à quadam perſona pro dicto heretico. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam ſectam & bonam fidem, & fuit in illa credencia toto illo tempore quo dictus hereticus fuit in domo ſua quaſi per duos menſes, conmittens predicta à duobus annis citra, ante confeſſionem ſuam factam ultimo de predictis, & prima vice qua venit ad confitendum fecit confeſſionem palliate & diminute, & celavit multa ſcienter contra proprium juramentum. Nec plene voluit confiteri ultima vice donec vir ſuus fuit captus & detentus & confeſſus.

29.

M°. CCCIX°. *pridie ydus Junii.*

¶ Bernardus de pibras de lagaſſier prope Garrigas filius quondam Guilielmi de pibras, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & viſitavit in domo Poncii Mancipii de Luganno duos hereticos, quorum unus vocabatur P. Auterii & alter Jacobus filius ejus, quos hereticos prius conmendaverat ſibi dictus Poncius, & audivit ibi verba & predicationem ipſorum, & dictus Jacobus legit in quodam libro ibidem. ¶ Item alia vice recepit in domo ſua Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos de quibus prius rogatus fuerat per Guilielmum porcelli quod reciperet eos & ipſe conceſſerat ei, & ſteterunt ibi quinque vel ſex diebus comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & ipſe & uxor ſua miniſtrabant eis neceſſaria, & audivit verba & predicationem ipſorum. Item alia vice recepit in domo ſua Petrum Sancii hereticum predictum, & ſtetit ibi VIII°. diebus vel circa comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & ipſe miſerat prius Bernardum filium ſuum pro dicto heretico adducendo de domo Guilielmi porcelli. Item quadam vice dum Petrus Sancii erat in domo ſua Petrus Auterii hereticus de nocte ſemel venit illuc ad loquendum cum dicto Petro Sancii heretico. Item quadam alia vice de nocte Petrus Auterii & P. Sancii heretici predicti venerunt ad domum ſuam ut reciperet eos in hoſpicio ſuo, & tunc non recepit, ſet duxit eos ad domum Guilielmi Monachi de Luganno. Item quadam vice portavit predictis duobus hereticis ad domum Guilielmi porcelli ſotulares cum corrigiis, & unum capucium cum pellibus, & aliquam pecuniam ex parte cujuſdam perſone quam nominat, & tradidit Petro Sancii heretico quem invenit. Item ſcivit & audivit nominari aliquos credentes & receptatores hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem, & quod homo poſſet ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per IIII^or^ annos, committens predicta à IIII^or^ annis à tribus à duobus & ab uno citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec predicta voluit confiteri donec fuit citatus & arreſtatus & detentus, & prima vice fecit confeſſionem palliate & diminute, & celavit veritatem de multis ſcienter contra proprium juramentum.

¶ Si-

¶ Sibilia uxor Bernardi borrelli de belliaco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo ſua & viri ſui in Bolhaco Petrum Auterii & Amelium hereticos ſimul una vice, & ſteterunt ibi duobus diebus. Item alia vice vidit in eadem domo Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & ſteterunt ibi tribus diebus. Item alia vice vidit Petrum Auterii hereticum, qui ſtetit ibi duobus diebus, & audivit verba & predicationem dictorum hereticorum, & adoravit eos dicendo boni Chriſtiani benedictionem Dei & veſtram, flectendo genua ter inclinando ſe coram eis & ponendo manus ſuper terram & dicendo qualibet vice benedicite, & dictam adorationem fecit hereticis quatuor vel quinque vicibus in diverſis temporibus. ¶ Item comedit de pane quem Petrus Auterii hereticus dedit ſibi ſemel, & aliquando Sancius Borrelli ſocer ſuus dedit ſibi de pane quem aportabat de menſa hereticorum. ¶ Item interfuit hereticationi Fabriſſe ſororie ſue filie Sancii Borrelli uxoris que Durandi de barrio de Cumba Rotgier, quam hereticavit Jacobus Auterii in domo dicti Sancii in Bolhaco. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam ſectam & bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per annum ab illo tempore quo primo vidit hereticos, donec venit ad confitendum de facto hereſis prima vice, ſcilicet anno Domini M°. CCCV°. in feſto beati Thome martyris, & celavit in prima confeſſione de adoratione hereticorum non ita plena ſicut nunc, & de hereticatione dicte Fabriſſe, & de credencia hereticorum, & de comeſtione panis, & palliavit quod neſcivit plane ipſos eſſe hereticos, ſicut poſtea in judicio recognovit. M°. CCCIX°. XIIII°. *Kalendas Aprilis.*

¶ Predicta Sibilia poſtquam prima vice fuit confeſſa de hereſi, & dimiſſa redire ad domum ſuam & viri ſui, extunc conmiſit illa que ſequntur, videlicet quod in domo ſua & viri ſui & Sancii Borrelli ſoceri ſui vidit Petrum Auterii hereticum predictum in quodam ſolario dicte domus, ubi ſtetit dictus hereticus IIII°r diebus comedendo & bibendo de bonis domus, & tunc infirmabatur dictus Sancius, & ſuſpicata fuit tunc quod illuc veniſſet dictus hereticus adductus per Durandum de Cumba Rotgier ad hereticandum dictum Sancium ſi eſſet neceſſe. Item quadam vice portavit ex parte Sancii Borrelli ſoceri ſui unum panem & unam viſtam vini ad domum Raymundi ſartoris qui morabatur in Bolhaco, & preſentavit & dedit Petro Sancii qui jacebat ibi in quadam camera parva infirmus, & tunc ſcivit & audivit quod erat hereticus jam veſtitus ſicut P. Auterii, & ſequenti die vel in alio ſubſequenti dictus Petrus Sancii hereticus mutavit ſe ad domum Sancii Borrelli predicti ſoceri ſui, ubi ſtetit VIII° diebus jacendo & comedendo & bibendo de bonis domus, & ipſa aliquando ſervivit ſibi miniſtrando panem & aquam & caules & alias herbas ad faciendum inde pulmentum. Conmittens predicta à tribus annis & à duobus citra ante confeſſionem ſuam de predictis, quam fecit anno Domini M°. CCCIX°. XIIII°. Kalendas Aprilis, & XIII° Kalendas Aprilis. Nec voluit confiteri predicta donec fuit capta & detenta & per alios accuſata, & negavit pluries veritatem in judicio requiſita contra proprium juramentum, & primo confeſſa fuit palliate & diminute. *Quia non fuit inventa ſcripta abjuratio hereſis dicte Sibilie in confeſſione quam primo fecit ideo non fuit proceſſum contra ipſam ſicut contra relapſam.* 29. b.

¶ Raymunda uxor Arnaldi Maurelli de bello podio prope grandem ſilvam, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo in qua morabatur cum viro ſuo in Granata duos homines quos adduxerat Guilielmus Aliguerii avunculus ſuus, à quo audivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & unus erat ſenex, & alter juvenis, filius dicti ſenis, & vocabatur Jacobus, & fuerunt ibi pranſi. Item alia vice dictus hereticus ſenex qui vocabatur Petrus venit ad bordam in qua ipſa cum viro ſuo morabatur prope Verdunum, & ſtetit ibi per XV. dies & amplius, & ipſa ſciebat ipſum eſſe hereticum & alii de domo, & ipſa ſervivit ſibi aliquando de aqua pro ſuis neceſſitatibus, & audivit pluries verba & predicationem dicti heretici qui conmendabat ſectam ſuam & fidem, & quod nullus poterat ſalvari niſi in fide eorum, & quod eccleſia eorum erat melior quam noſtra. Item ipſa aliquociens inclinavit ſe coram dicto heretico junctis manibus dicendo boni Chriſtiani benedictionem Dei & veſtram, ſicut hereticus docuerat eam, M°. CCCIX°. VIII°. *Idus Februarii.*

& hereticus reſpondebat à Deo & à nobis habeatis eam. Item ſcivit quod quedam filia dicti heretici venit ad videndum & viſitandum eum ibi. ¶ Item credidit dictum hereticum eſſe bonum hominem, & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari qui teneret illam. Conmittens predicta à quinque annis & à dimidio citra ante quam confiteretur de predictis. Nec predicta voluit confiteri donec fuit citata & detenta in carcere, & vir ſuus & frater viri ſui fuerant prius capti & detenti, & celavit & negavit pluries veritatem in judicio contra proprium juramentum, & quamvis predicta Raymunda haberet tres fratres inmuratos pro crimine hereſis non propter hoc dimittebat adherere. ¶ Predicta Raymunda non reputatur plene confeſſa propter illa que contra eam inveniuntur per Petrum Auterii & Jacobum hereticos & per quoſdam alios credentes.

M°. CCCVI°. *die Mercurii poſt octabas apoſtolorum Petri & Pauli.*

¶ Petrus Raymundi de Ugonibus filius Raymundi de Hugonibus habitator Tholoſe, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ivit ad querendum hereticos apud Limoſum cum Guilielmo Falqueti, ubi invenerunt Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in domo Guilielmi Petri Cavalerii, & audivit verba & predicationes ipſorum, & ſicut fuit edoctus adoravit eos dicendo boni Chriſtiani benedictionem Dei & veſtram, flectendo genua ter ponendo manus ſuper quandam bancam inclinando coram eis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis ibidem ſimiliter adorari. Item alia vice in domo Martini Franciſci de Limoſo vidit quinque hereticos ſimul, ſcilicet Petrum Auterii, Jacobum filium ejus, Guilielmum Auterii, & Amelium & Petrum Raymundi de ſancto papulo, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos modo hereticali predicto, & vidit à perſonis aliis quas nominat adorari. Item in domo ſua recepit & tenuit Petrum Auterii & Jacobum hereticos duobus diebus & duabus noctibus, & audivit predicationem ipſorum, & quando receſſerunt aſſociavit eos aliquantulum. Item in domo in qua morabatur Raymundus ſartor gener Petri Auterii in Tholoſa vidit & viſitavit Petrum & Jacobum Auterii hereticos, & comedit ibi cum eis & cum quibuſdam perſonis quas nominat, & vidit ibi hereticos adorari. Item ſemel ivit cum Petro Raymundi heretico apud Bornum ad campmaſium Hyſpanorum, ubi invenerunt Petrum Auterii & Jacobum & Amelium hereticos & quoſdam credentes eorum quos nominat, & fuit ibi terminata quedam contentio que erat inter Petrum Raymundi hereticum & Amelium, & poſtea ipſe rediit cum dicto Petro Raymundi heretico in Tholoſam. Item alia vice aſſociavit Petrum Auterii hereticum de Tholoſa usque ad ſanctum Sulpicium ad domum Baranhone, ubi invenerunt Jacobum Auterii & Amelium, & ſalutavit eos more hereticali, ſcilicet amplexando ponendo manus ſuper utrumque humerum, & vertendo caput hinc & inde tribus vicibus & dicendo qualibet vice benedicite, & heretici adoraverunt ſe mutuo, & tunc fuit ordinatum quod Amelius hereticus cum Martino Franciſci iret in Lombardiam ad Bernardum Audoyni hereticum Ancianum, ut reconſiliaret dictum Amelium qui peccaverat in ſecta, & tunc ipſe dedit Martino Franciſci XV. turonenſes albos pro illa via, & tunc vidit ibi cum hereticis multos credentes quos nominat. Item in domo Guilielme uxoris Martini de proaudo vidit IIIIor hereticos ſimul, videlicet Petrum Auterii & Jacobum & Petrum Raymundi & Amelium una vice. ¶ Item in domo Bernardi Iereti Tholoſe
30. alia vice vidit predictos IIIIor ſimul, & ſalutavit eos modo hereticali predicto, & tunc fuit ibi quedam contentio inter eos ſuper quadam ſumma pecunie triginta librarum turonenſium parvorum quam legaverat eis quedam mulier de Cabardeſio, quam dictus Bernardus tenebat in conmenda & debebat dividi inter eos. Item in domo Raymundi Bernerii de Verduneto vidit Petrum Raymundi & Bm. Audoyni hereticos, quibus tradidit piſces quos portaverat pro hereticis de ſancto Dyoniſio, quos Johanna filia Bernardi Guilielmi mittebat hereticis. ¶ Item cuſtodivit per XV. dies LX. marabocinos auri & tres denarios aureos quos P. Raymundi de ſancto papulo hereticus conmendavit ſibi, & poſtea recuperavit ab eodem. Item in domo Poncii de Ugonibus fratris ſui vidit pluries Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Petrum Raymundi & Amelium hereticos, non ſimul ſet per vices, & co-

medebat ibi cum eis. Item ſemel duxit Petrum Auterii & Jacobum ad quendam ortum juxta Ciprianum Tholoſe, & fecit illuc venire quaſdam perſonas credentes hereticorum quas nominat ut audirent predicationes hereticorum. Item in Verduneto in domo Petri Andree vidit Petrum Raymundi & Amelium hereticos, & adoravit eos cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat. Item quadam vice aſſociavit Petrum Raymundi hereticum in Savarteſium apud Taraſconem, & adoravit eum, & vidit eum adorari à Guilielmo Ugonis. Item alia vice aſſociavit Petrum Auterii hereticum apud Savardunum ad domum Guilielmi Ugonis, & adoravit ibi hereticum. Item in bolhaco Sancii Borrelli vidit & audivit Petrum Auterii & Amelium hereticos & adoravit & vidit ab aliis adorari. ¶ Item Petrum Auterii & Jacobum hereticos duxit ſemel ad domum Gentilis Tholoſe & dimiſit eos ibi cum libris quos portabat eis. Item in domo Bernardi lereti vidit multociens hereticos. Item multis perſonis conmendavit vitam & ſectam hereticorum, inducendo eas ad amorem & credenciam eorum. Item multociens & in multis locis & cum multis perſonis audivit verba & predicationes & errores hereticorum contra fidem catholicam, & contra ſacramenta Domini Jeſu Chriſti, Romane eccleſie expreſſe. ¶ Item multociens comedit de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis. Item multa bona fecit & dedit hereticis, & multociens miſit pro eis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum. Conmittens predicta à quinque annis, à IIII^{or} à tribus, à duobus & ab uno ante confeſſionem de predictis.

¶ Predictus Petrus Raymundi invenitur per multos teſtes multa celaſſe de facto hereſis de quibus poſtea ſepius requiſitus in generali noluit aliquid confiteri, unde meruit perdere gratiam omnem ſi qua fuit ſibi à principio promiſſa.

¶ Johanna filia quondam Bernardi de ſancta fide de Tholoſa, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, audivit conmendari vitam & ſectam hereticorum. ¶ Item in domo in qua ipſa cum matre ſua morabatur vidit & audivit Jacobum Auterii hereticum duabus vicibus, & audivit predicationem ejus legendo in quodam libro, & adoravit eum dicendo bone Chriſtiane benedictionem Dei & veſtram, junctis manibus inclinando ter & dicendo qualibet vice benedicite. Item in eadem domo vidit duabus vicibus Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticum cum Petro Bernerii ductore ejus, & audivit predicationem dicti heretici, & comedit ibi dictus hereticus. ¶ Item in eadem domo vidit duabus vicibus B^{m}. Audoyni de monte acuto hereticum, & audivit verba & predicationem ipſius. ¶ Item ivit cum matre ſua ad quendam ortum juxta ſanctum Ciprianum Tholoſe ad videndum hereticos, ubi invenerunt & viderunt Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & cum aliis perſonis credentibus hereticorum quos nominat ſederunt ibi & audiverunt predicationem eorum, conmittens predicta per dimidium annum ante confeſſionem ſuam factam de predictis, quam fecit anno Domini M°. cccv°. poſt feſtum purificationis beate Marie. Nec predicta voluit confiteri donec fuit capta & detenta, & tunc celavit in confeſſione ſua contra proprium juramentum ea que ſequuntur. M°.cccvo. *die Mercurii poſt feſtum purificationis beate Marie.*

¶ Predicta Johanna, ſicut conſtat per ipſius confeſſionem ultimo factam anno Domini M°. cccIX°. pridie Kalendas Maji, vidit in domo B^{i}. lereti Petrum Raymundi de ſancto papulo & Bernardum de monte acuto hereticos, quibus portavit unum paſtillum de piſcibus quos paraverat pro eiſdem. Item portavit ad domum Petri Helye in Barrio ſancte Katharine medium verilucium coctum pro quodam heretico. Item in domo Petri Raymundi de Ugonibus vidit & viſitavit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos. Item in eadem domo vidit Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticum. Item dictus P. Raymundi hereticus fuit ibi pluries per perſonas quas nominat viſitatus. Item ibidem alia vice vidit Petrum Auterii hereticum. Item in domo Gentilis vidit & viſitavit Petrum Auterii & Jacobum hereticos, & queſivit & aportavit quandam herbam pro dicto Jacobo heretico qui paciebatur in tibia. Item

30. b. in domo ſua & matris ſue vidit & audivit quandam hereticam que vocabatur Jacoba. ¶ Item viſitavit dictam Jacobam hereticam in domo in qua morabatur cum Philippo heretico, & portavit ei duos panes, & adoravit dictum hereticum modo hereticali. Item mortua dicta Jacoba Tholoſe fuerunt aportate alique res & utenſilia dicte heretice ad domum ipſius & matris ſue ad cuſtodiendum, & cuſtodierunt, & poſt aliqua reddiderunt. ¶ Item ipſa fuit conſenciens & tractavit quod Guilielma uxor Petri Molcerii amitta ipſius hereticaretur in quadam infirmitate ſua, & fuit ibi adductus Bernardus Audoyni hereticus ipſa preſente & vidente, que induxerat dictam infirmam quod vellet hereticari. Item ipſa & mater ſua tenuerunt & cuſtodierunt quendam librum hereticorum & quandam camiſiam cujuſdam heretici, & quandam burſam cum aliquibus turonenſibus albis, & quoddam capucium per aliquos annos, & non revelaverunt nec reddiderunt donec fuerunt capte ultima vice. ¶ Item multociens & cum multis perſonis fuit loquta de facto hereticorum conmendando eos & audiendo conmendari. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam Jacobo Auterii heretico quod vellet recipi in fine ſuo ad ſectam eorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum. Item negavit & celavit veritatem de predictis in alia prima confeſſione ſua in judicio contra proprium juramentum.

M°. CCCIX°. XI°. *Kalendas Maji.* ¶ Alaſaytz uxor Martini de proaudo de poſanila de Tholoſa que fuit oriunda de aſſo, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, audivit à Martino de proaudo marito ſuo, cum quo contraxit mortua Guilielma prima uxore, quod dicta Guilielma induxerat eum ad videndum quendam hominem in cellario domus ſue, de quo dabat ſibi intelligere quod erat hereticus homo ille, & quod dicta Guilielma ſciebat de facto hereticorum. Item audivit dici quod Eſclarmunda, que ſerviverat dicte Guilielme in infirmitate de qua obiit, erat de ſecta hereticorum. Item dicta Guilielma de proaudo tempore quo vivebat commendavit ſibi ipſi Alaſaytz vitam & ſectam hereticorum multociens & in multis locis, & rogavit eam quod vellet eis benefacere & eſſe credens & amica eorum, & ipſa conſenciit, & rogavit pluries dictam Guilielmam quod oſtenderet ſibi hereticos. ¶ Item frequenter miſit hereticis per dictam Guilielmam de fructibus ſuis quos tenebat ad vendendum. Item miſit dictis hereticis per dictam Guilielmam duas placentas & duos panes moſletos. Item ipſa Alaſaytz induxit Guilielmum de boſco maritum ſuum in infirmitate de qua obiit quod vellet hereticari, & poſtea ivit ad predictam Guilielmam & rogavit eam cum inſtancia quod procuraret & haberet aliquem hereticum qui reciperet dictum infirmum, & illa conceſſit quod faceret, & tunc ipſa Alaſaytz ordinavit quod ille perſone que erant in hoſpicio ſuo, que non conſenciebant in facto hereſis, eſſent abſentes, & ipſamet Alaſaytz ſub ſimilitudine quod iret ad eccleſiam deaurate ad rogandum pro infirmo duxit ſecum illas perſonas, ut ipſis abſentibus reciperetur oportune infirmus per hereticum, & poſtea audivit à dicta Guilielma quod hereticum duxerat ad infirmum, ſet infirmus noluit conſentire. Item predicta Guilielma revelavit ſibi, quod multum timebat capi per inquiſitores, quia credebat quod factum ſuum eſſet manifeſtum eis. ¶ Item ipſa vidit & ſcivit quod dicta Guilielma poſuit ſe in endura ut moreretur in ea, & balneabat ſe, & in dicto balneo fecit ſibi minui, & ipſa Alaſaytz adduxit barbitonſorem ad eam, & poſt receſſum barbitonſoris dicta Guilielmi diligavit brachium in ipſo balneo ut ſanguis exiret, & ſic debilitaretur & cicius moreretur, quia timebat capi per inquiſitores, & ſcivit & audivit quod dicta Guilielma poſt balneationem & minutionem ponebat ſe ſuper terra frigida. ¶ Item bis rogavit ipſam Alaſaytz quod emeret ſibi de toxico, ut cum illo mortem ſibi acceleraret, non tamen emit ſibi, & tunc dicta Guilielma dixit & revelavit ipſi Alaſaytz quod ipſa erat recepta ad ſectam & ordinem hereticorum & veſtita per dictum Petrum hereticum qui receperat eam & ordinaverat quod Eſclarmunda ſerviret ſibi & teneret eam in endura, & ad hoc fuerat miſſum pro ea apud Rapiſtangnum, & ipſa vidit dictam Eſclarmundam ſervientem dicte Guilielme, & tunc quadam die vidit potionem quandam,

quam

quam tenebat dicta Esclarmunda in quodam cipho, in qua erat vitrum fractum quam volebat dare Guilielme ut moreretur. ¶ Item quedam mulier dixit sibi ex parte dicte Esclarmunde quod emeret unam alzenam sutoris ad interficiendum dictam Guilielmam que hoc requirebat, set ipsa noluit emere, set illa mulier emit eam, & ostendit eam sibi, & tunc ipsa & illa mulier que emerat alzenam iverunt ad dictam Guilielmam, que ipsis presentibus & audientibus rogavit dictam Esclarmundam quod omnino perforaret eam cum dicta alzena in latere in illa parte in qua erat cor, & fuit sibi collatio habita inter eas ubi erat cor, & visum fuit eis quod debebat esse in siniſtra parte, tamen tunc non fuit factum quod ordinaverant. ¶ Item vidit quod dicta Esclarmunda dedit ad bibendum dicte Guilielme in quodam cipho in quo posuit quandam rem nigram, & credit quod esset de toxico, quia prius dixerat sibi quod habebat de eo, & sequenti die fuit mortua dicta Guilielma, & audivit à quadam puella quam nominat quod dicta Guilielma fuit posita in balneo illa nocte, & dicta Esclarmunda dedit sibi succum cucumerum silvestrium. Item dicta Guilielma antequam moreretur rogavit ipsam quod contraheret post mortem suam cum Martino de proaudo viro suo, quod & fecit. ¶ Item prius audiverat à dicta Guilielma quod ipsa & altera Guilielma de proaudo & Philipa recipiebant hereticos, & nominavit sibi specialiter dictum Petrum & Jacobum filium ejus quem multum conmendabat, & de quo multum doluit quod erat captus. Item ipsa Alazaytz misit semel XII. denarios regales ut traderentur hereticis pro ipsa. Item alia vice misit unum turonensem album cuidam persone ut redderet & traderet hereticis. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines, & habere bonam vitam & sectam & fidem in qua homo posset salvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo incepit consentire verbis dicte Guilielme de hereticis usquequo fuit vocata coram inquisitore prima vice, scilicet anno Domini M°. CCCVII°. VI°. ydus Augusti, & tunc celavit veritatem de predictis contra proprium juramentum in judicio pluries requisita, licet fuerit tunc detenta, postmodum vero liberata audiens quod inquisitor debebat facere sermonem affugit & stetit in fuga aliquibus mensibus, & tandem fuit capta & detenta in carcere quia prius erat per alias personas complices accusata, nec predicta voluit confiteri donec fuit secundo detenta & audivit personas complices esse confessatas. Conmittens predicta à quinque annis, à IIII^or citra ante confessionem suam ultimam de predictis. 31.

¶ Guilielma Molceria uxor quondam Petri Molcerii de Tholosa, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, P. Raymundi de Ugonibus conmendavit sibi hereticos, & requisivit si volebat eos videre, & concessit quod sic, ivit ad domum dicti Petri Raymundi ubi invenit & vidit unum hereticum qui vocabatur Petrus Raymundi & audivit ejus predicationem, & salutavit eum inclinando profunde junctis manibus sicut fuerat edocta, & fecit dicto Petro Raymundi heretico pactum seu convenienciam quod reciperetur si esset infirma ad sectam eorum. Item in eadem domo alia vice vidit alium hereticum qui erat senex, cujus nomen nescivit, & salutavit eum modo predicto. ¶ Item in quadam infirmitate de qua convaluit venit ad eam quidam homo de quo perpendit quod erat hereticus, & petivit ab ea si volebat meliorari, & ipsa quod non. Item quedam soror sua tradidit sibi duos vel tres turonenses argenteos ut traderet eos Petro Raymundi de Ugonibus, & credit quod ad hoc quod daret hereticis. ¶ Item in domo Bernarde sororis sue vidit quendam hereticum qui vocabatur Bernardus, & audivit predicationem ejus. ¶ Item quadam vice misit Petro Raymundi heretico unam justam vini per Petrum Raymundi de Ugonibus. ¶ Item tenuit sub conmenda unam camisiam & unum librum predicti Bernardi heretici, quem tradiderat sibi dicta soror sua Bernarda. ¶ Item comedit semel de pane benedicto hereticorum, & habebat in eo magnam devotionem. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & habere bonam fidem in qua possint salvari, & fuit in illa credencia per annum & amplius. Conmittens predicta à IIII^or annis citra ante confessionem suam de predictis. Nec ea voluit confiteri donec fuit capta & detenta, & celavit in prima confessione aliqua que postea recognovit

M°. CCCII°. ydibus Maii.

¶ Pe-

M°. CCCVI°. *die lune Poſt feſtum b^ati Johannis baptiſte.*

¶ Petrus Borrelli de monte audrano ſenior, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, recepit & tenuit in domo ſua Petrum Auterii de ax in ſavarteſio & Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticos ſimul una vice, & ſteterunt ibi jacendo comedendo & bibendo de bonis domus ſue duabus noctibus, & ſcivit per eoſdem quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici. ¶ Item alia vice recepit & tenuit in domo ſua Jacobum Auterii & Amelium hereticos, & ſteterunt ibi XV. diebus comedendo & bibendo de bonis domus ſue. Item quadam vice vidit Petrum Raymundi hereticum Tholoſe in carreria de petra. ¶ Item audivit frequenter predicationem & doctrinam hereticorum contra eccleſiam Romanam, & contra ſacramentum altaris in domo ſua, & vidit & audivit eos legentes in libro aliquociens ibidem. ¶ Item adoravit hereticos ſemel modo hereticali flectendo genua ter coram eis & qualibet vice dicendo benedicite, & frequenter ſalutavit eos modo hereticali amplexando & dicendo benedicite. Item vidit modum benedictionis panis hereticorum. De credencia hereticorum interrogatus reſpondit quod ſemper dubitabat nec unquam perfecte credebat in eos. Conmittens predicta à duobus annis citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis quam fecit anno Romini M°. CCCVI°. die lune poſt feſtum beati Johannis baptiſte. ¶ Predictus P. Borrelli, cum haberetur ſuſpectus quod non plene dixerat veritatem ſepius requiſitus, tandem recognovit & confeſſus fuit que ſequuntur. Anno Domini M°. CCCIX°. quarto nonas Aprilis Petrus Raymundi de Ugonibus quadam vice rogavit eum Tholoſe quod vellet iterum recipere in domo ſua Petrum Auterii & Petrum
31. b. Raymundi de ſancto papulo hereticos predictos, & quod Petrus Raymundi hereticus erat tunc in domo ipſius Petri Raymundi de Ugonibus, ſet ipſe noluit tunc conſentire quod reciperet hereticos in domo ſua, & tunc ipſe P. Borrelli vidit in operatorio ipſius Petri Raymundi de Ugonibus predictum hereticum, & cum eo Poncium & Raymundum de Ugonibus fratres ſtantes & loquentes cum dicto heretico. Item alia vice vidit predictum hereticum, & cum eo Poncium & Raymundum de Ugonibus fratres predictos in via prope pontem montis audrani, & videbantur ire verſus campmaſium de Ugonibus, & ſalutavit eos. ¶ Item alia vice obviavit Petro Raymundi de ſancto papulo heretico prope montem audranum, & ibat cum eo dictus Poncius, & ſalutavit eos. ¶ Item illa vice qua Petrus Auterii & Petrus Raymundi de ſancto papulo heretici erant in domo ſua, tunc ad requiſitionem Petri Raymundi de Ugonibus miſit Guilielmam filiam ſuam apud Tholoſam ut aportaret illa que traderentur ſibi dictis hereticis, que poſtea dixit ſibi quod aportaverat unum paſtillum de piſcibus pro eiſdem quem Johanna fogaſſeria ſibi tradidit, & venit cum ea apud montem audranum, & vidit ibi hereticos. Item ipſe dixit predicte Guilielme filie ſue & Petro Raymundi filio ſuo quod predicti duo homines qui morabantur in hoſpicio ſuo erant de illis qui vocantur heretici, conmittens predicta à quinque annis citra ante confeſſionem ſuam ſecundam factam de predictis, & predicta celavit in confeſſione ſua prima.

M°. CCCVIIII°. *tercio ydus Novembris, & X°. Kalendas Decembris, & VI°. ydus Aprilis.*

¶ Petrus de Salvetate filius Arnaldi de Salvetate de pruneto, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, audivit conmendari hereticos multociens ab aliquibus credentibus hereticorum. Item vidit multociens hereticos & in multis locis, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Amelium, non ſemper ſimul ſet aliquando unum aliquando duos ſimul, & audivit predicationem & doctrinam & errores hereticorum contra fidem catholicam eccleſie Romane, & contra ſacramenta Domini Jeſu Chriſti expreſſe. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam Petro Auterii heretico quod vellet recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum. ¶ Item adoravit dictum Petrum Auterii hereticum modo hereticali inclinando ſe ter flexis genibus & junctis manibus coram eo, & dicendo qualibet vice benedicite boni Chriſtiani, rogate Deum quod perducat nos ad bonum finem. Item aſſociavit Petrum Auterii & Amelium hereticos de nocte de Pruneto usque ad quendam locum cum quibuſdam aliis credentibus hereticorum quos nominat, quando fugiebant de Limoſo, ubi debuerunt capi dicti heritici. Item promiſit & juravit

vi t inquiſitori ſe redditurum Adzemarium de Banheriis pro hereſi fugitivum ſi poſſit eum invenire, quem invenit eadem nocte & revelavit ſibi quod querebat & non cepit eum, nec procuravit quod caperetur, immo receſſit cum eo & fecit eum recedere, & eadem nocte ipſe fuit captus, & dictus Adzemarius auffugit. Item frequenter fuit loquutus de facto hereticorum cum multis perſonis. ¶ Item credidit hereticos bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia duobus vel tribus annis, conmittens predicta à IX. annis ab octo à ſeptem à ſex & à quinque, & à IIII^or & à tribus, & à duobus citra antequam confiteretur de predictis. Nec predicta voluit confiteri donec fuit captus & detentus diu in carcere, & celavit & negavit pluries veritatem in judicio contra proprium juramentum, & pejeravit pluries coram inquiſitore.

¶ Predictus P. adhuc habetur ſuſpectus quod celet aliqua de facto hereſis propter illa que contra eum inveniuntur per Petrum Auterii revelata.

¶ Arnalda uxor predicti Petri de Salvetate, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, Petrus Sanchas de pruneto loquutus eſt ſibi de facto hereticorum primo inducendo eam ad amorem & credenciam hereticorum. Item in domo dicti Petri Sanchas quadam vice vidit quendam hereticum qui vocabatur Petrus & erat ſenex, & ibidem audivit predicationem dicti heretici, & fecit ei convenienciam ſeu pactum quod reciperetur in fine ſuo ad ſectam ſuam, & adoravit dictum hereticum flectendo genua ter junctis manibus inclinando & dicendo qualibet vice benedicite. ¶ Item alia vice poſt vidit in domo predicti Petri Sanchas quendam alium hereticum cujus nomen neſcivit, ſet audivit poſtea à predicto Petro Sanchas quod erat de parentela dicti Petri heretici, & ibidem adoravit dictum hereticum modo hereticali predicto. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum vel circa, conmittens predicta à quinque annis citra. Mo. cccIXo. VIo. *ydus Aprilis.*

¶ Contra iſtam Arnaldam habetur per Petrum Auterii quod vidit & recepit eum in domo ſua & viri in quadam infirmitate dicti viri, & venerat ad hereticandum ipſum.

¶ Raymundus de Salvetate filius Arnaldi de Salvetate, qui aliter vocatur Chamo de pruneto, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit pluries & in pluribus locis in domo ſua & alibi plures hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, Jacobum Auterii filium ejus, Guilielmum Auterii, Petrum Raymundi de ſancto papulo, Amelium Philippum, Raymundum fabri, non ſimul omnes ſet per vices, aliquando unum aliquando duos in diverſis locis & temporibus, ſcilicet Tholoſe in quadam domo Petrum Auterii & Petrum Raymundi. ¶ Item in domo B^i. Guilielmi de ſancto Dyoniſio Jacobum Auterii cui portavit literam ex parte cujuſdam perſone. Item in domo Cicardi Bolha de Verduneto Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticum. Item de Tholoſa duxit Petrum Auterii & Philippum hereticos apud Auriacum ad domum Andrene. Item Jacobum Auterii duxit ad domum dicte Andrene & cenavit ibi cum eo, & inde duxit eum apud Verdunetum ad domum Petri Bernerii. Item de condomio adduxit Philippum hereticum usque Tholoſam. ¶ Item in domo ſua & fratrum ſuorum recepit bis Raymundum fabri hereticum. Item in domo Petri Sanchas & in domo Raymundi de Salvetate vidit pluries hereticos, nunc iſtos nunc illos, & quandoque duxit eos ſpaciatum de nocte circa villam de pruneto. ¶ Item frequenter duxit & aſſociavit hereticos de loco ad locum, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum quadam vice de domo Petri Sanchas de pruneto usque ad gardam. Item quadam alia vice duxit Petrum Auterii de domo Petri Guilielmi de pruneto usque Verdunetum. ¶ Item quadam vice ipſe & Petrus Guilielmi duxerunt Guilielmum Auterii & Amelium ad domum Petri Raymundi de Ugonibus. ¶ Item ipſe cum quibuſdam aliis Petrum Auterii prope viride folium. Item quadam alia vice de nocte ipſe cum quibuſdam aliis Petrum Auterii & Amelium de pruneto usque prope Gardam quando dicti duo heretici evaſerunt de Limoſo. Item audivit pluries & in pluribus locis predicatio- Mo. cccVIIIo. IIIIo. *Kalendas Novembris.* *Item* Mo. ccc IXo. VIo. *ydus Aprilis.*

32.

nem & doctrinam hereticorum contra fidem ecclesie Romane & sacramenta Domini Jesu Christi. ¶ Item comedit & bibit pluries cum hereticis & comedit pluries de pane benedicto eorum & vidit modum benedictionis. ¶ Item adoravit hereticos pluries & in pluribus locis petendo benedictionem ab eis flectendo genua ter junctis manibus inclinando coram ipsis qualibet vice dicendo benedicite, & vidit eos similiter à pluribus adorari. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & posse salvari in fide & secta eorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos usque ad illud tempus in quo Raymundus fabri hereticus ultimo fuit in domo sua & potuerunt esse IIII^or^ anni, conmittens predicta à sex annis à quinque à IIII^or^ & à tribus & à duobus citra ante confessionem suam de predictis, & primo steterat fugitivus in partibus Vasconie cum aliis fugitivis pro heresi. Nec predicta voluit confiteri donec fuit captus & diu detentus in carcere, & negavit veritatem, & celavit plura contra proprium juramentum.

¶ Predictus Raymundus adhuc creditur celare aliqua de hospicio suo prout Petrus Auterii dixit & scripsit.

M°. CCCIX°. IIII°. *nonas Aprilis.* ¶ Arnaldus de Salvetate junior, filius Arnaldi de Salvetate de pruneto, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, Petrus Sanchas conmendavit sibi vitam & sectam hereticorum, & ostendit sibi in casali juxta domum Raymundi de Salvetate, ubi adduxit eum, duos hereticos, scilicet Petrum Auterii & Amelium, & ibi fecit eis pactum seu convenienciam quod in fine reciperetur per eos ad sectam ipsorum, & ibidem adoravit eos petendo benedictionem ab eis flectendo genua ter junctis manibus inclinando se versus terram coram eis & qualibet vice dicendo benedicite. Item alia vice vidit predictos duos hereticos in domo dicti Petri Sanchas. Item audivit à dicto Petro Sanchas quod alii duo heretici erant in terra ista, scilicet Guilielmus Auterii, & Jacobus Auterii qui tunc erat captus Carcassone. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & quod illa que dabant sibi intelligere essent vera, & propter hoc fecit eis convenienciam, & adoravit eos, & fuit in illa credencia quousque audivit quod propter hoc Petrus Sanchas & alii citabantur. Conmittens predicta à IIII^or^ annis citra ante confessionem suam de predictis. Nec venit ad confitendum donec fuit vocatus per inquisitorem.

¶ Predictus Arnaldus reputatur adhuc celare de facto heresis secundum illa que Petrus Auterii dixit & scripsit.

M°. CCCIX°. VI°. *ydus Aprilis.* ¶ Bermunda uxor Arnaldi de Salvetate junioris predicti, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, Petrus Raymundi de Salvetate conmendavit sibi vitam & sectam hereticorum inducendo eam ad amorem & credenciam eorum, & post quadam die misit ad domum dicti Petri Raymundi ad videndum hereticos, ubi invenit & vidit quendam hereticum senem, de quo dixit sibi quod vocabatur Petrus, & ibidem audivit predicationem dicti heretici, & fecit sibi convenienciam, scilicet quod peteret eos in fine suo ut reciperent eam ad sectam suam & ibidem adoravit dictum hereticum flectendo genua coram eo, & dicendo junctis manibus ter boni Christiani benedicite. Item post predicta in domo Petri Sanchas vidit Petrum Auterii & Jacobum & audivit predicationem eorum, & adoravit eos modo hereticali predicto cum quibusdam aliis personis quas nominat. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & posse salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa, conmittens predicta à quinque annis, & à quatuor, & à tribus citra ante confessionem suam factam de predictis.

¶ Predicta Bermunda creditur celare adhuc de hospicio suo illa que dicit Petrus Auterii de eadem & de aliis de hospicio.

M°. CCCIX°. IIII°. *ydus Aprilis.* ¶ Arnaldus Brinii filius Guilielmi Brinii de pruneto, sicut per ipsius confessionem legitime factam in judicio nobis constat, Petrus Guilielmi de pruneto loquutus est sibi primo de hereticis, & cum ipso ivit apud Bornum ad videndum hereticos, & in quodam hospicio invenerunt Petrum Auterii hereticum & audiverunt predicationem

tionem ejus, & adoraverunt eum flectendo genua ſuper terram ter, junctis manibus abſtracto capucio ponendo manus ſuper terram qualibet vice dicendo benedicite, & primo dicebant boni Chriſtiani benedictionem Dei & veſtram. ¶ Item de dicto loco aſſociavit dictum hereticum cum predicto Petro Guilielmi usque Mirapiſcem ſupra tarnum ubi jacuerunt in domo Guilielmi Aliguerii, inde duxerunt dictum hereticum apud prunetum ad domum Petri Guilielmi & patris ſui. Item alia vice poſt vidit Guilielmum Auterii hereticum in domo Raymundi de Salvetate, & ibi audivit predicationem dicti heretici qui legebat in quodam libro. Item alia vice in domo Raymundi de Salvetate vidit Amelium hereticum, & audivit predicationem ejus, & adoravit eum modo hereticali predicto. Item alia vice aſſociavit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos de Pruneto usque ad Gardam de nocte cum quodam alio quem nominat. Item alia vice aſſociavit dictum Petrum Auterii hereticum cum quibusdam aliis quos nominat de pruneto usque prope Viride folium. Item alia vice vidit Andream hereticum tranſeuntem per viam prope prunetum cum quibuſdam perſonis quos non novit. Item audivit in predicatione hereticatione hereticorum, quod dicebant quod corpus non erat in altari, nec erat ibi niſi purus panis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa. Conmittens predicta à quinque annis & à minori tempore citra ante confeſſionem ſuam de predictis. 32. b.

¶ Contra predictum Arnaldum dicit P. Auterii, quod ipſe Arnaldus dedit ſibi pecuniam pro elemoſina, & illud ſupertunicale de blauo quod ipſe Petrus Auterii portabat quando fuit captus & condempnatus.

¶ Bernarda germana uxor quondam Guilielmi de monte acuto prope ſanctum Felicem, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ſcivit olim quod Bernardus Audoyni avunculus ejus & Guilielma Audoyna ſoror dicti Bernardi & mater ſua & Raymundus Germani frater ipſius Bernarde receſſerunt de monte acuto occulte, & venerunt in Lombardiam ad hereticos, ſicut ipſa poſtea audivit & ſcivit. Item poſt dictus Bernardus Audoyni miſit nuncium Matheo Germani fratri ſuo, quod ſequeretur eum in Lombardiam, ſicut & fecit, & rogavit eam quod recederet cum ipſo, ſed ipſa noluit dimittere virum & pueros ſuos. Item Petrus Auterii & Jacobus filius ejus heretici quadam vice fuerunt pranſi in domo ſua & viri ſui, & dictus P. Auterii dixit ſibi quod ipſe viderat in Lombardia B^m. Audoyni & fuerat ſocius ſuus, & mandabat ſibi per eum quod ipſa iret illuc; & ſcivit & audivit ibidem quod P. Auterii & Jacobus & B^us. Audoyni & Matheus Germani erant de illis qui vocantur heretici, & audivit predicationem dicti Petri Auterii heretici, & petiverunt ab ea dicti heretici quod promitteret eis quod requireret & haberet eos in fine ſuo ut reciperent eam ad ſectam ſuam, ſet non recordabatur tempore quo fecit confeſſionem, utrum promiſerit eis, & ſcivit iſta vice quod predicti duo heretici volebant mittere Vitalem Audoyni in Lombardiam ad B^m. Audoyni hereticum patrem ipſius Vitalis. Item alia vice Petrus Auterii hereticus venit ad domum ipſius, & bibit ibi. Item alia vice Petrus Auterii & Jacobus venerunt ad domum ipſius & viri ſui, & fuerunt ibi pranſi. Item vitalis Audoyni predictus quando rediit de Lombardia narravit ſibi quod venerat cum Bernardo Audoyni patre ſuo heretico quem dimiſerat in ſancto papulo in domo cujuſdam mulieris que vocabatur Guilielma, & quod viderat Matheum Audoyni qui erat factus hereticus. Item Petrus Raymundi de ſancto papulo hereticus quadam vice venit ad domum ipſius & viri ſui & bibit ibi, & dedit omnibus filiis & filiabus ſuis de pecunia ſua, & manifeſtavit ſibi quod ipſe fuerat ſocius predicti B^i. Audoyni heretici, & predicti Mathei Audoyni ſeu germani fratris ipſius Bernarde. Item ipſa & vir ſuus iverunt de nocte ad quendam locum ad loquendum cum B^o. Audoyni mandati per ipſum, & invenerunt eum prope Caſſeres &, cum eo Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticum, & tunc dictus B^us. Audoyni hereticus narravit ſibi de matre ſua & de ſorore ſua quod non vivebant in hoc ſeculo & fecerunt bonum finem, per quod ipſa intellexit quod finiviſſent in fide & ſecta hereticorum, & ibidem dictus B^us. Audoyni dedit ſibi

XXV. turonnenſes albos, & tradidit marito ſuo denarios plicatos & conſutos in quodam panno ad cuſtodiendum quod erant denarii aurei quos poſtea recuperavit, & tranſmiſerunt ſibi per Vitalem Audoyni filium ſuum apud Tholoſam. Item audivit à predicto viro ſuo quod viderat Matheum in caſtro novo de Arrio. Item quadam vice Jacobus Auterii venit ad domum ſuam, & admonuit eam quod iret in Lombardiam ad B^m^. Audoyni & Matheum hereticos predictos, & ſic ſalvaret animam ſuam, & fuit ibi pranſus. Item nuncii hereticorum quinque veniebant ad hoſpicium ſuum quando ibant & redibant, & aliquando comedebant & bibebant. Item multociens & cum multis perſonis ipſa fuit loquta & audivit loqui de facto hereticorum conmendando. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem, & quod homo poſſit ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per duos annos & amplius. Conmittens predicta de viſitatione & receptatione hereticorum à ſex annis, à quinque, à IIII^or^ à tribus citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis.

33. ¶ Predicta B^a^. olim alias, fuit capta & detenta in carcere per inquiſitorem & confeſſa de hiis que audiverat & ſciverat de facto hereſis Anno Domini M°. cc°. nonag°. VII°. in feſto decollationis beati Johannis baptiſte tempore fratris Bertrandi de claro monte inquiſitoris.

M°. CCCVIII°. XI°. *Kalendas Aprilis.* ¶ Serdana, que alias faciebat ſe vocari Eſclarmundam, filia quondam Guilielmi fabri de Verduneto prope Saxacum, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ivit in Lombardiam cum Serdana amitta ſua & Bertrando engilbaudi avunculo ſuo ad hereticos, & in Como ipſa vidit pluries B^m^. Audoyni de monte acuto & Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticos, & audivit verba & predicationem eorum, & adoravit eos flexis genibus junctis manibus inclinando ter coram eis, & dicendo qualibet vice benedicite petendo benedictionem eorum, & ſcivit quod Serdana predicta amitta ſua fuit ibi in fine ſuo hereticata per Petrum Raymundi de ſancto papulo, & ipſa interfuit dicte hereticationi. Item audivit & ſcivit quod predictus Bertrandus avunculus ſuus & Guilielmus filius Petri Auterii fuerunt hereticati in fine ſuo, ſet ipſa non interfuit hereticationibus eorum, & in Como multociens & cum multis perſonis quas nominat fugitivis pro facto hereſis & credentibus hereticorum fuit loquta de facto hereſis tanquam credens. Item de Como receſſit cum Guilielmo fabri patre ſuo volens ire in Ciciliam ad hereticos licet ipſa non potuerit pervenire. Item in Janua, ubi ſtetit aliquibus annis, ſcivit aliquos credentes hereticorum, & vidit nuncios eorum. Item de Janua receſſit & venit ad terram iſtam cum Philippo de Talayraco de Conſtanciano heretico, & cum Auda borrela de Limoſo heretica que faciebat ſe apellari Jacobam, & quibusdam aliis credenticorum, & pluries adoravit hereticum & hereticam modo predicto, & pluries comedit de pane benedicto per hereticum & Tholoſe ſtetit in eadem domo cum eis ſerviendo eos & adorando, & vidit & adoravit ibidem alios hereticos, ſcilicet Petrum Auterii, & Jacobum filium ejus, & B^m^. Audoyni, & Petrum Raymundi de ſancto papulo, & vidit ab aliis perſonis credentibus viſitari & adorari eosdem. Item ſervivit dicte heretice in infirmitate de qua obiit, & interfuit ſepulture ejus, & ſcivit quod dicta heretica acceleravit ſibi mortem. ¶ Item Tholoſe vidit pluries hereticos & adoravit eos, & ſcivit quod Guilielma Martini de proaudo poſuit ſe in endura, & fuit hereticata, & ipſa ſervivit ſibi tanquam heretice, & vidit hereticum B^m^. Audoyni coram dicta Guilielma in lecto qui venerat ad reconſiliandum eam ſecundum modum hereticorum, & ſcivit quod dicta Guilielma inſtanter petiit ab ipſa & à quibusdam aliis perſonis, quas nominat, quod mors ſibi acceleraretur timens capi per inquiſitores pro facto hereſis, & ipſa Cerdana propinavit eidem Guilielme potionem mortiferam de ſucco cucumerum ſilveſtrium cum vitro fracto; & vidit inſtrumentum ferreum quod vocatur alzena, quod dicta Guilielma fecerat emi cum quo perforaretur in latere ſubito ſi venirent nuncii inquiſitorum. Item pluries audivit predicationes hereticorum contra fidem & ſacramenta eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & conmendavit vitam & ſectam & fidem hereticorum aliis

per-

perſonis & comedit de pane benedicto hereticorum tociens quod neſcit numerum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem in qua homo poſſit ſalvari, & fuit in illa credencia XI. vel XII. annis. Item predicta Serdana celavit in confeſſione ſua prima contra proprium juramentum multa de facto hereſis que ſciebat recenter, que ſi tunc revelaſſet heretici potuiſſent haberi faciliter. Item dicta Cerdana exiſtens in fuga pro facto hereſis in qua ſteterat multis annis fuit capta cum Petro Bernerii marito ſuo qui erat magnus credens & ductor hereticorum, & fugitivus pro hereſi & auffugerat de carcere inquiſitorum bis.

¶ Johanna filia quondam Guilielmi fabri de Verduneto, ſicut per ipſius confeſ- MO. CCCIXO. ſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit in domo Johanne bernerie de nonis Aprilis. Verduneto Jacobum hereticum, & audivit ejus predicationem & doctrinam, & adoravit eum flexis genibus junctis manibus inclinando coram eo tribus vicibus & dicendo qualibet vice benedicite. ¶ Item in domo Petri Andree vidit Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticum una vice & loquta fuit cum eo. ¶ Item in domo predicte Johanne vidit Philipum hereticum, & Audam hereticam, & adoravit eam, & fecit pactum ſeu conventionem quod reciperetur in fine ad ſectam hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum. Item negavit & celavit pluries veritatem de predictis in judicio contra proprium juramentum, & ſtetit diu in negativa veritatis.

Sentencia inmuratorum. 33. b.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Quoniam nos preffati inquiſitores, & Stephanus de portu vicarius domini epiſcopi Tholoſani, & nos Yterius de brolio officialis Albienſis, & Sentallus de glatencs canonicus lectorenſis vicarii in ſpiritualibus & commiſſarii in negotio inquiſitionis heretice pravitatis per reverendum in Chriſto patrem ac dominum, dominum Bertrandum Dei gratia epiſcopum Albienſem deputati in civitate ac dyoceſi Albienſi, quibus ego Stephanus de portu preffatus vicarius domini epiſcopi Tholoſani dedi & conceſſi in preſenti negocio hac die & loco poſſe diffinire ac ſententiare quantum ad perſonas & de perſonis dyoceſis Albienſis per inquiſitionem legitime factam invenimus & in judicio nobis conſtat, quod tu Arnalde bovis ſenior, & tu Raymunda uxor ejus, & tu Vitalis bovis, & tu Arnalde bovis junior, & tu Bernarde Sicardi, & tu Bernarda uxor Arnaldi Mercaderii, vos predicti de Borno, & tu Bernarde boſqueti de Merlato. Item tu Raymunde Durandi, & tu Arnalda uxor ejus, & tu Bona uxor Gayſſie Durandi, & tu Guilielme Durandi filius Raymundi Durandi vos IIII^{or} de bello videre prope Tauriacum. Item tu Bernarde Vaſconis, & tu Bernarda mater dicti B^{i}, & tu Rotberte Geraldi vos tres de Varenis. Item tu Petre de Clayraco, & tu Petrona uxor ejus, & tu Bernarde de Clayraco frater dicti Petri, & tu Guilielme de Clayraco junior filius Guilielmi ſenioris, vos IIII^{or} de Verlhaco, & tu Bertrande Salas, & tu Vidala uxor ejus de Tenencia & parochia de Vilhaco, & tu Caſtellana filia Guilielmi de Clayraco de Vilhaco, uxor Dominici Durandi. Item tu Raymunde fabri, & tu Guilielma uxor ejus, & tu Guilielme fabri & tu Valencia uxor ejus, vos IIII^{or} de Mezencs prope ſanctum Sulpicium. Item tu Dominice Durandi baſterie habitator de Rapiſtangno, & tu Raymunde Ruphi piſcator, & tu Aymengardis uxor ejus de Rapiſtagno. Item tu Raymunde Petri, & tu Jacobe Petri frater ejus de ſancto Sulpicio. Item tu Condors uxor Eſpanhol fabri de Vaquiers. Item tu Geralde de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium. Item tu Bona Dominica uxor quondam Guilielmi de ſancto Johanne de heremo. Item tu Navarra uxor Raymundi Sancii, & tu Guilielme Mercaderii Notarie, & tu Raymunda uxor dicti Guilielmi, vos de Garda viridi folheſii. Item tu Guilielme Porcelli ſenior qui aliter cognominatus es Calvèti, & tu Guilielme porcelli junior filius ſenioris, & tu Guilielma uxor Guilielmi porcelli ſenioris, & tu Valencia uxor quondam B^{i}. Mancipii, & tu Ponti Mancipii, & tu Guilielme Mancipii, & tu Dulcia

uxor Guilielmi Mancipii, vos predicti ſeptem de Luganno. Item tu Petre Raymundi de podio Gilbonis, & tu Bruna uxor ejus de Aſſo. Item tu Bernharde de pibras de lagaſſier. Item tu Sibilia uxor B^i. borrelli de bolhaco. Item tu Raymunda uxor Arnaldi Maurelli de bello podio Garneſio in Vaſconia. Item tu Petre Raymundi de Ugonibus habitator Tholoſe, & tu Johanna filia quondam B^i. de ſancta fide, & tu Alaſaytz uxor Martini de proaudo, & tu Guilielma uxor quondam Petri Molcerii, vos IIII^or habitatores Tholoſe, & tu Petre borrelli de monte audrano. Item tu Petre de Salvetate filius Arnaldi de Salvetate, & tu Arnalda uxor dicti Petri de Salvetate, & tu Raymunde de Salvetate qui aliter apellaris Chamo, & tu Arnalde de Salvetate junior filius Arnaldi ſenioris, & tu Bermonda uxor ipſius Arnaldi junioris, & tu Arnalde bruni filius Guilielmi bruni, vos ſex de pruneto. Item tu Bernarda uxor quondam Guilielmi de monte acuto neptisque B^i. Audoyni heretici. Item tu Serdana filia quondam Guilielmi fabri de Verduneto, & tu Johanna ſoror ejusdem Serdane de Verduneto. Tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari vos omnes perſonaliter coram nobis in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam, & ad audiendum diffinitivam ſentenciam perhemptorie aſſignatis redire volentes ſicut aſſeritis de corde bono & fide non ficta ad eccleſiaſticam unitatem, & omnem hereſim omnemque favorem ac credenciam hereticorum cujuscunque ſecte, ac omnia pertinencia ad credenciam ritumque ac favorem heretice pravitatis nunc publice iterum abjurantes promittentesque fidem ſervare tenere & deffendere orthodoxam, & perſequi hereticos detegere ac revelare ubicunque ſciveritis eos eſſe, & jurantes ſuper premiſſis mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter & fideliter obedire abſolutionis benefficio vobis inpenſo ab excommunicatione qua pro dictis culpis tenebamini aſtricti, ſi tamen ad eccleſie unitatem ex corde redieritis, & injuncta vobis mandata ſervaveritis ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali de bonorum virorum ac peritorum in utroque jure conſilio ad perpetuum carcerem muri ſententialiter condempnamus, ad peragendum ibidem in pane doloris & aqua tribulationis penitenciam ſalutarem. Et quia tu Serdina, & tu Petre Raymundi de Ugonibus habitator Tholoſe, & tu Raymunde Petri de ſancto Sulpicio, amplius & gravius deliquiſtis, & ideo eſtis merito gravius puniendi vos in muro ſtricto & in loco arctiori in vinculis & cathenis perpetuo decernimus includendos, precipientes omnibus vobis ſub virtute preſtiti juramenti quod ſine omni dilatione ad murum Tholoſe hujusmodi culpabilibus deputatum vos transferatis, & ibidem perſonaliter includatis, quod ſi hoc mandatum noſtrum contempſeritis adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temere poſt ingreſſum abſque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum licentia exeundo aut aliter contra jurata vel abjurata per vos quocunque tempore veniendo per hoc veſtram converſionem fictam & veſtram inpenitenciam oſtendendo, vos ex tunc, ut ex nunc tanquam perjuros & inpenitentes culpisque aſtrictos prioribus, nec non & omnes qui ſcientes vos eſſe tales receptaverint aut deffenderint aut vobis predicta mandata noſtra non conplentibus ne conpleatis ea conſilium auxilium inpenderint vel favorem, auctoritate predicta qua fungimur in hiis ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, decernentes abſolutionis benefficium vobis inpenſſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe. Retinemus autem nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus plenam & liberam poteſtatem mitigandi diminuendi agravandi conmutandi vel etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint malitioſe aliqua de facto hereſis ſubpreſſiſſe ſeu aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato.

34.

Lata fuit hec ſentencia Anno & die & loco predictis, preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Sen-*

¶ *Sentencia deffunctorum in hereſi.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Qum nos preffati inquiſitores & vicarius per inquiſitionem legitime factam invenerimus & per teſtes juratos in judicio nobis conſtat, quod Baranhona de ſancto Sulpicio uxor quondam Raymundi Petri de Garda deffuncta vidit pluries hereticos, & receptavit in domo ſua pluries & audivit verba & monitiones & doctrinam peſtifferam eorundem contra fidem eccleſie Romane & ſacramenta Domini noſtri Jeſu Chriſti, & adoravit eos modo hereticali & verbis ſuis inclinavit perſonas alias ad amorem & credenciam eorundem, & in quadam ſua egritudine de qua convaluit fuit recepta & hereticata per quendam hereticum ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem, de quibus non conſtat nobis eam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem, & vocata ac citata olim ad confitendum negavit in judicio veritatem & dixit ſe de facto hereſis nichil ſcire. *Baranhona.*

¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus & per teſtes juratos in judicio nobis conſtat, quod Guilielma uxor quondam Poncii Raynes de ſancto Sulpicio in ſua ultima egritudine qua deceſſit petens & volens fuit hereticata & recepta in dampnatam ſectam hereticorum per Amelium de perlis hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem. *Guilielma Raynes.*

¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus, & per teſtes juratos in inquiſitione receptos nobis conſtat, quod Andrena uxor quondam Ade fabri de Auriaco poſtquam olim fuerat inmurata, & deinde cruceſignata, & omnem hereſim in judicio abjuraverat, ſicut conſtat per acta & proceſſus in libris inquiſitionis, ex tunc receptavit hereticos in domo ſua in qua morabatur, & audivit verba & monitiones & doctrinam eorum, & de ſuo dedit ac miniſtravit eisdem, & perſonas alias verbis ſuis admonuit & induxit ad amorem & credenciam hereticorum conmendando vitam & ſectam eorundem, de quibus non conſtat ipſam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem. *Andrena.*

¶ Raymundus Rocati de monte alione poſtquam olim fuerat inmuratus & cruceſignatus pro hiis que conmiſerat in hereſi & abjuraverat omnem hereſim in judicio, ſicut conſtat per libros & proceſſus inquiſitionis, ex tunc multa conmiſit in hereſi hereticos pluries viſitando & doctrinam ipſorum peſtiferam audiendo & aliquas perſonas verbis ſuis & monitionibus ſuis ad amorem & credenciam hereticorum inducendo, ſicut conſtat per teſtes juratos in inquiſitione receptos, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit hereticatus & receptus fuiſſe aſſeritur per teſtes juratos in inquiſitione receptos, qui eundem Raymundum Rocati occulte de nocte tanquam hereticum in quodam orto abſconderunt & ſub foſſa humo ſepeliverunt & eundem poſtmodum ad mandatum inquiſitoris propriis manibus extumulaverunt in Verduneto prope Saxiacum. *Raymundus Rocati.* 34. b.

¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus & per teſtes juratos in judicio nobis conſtat, quod Raymundus Gach vidit Philippum hereticum & adoravit eundem pluries modo hereticali, & vidit ab aliis adorari, & ſtetit cum dicto heretico in eadem domo comedendo & bibendo & jacendo ibidem pluribus diebus & ſeptimanis, & cum dicto heretico vidit & ſcivit eſſe alium qui hereticales obſervancias & ritum tenere incepit & ſervabat. Item dictus Raymundus Gach interfuit hereticationi cujuſdam perſone infirme, & hereticum adduxit ad hoc, de quibus omnibus celavit & negavit veritatem contra proprium juramentum in judicio conſtitutus quando fecit confeſſionem de conmiſſis in hereſi per eundem, & eo tempore quo venit ad confitendum de hereſi dimiſerat predictum hereticum in quadam villa in qua ſteterat cum eodem cum aliis credentibus hereticorum pro hereſi fugitivis. Item dictus Raymundus Gach poſtquam hereſim abjuraverat in judicio ex tunc invenitur in hereſi conmiſiſſe, & in infirmitate de qua obiit hereticum petiviſſe ut reciperet eum ad ſectam ſuam & hereticum habuiſſe & vidiſſe preſentem coram ſe in lecto ſuo, & legatum hereticis feciſſe, ex quibus conſtat ipſum fore *Raymundus Gach.*

re-

relapſum in hereſim abjuratam, nec conſtat nobis ipſum fuiſſe confeſſum nec finaliter penitentem.

Petrona Sicarda. ¶ Item cum per inquiſitionem legitime factam invenerimus & per teſtes juratos in judicio nobis conſtat quod Petrona uxor quondam Sicardi textoris de Borno interfuit hereticationi cujusdam perſone, & quedam alia conmiſit in hereſi de quibus celavit in judicio veritatem contra proprium juramentum. Item poſt hereſim in judicio abjuratam in infirmitate de qua obiit voluit & petiit habere hereticum qui eam reciperet ad ſectam & ordinem ipſius, & P. Auterii hereticus adductus fuit coram ea in domo & in lecto in quo dicta Petrona decumbebat, & dicta Petrona fecit legatum hereticis, de quibus non conſtat nobis ipſam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem.

¶ Poſtmodum vero citatis & vocatis filiis heredibus & parentibus ac bonorum detentoribus predictorum Baranhone & Guilielme & Andrene & Raymundi Rocati & Raymundi Gach & Petrone Sicarde in propriis domiciliis propoſitisque edictis publicis in eccleſiis parochialibus eorundem certis diebus perhemptorie aſſignatis per nos inquiſitores preffatos vel noſtrum alterum filiis heredibus & parentibus & bonorum detentoribus predictorum deffunctorum ad deffenſionem ipſorum ſi deffendere poterant & volebant: nulloque legitimo deffenſore pro ipſis defunctis comparente qui ipſos vel aliquem ex ipſis deffunctis ſuperius nominatis vellet deffendere. Renunciatoque tandem & concluſo in cauſa deffenſſionis predictorum deffunctorum ac deffunctarum per filios ſeu heredes ſeu bonorum detentores, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato, conmunicato & prehabito conſilio ſapientum & peritorum in jure hac preſenti die ad diffinitivam ſententiam ſuper premiſſis perhemptorie aſignata attendentes quod crimen hereſis propter ſui inmanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis per jura promptiſſima debeat vindicari. Habentes Deum pre oculis, & ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſententiam dicimus & declaramus predictam Baranhonam credentem hereticorum extitiſſe & tanquam inpenitentem hereticam deceſſiſſe, & predictam Guilielmam hereticatam fuiſſe, & in hereſi deceſſiſſe, & predictam Andrenam relapſam in hereſim abjuratam & in hereſi deceſſiſſe, & predictum Raymundum Rocat relapſum in hereſim abjuratam ac in hereſi deceſſiſſe, & predictum Raymundum Gach inpenitentem & relapſum in hereſim abjuratam tanquam hereticum deceſſiſſe, & predictam Petronam inpenitentem de hereſi & relapſam in hereſim abjuratam tanquam hereticam deceſſiſſe, & predictos viros ac mulieres per hanc noſtram ſententiam in hiis ſcriptis tanquam tales ſententialiter condempnamus, precipientes ut in ſignum perditionis oſſa ipſorum ſi ab aliis catholicorum oſſibus poſſint diſcerni de ſacris cimiteriis exhumentur & conburantur in deteſtationem criminis tam nephandi.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco preffatis in publico ſermone, clero & populo congregato, preſentibus & aſſiſtentibns quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii Notarius officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

35. ¶ *Sentencia contra domos in quibus fuerunt perſone hereticate.*

Quum per inquiſitionem legitimam invenerimus, & per depoſitiones teſtium juratorum in judicio nobis conſtat, quod in domo Raymundi Durandi de bello videre prope Tauriacum & Bornum Petrus Sancii de Garda fuit factus hereticus & receptus in ſectam dampnatam hereticorum per Petrum Auterii hereticum. Item quod in domo Petri de Clayraco de Verlhaco Raymundus fabri fuit factus hereticus & receptus in ſectam dampnatam hereticorum per Petrum Auterii & Philippum de Clayraco & Petrum Sancii de Garda hereticos. Item quod in domo Bertrandi Salas prope Verlhaçum juxta Ceſtonem Sancius Mercaderii de Borno qui conſue-

ſuevit morari in ſancto Sulpicio fuit factus hereticus & receptus ad ſectam & ordinem dampnatum hereticorum per Petrum Auterii hereticum. Item quod in domo & campmaſio Johannis Raynes de ſancto Sulpicio Guilielma uxor quondam Poncii Raynes & mater ipſius Johannis in ſua ultima egritudine de qua obiit fuit hereticata & recepta ad ſectam & ordinem hereticorum per Amelium hereticum. Nos inquiſitores & vicarius preffati attendentes conſtitutionem apoſtolicam ſuper hoc editam, & legem Frederici olim Romanornm imperatoris Padue promulgatam & auctoritate ſedis apoſtolice confirmatam, nec non etiam novitatem temporis & facti enormitatem, habito ſuper hoc cum ſapientibus & peritis conſilio & tractatu, auctoritate qua fungimur tam apoſtolica quam ordinaria predictas domos cum ſuis appendiciis pronunciamus per diffinitivam ſentenciam & mandamus funditus diruendas, ita quod de cetero nulla humana habitatio ſeu rehedifficatio aut clauſio ibi fiat, ſet loca inhabitabilia & inculta & inclauſa ſemper exiſtant, & ſicut fuerunt receptacula perfidorum ſic ex nunc ſordium perpetuo loca fiant, quoscunque autem contradictores ſeu rebelles, nec non qui rehedifficare ſeu colere aut claudere preſumſerint dicta loca vel ad hoc preſtiterint ſcienter conſilium vel favorem in hiis ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus.

¶ *Culpe relapſorum.*

¶ Durandus Barrani, filius quondam Guilielmi Barrani, oriundus de monte aſtrugo, qui conſuevit morari in Borno, olim fuit confeſſus de hereſi coram fratre Poncio de Pogeto tunc inquiſitore, & abjuravit omnem hereſim, Anno Domini M°. cc°. LXVIII°. V° ydus Febroarii, ſicut conſtat per acta inquiſitionis. *Auditus eſt in preſentia.*

¶ Predictus Durandus fuit inmuratus pro hiis que conmiſerat in crimine hereſis per inquiſitores fratrem Poncium de pogeto & fratrem Stephanum vaſcinenſem, anno Domini M°. cc°. LXVIII°. quinto ydus Marcii Tholoſe in ſermone publico, ubi publice hereſim abjuravit, ſicut conſtat per acta inquiſitionis.

¶ Predictus Durandus fuit poſtmodum eductus de muro cum crucibus, & tandem fuerunt ſibi depoſite cruces, Anno Domini M°. cc°. LXXXIII°. IIII°. Kalendas Septembris, in publico ſermone per inquiſitores fratrem Johannem Vigoroſi & fratrem Johannem Galandi, ſicut conſtat per acta & libros inquiſitionis.

¶ Predictus Durandus poſt hereſim abjuratam & gratiam ſibi factam de muro & crucibus iterato conmiſit in hereſi, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, ex tunc tempore magne indulgencie que fuit Rome, & ſunt X. anni, ipſe & Petrus Sancii & Raymundus de lantario ſub ſimilitudine quod irent ad indulgenciam iverunt in Lombardiam apud Comum ad querendum hereticos quos habere volebant, & quia non invenerunt ibi volebant ire in Ciciliam ſi potuiſſent tranſire ad hereticos, & de Como redierunt. Item poſt vidit pluries & in pluribus locis Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, & ſemel Guilielmum Auterii & Andream hereticos, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos flectendo genua junctis manibus ter dicendo benedicite. Item vidit pluries Philippum hereticum & in pluribus locis, & ſtetit cum eodem in Florencia in eadem domo multis diebus & ſeptimanis cum quibuſdam aliis credentibus, & cum Raymundo Fabri qui tunc faciebat abſtinencias hereticorum, & volebat recipi in ordine eorum, & ſcivit quando ivit dictus Raymundus fabri cum dicto Philippo heretico ad Petrum Auterii hereticum Ancianum ut reciperetur ab eodem, & pluries adoravit dictum Philippum hereticum & vidit ab aliis adorari, & audivit predicationem & doctrinam ejus, & comedit pluries de pane benedicto hereticorum. Item ivit ad loquendum in Savarteſium cum dicto Philippo heretico iſto anno, & volebat cum eo recedere de terra iſta. Item nuper in Auguſto fuit captus exiſtens in fuga & in propoſito recedendi cum dicto heretico, & ſteterat in fuga per IIII^{or} annos. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſit ſalvari in fide eorum. M°. CCCIX°. IIII°. *ydus Octobris.* *Concluſum fuit in conſilio quod relapſus eſt.*

¶ Guilielmus Arnaldi fabri eſpanhol filius quondam B.. fabri de Borno, ſicut

M°. CCCIX°. XVII°. *Kalendas Januarii.*

per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, poſtquam alias confeſſus fuerat de crimine hereſis, & abjuraverat hereſim, & fuerat reconſiliatus ex tunc modo ſunt duo anni ipſe aſſociavit de campmaſio de Rotgeriis prope montem clarum de domo B^i. de lantario ſororii ſui Petrum Sancii hereticum usque Verlhacum qui volebat ire tunc ad Petrum Auterii Ancianum ſuum, & in via dictus Petrus Sancii dixit ſibi perſonam que dirigeret ipſum ad inveniendum hereticos ſi indigeret eis. Item duo anni erunt in quadrageſima, quod venerunt ad ipſum duo nuncii quos nominat ex parte Petri de lantario ſororii ſui qui erat multum infirmus & rogabat eum quod faceret tantum quod haberet aliquem de hereticis ut reciperet eum ad ſectam & ordinem ſuum, & tunc cum predictis duobus nunciis ivit ad illam perſonam de qua Petrus Sancii hereticus predictus dixerat ei, & dixit ſibi predicta, & illa perſona habuit unum hereticum quem predicti duo nuncii duxerunt ad dictum infirmum qui obiit de illa infirmitate & receptus per hereticum, ſicut ipſe audivit poſtea ab altero nunciorum. Item hoc anno in ebdomada paſche ipſe cum quodam alio duxit & aſſociavit de nocte Petrum Sancii hereticum ad quendam locum quem ipſe Guilielmus prius procuraverat dicto heretico ut reciperetur ibi quia volebat ſe mutare quia timebat in loco ubi prius erat, conmittens predicta à duobus annis & à dimidio citra ante confeſſionem ſuam de predictis.

35. b.

M°. CCCIX°. vo. *ydus Novembris.*

¶ Guilielmus Mercaderii filius quondam Jacobi Mercaderii de Borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, poſtquam fuerat confeſſus de crimine hereſis & abjuraverat hereſim ex tunc nuper poſt feſtum penthecoſtes Arnaldus Mercaderii frater ſuus dixit ſibi quod Sancius Mercaderii frater eorum erat factus hereticus & rogabat eum quod iret ad ipſum in certo loco quem deſignavit ſibi, & ipſe conceſſit quod iret, & ivit de nocte & invenit eum & fuit loqutus cum eo, & dixit ſibi quod erat factus de ordine hereticorum, & rogavit quod aſſociaret eum, & aſſociavit eum aliquibus diebus & noctibus, & vidit ipſum ſervantem & tenentem vitam & ſectam hereticorum in omnibus, & querebant duos homines quos nominat cum quibus dictus Sancius hereticus volebat ſe aſſociare & recedere de terra, & non invenerunt eos, & poſtea iverunt ad quendam locum ubi erat Petrus Auterii hereticus quem ipſe ſciebat eſſe hereticum, & cenaverunt ibi cum dicto heretico, & mane ipſe receſſit, & dimiſit ibi dictos duos hereticos. Item poſt aliquos dies ipſe rediit illuc ad denunciandum dictis duobus hereticis ſi adhuc erant ibi quod caverent ſibi quia quidam de credentibus hereticorum erat captus quem nominat ne forte detegeret eos ſi ſciebat eos ibi eſſe. Item comedit de pane benedicto per hereticum frequenter. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod haberent bonam vitam & bonam ſectam, & quod homo poſſit ſalvari in fide & ſecta eorum, & erat in dicta credencia nuper in menſe Septembris quando fuit captus juxta montem albanum, & tunc erat in fuga pro facto hereſis, & querebat Sancium Mercaderii fratrem ſuum hereticum cum quo volebat ſtare quando inveniſſet eum.

M°. CCCIX°. XIIII°. *Kalendas Januarii.*

¶ Guilielmus de Clayraco ſenior filius quondam B^i. de Clayraco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, poſtquam alias confeſſus fuerat de crimine hereſis & abjuraverat hereſim & fuerat reconciliatus, ex tunc duo anni ſunt vel circa quidam quem nominat apportavit ſibi ex parte cujuſdam perſone duas cannas de panno, & rogabat quod traderet dictum pannum Petro Auterii heretico ſi ſciebat ubi erat, & ipſe recepit dictum pannum & mandavit dicto Petro Auterii per quendam quod ipſe habebat dictum panem, & dictus Petrus Auterii remandavit ei quod faceret fieri inde unum ſupertunicale ad opus ipſius Petri Auterii, & quidam quem nominat portavit ſibi ex parte dicti Petri Auterii heretici pecuniam de qua emeret pelles pro folratura dicti ſupertunicalis, & ipſe Guilielmus fecit fieri de dicto panno ſupertunicale, & emit folraturam pro eo & miſit dictum ſupertunicale Petro Auterii predicto per quendam quem nominat qui ſibi dictam pecuniam tradiderat in cujus domo credebat eſſe dictum Petrum Auterii hereticum quia ibi dictus hereticus veniebat & ſtabat. Item quadam vice duo anni ſunt elapſi quidam quem nominat dixit ſi-

bi

bi quod Petrus Auterii erat in domo ſua que eſt contigua domui ipſius Guilielmi & rogabat eum quod iret illuc quia volebat recipere quendam ad ordinem ſuum, & volebat quod ipſe eſſet preſens ſet ipſe non ivit, & poſtea audivit ab eodem quod dictus Petrus Auterii receperat illum. Item hoc anno in menſe Januarii preterito quidam dixit ſibi quod Petrus Sancii hereticus erat in domo ſua infirmus & volebat habere piſces pro eo, & tunc ipſe dixit quod in tali loco erat quidam puer piſcator, & ſi volebat ire illuc ipſe habebat facere ibi & iret cum eo, & iverunt, ſet ille non habebat piſces. 36. Item in quadrageſima proxime preterita quidam quem nominat quadam nocte venit ad eum & dixit ſibi quod Guilielmus Auterii hereticus erat ibi prope cum quodam alio qui volebat recipi ad ordinem hereticorum & volebat loqui cum Petro Auterii heretico fratre ſuo, & rogabat quod dirigeret eum ſi ſciebat ubi erat, & tunc ipſe dixit quod iret ad quendam locum dictus Guilielmus Auterii & expectaret ibi juxta domum cujuſdam quem nominavit ſibi, & ipſe iret ad loquendum cum illo ad ſciendum de dicto Petro Auterii ubi erat quod & fecit.

¶ Raymundus Dominici de Borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, poſtquam alias confeſſus fuerat de facto hereſis & abjuraverat hereſim, ex tunc duo anni fuerunt in eſtate proxime preterita, quadam die ivit ad domum cujuſdam in Borno ad loquendum cum Petro Sancii quem audiverat ibi eſſe per dominum domus illius, & quem ſciebat eſſe fugitivum pro facto hereſis, & invenit ibi cum eo Petrum Auterii hereticum quem alias viderat & ſciebat eſſe hereticum, & adoraverat eum, & ſalutavit eos modo communi, & ſtetit ibi cum eis loquendo de quadam pecunia quam debebat ſibi Petrus Sancii & de aliis verbis communibus, & ibidem adoravit dictum Petrum Auterii hereticum modo hereticali flectendo genua ter & dicendo benedicite, & poſt receſſit inde, & dimiſit eos ibi. ¶ Item alia vice in precedenti eſtate proxima preterita fuit annus, ipſe iverat ad quandam aliam domum de bello videre, & fuit ſibi dictum ibi quod Petrus Sancii erat in quadam camera parva in coſterio domus, & intravit ad loquendum cum dicto Petro Sancii, & invenit cum eo ibidem Petrum Auterii hereticum predictum, & ſalutaverunt ſe ad invicem, & fuerunt loquti aliqua verba communia & ibidem adoravit dictum Petrum Auterii modo hereticali, & audivit ab eo quod Petrus Sancii erat factus hereticus, & dictus Petrus Sancii ſolvit ſibi aliquam pecuniam quam debebat, & dictus Petrus Auterii antequam recederet dixit ſibi ſi volebat audire aliqua bona verba, & ipſe reſpondit quod habebat facere & non poterat intendere, & receſſit, & dimiſit eos ibi. ¶ Item alia vice vidit Petrum Auterii hereticum in eadem domo, & adoravit eum modo hereticali, & audivit predicationem ejus. ¶ Predictum Petrum Auterii hereticum non cepit nec capi fecit nec revelavit alicui qui poſſet ipſum capere aut facere capi, & poſtea fuit loquutus aliquociens cum inquiſitore Tholoſano, & requiſitus de hereticis ſi ſciebat aliquid aliud de eis niſi illa que prius fuerat confeſſus, & conſtanter reſpondebat quod nihil aliud ſciebat, nec ſibi predicta voluit confiteri, donec fuit per dominum illius domus revelatus & detectus inquiſitori, & ipſe detentus in carcere.

M°. CCCIX°. XVIII°. *Kalendas Januarii.*

¶ Petrus Sicardi aliter cognominatus de la boyſſa qui morabatur in villa muro, oriundus de Borno, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, poſtquam alias fuerat confeſſus de crimine hereſis ex tunc tres anni fuerunt in vigilia beati Michaëlis proxime preterita quidam homo quem tunc non cognovit quia nox erat petivit ab eo ſi reciperet eum in hoſpicio ſuo illa nocte, cui reſpondit quod non, & ſequenti mane quidam juvenis qui morabatur cum Sancio Mercaderii petivit ab eo ſi viderat Amelium hereticum illa nocte, & ipſe reſpondit quod non quod ipſe ſciret, ſet quidam homo venerat & pecierat ab eo quod reciperet eum, & alius ſubjunxit quod ille erat Amelius hereticus & erat in villa muro, ſet non dixit ſibi in quo loco erat, & rogabat & requirebat eum quod illam pecuniam quam ipſe debebat Vitali fratri ipſius Amelii qui erat mortuus redderet ſibi, &

M°. CCCIX°. X°. *Kalendas Januarii.*

ipſe reſpondit quod non habebat eam paratam, ſet quando haberet eam libenter redderet dicto Amelio. Item poſt predicta Arnaldus Sicardi frater ipſius Petri multociens dixit ſibi quod male faciebat quia non reddebat illam pecuniam dicto Amelio heretico, & quadam vice dictus Arnaldus dixit ſibi quod dictus Amelius hereticus propter hoc ſtabat in terra iſta, & faciebat eum laborare, & poſt ipſe dixit dicto Arnaldo quod reciperet à quodam homine quem ſibi nominavit L. Turonenſes albos, & quod traderet eos dicto heretico, quos ipſe prius tradiderat illi homini, & ſequenti die dictus Arnaldus dixit ſibi quod Petrus Auterii & Amelius heretici mandabant ei quod illud quod reſtabat de pecunia tenebat in periculum anime ſue quia non tenebat de voluntate eorum, & quod iret ad eos & recognoſceret eis dictam pecuniam, & ipſe Arnaldus dixit quod de nocte duceret eos ad locum ut poſſet cum eis loqui, & ipſe reſpondit quod nolebat eos videre. Item circa feſtum penthecoſtes proxime preteritum fuerunt tres anni quod ipſe viſitavit Petronam matrem ſuam in illa infirmitate de qua poſtea obiit, & tunc Stephana ſoror dicte Petrone dixit ſibi quod quidam homo quem ſibi nominavit haberet de illis hereticis
36. b. aliquem qui reciperet dictam infirmam ad ordinem ſuum vel dirigeret ad habendum, & quod erant in domo Raymundi Durandi, & tunc ipſe viderat illum loquentem cum dicta matre ſua, & poſt quadam alia die dicta infirma multum fuit debilitata, & tunc dicta Stephana dixit Bernardo Sicardi fratri ipſius quod iret cito pro dictis hereticis & receſſit, & cum dicta infirma magis debilitaretur dicta Stephana dixit ipſi Petro Sicardi quod iret ad uxorem illius hominis de quo dixerat quod dirigeret ad habendum aliquem de hereticis, & quod cito iret pro hoc & dubitat utrum ipſe iverit vel non ad dictam Petronam, ſet ſi ivit invenit eam in carreria, & dixit ſibi predicta verba, & ibidem dicta Petrona receſſit & credit quod ipſa & dictus B^us^. iverunt ad domum Raymundi Durandi pro aliquo de hereticis quod veniret ad recipiendum dictam infirmam, & poſt aliquam pauſam Petrus Auterii hereticus venit ad domum in qua dicta infirma jacebat, & ipſe Petrus Sicardi erat ibi preſens & ſalutavit dictum hereticum, & tunc dicta infirma admiſerat jam loquelam, & petivit ſi fecerat pactum ſeu conventionem prius, & ipſe & dicta Stephana reſponderunt quod neſciebant, & tunc hereticus dixit quod non reciperet eam, ſet adhuc in alia tunica & in alio corpore ſalvaretur, & poſtea hereticus bibit ibi & receſſit, & ipſe Petrus Sicardi ivit ad Arnaldum Mercatoris, & dixit ei quod aſſociaret dictum hereticum. ¶ Predictum hereticum non cepit, nec fecit capi, nec revelavit alicui qui poſſet eum capere.

¶ Petrus de Clayraco junior filius Guilielmi de Clayraco de Verlhaco ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCV°. die ſabbati poſt epiphaniam vidit in domo ſua & patris ſui Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, & Petrum Raymundi non omnes ſimul, & ſcivit & audivit & per eos & per alios quod ipſi erant de illis bonis hominibus qui vocantur heretici, & audivit predicationem Petri Auterii heretici predicti de epiſtolis & de euangeliis & doctus per eum adoravit eum una vice ſolus, & alia vice cum aliis perſonis quas nominat, dicendo boni Chriſtiani benedictionem Dei & veſtram, & flectendo genua ter junctis manibus, & dicendo qualibet vice benedicite. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum ſi vera erant illa que dicebant, & juravit & abjuravit omnem hereſim & fuit reconſiliatus.

Mo. CCCIX°. VIO. *ydus Novembris.* ¶ Predictus Petrus, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, poſtquam fuerat confeſſus de hereſi & abjuraverat hereſim in judicio, ex tunc vidit & viſitavit Petrum Sancii hereticum in domo in qua morabatur Raymundus ſartoris in Bolhaco, & fuit loqutus cum eo, & dictus hereticus rogavit eum quod ſi videret Petrum Auterii hereticum quod diceret ei ex parte ſua quod veniret ad eum, & ipſe conceſſit quod faceret, & ſunt modo tres anni. Item circa feſtum penthecoſtes erunt duo anni quod ipſe vidit Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos in domo Petri de Clayraco avunculi ſui ubi ipſe ſciebat eos eſſe, &

duxit

duxit & direxit ad dictos hereticos ibi quendam hominem quem nominat qui volebat eos videre. Item circa idem tempus ipſe direxit quendam hominem quem nominat qui volebat habere aliquem de hereticis pro quodam nepote ſuo infirmo ut reciperet eum, & ipſe Petrus ivit ad hereticos predictos, & fecit venire Petrum Auterii ad illum hominem pro dicta cauſa. Item alia vice fecit venire predictum Petrum Auterii hereticum de nocte ad illum eundem hominem & quendam alium quos nominat qui requirebant eum, & duxerunt ſecum & credit quod ad recipiendum aliquam perſonam infirmam, & erunt duo anni in quadrageſima. Item in eadem quadrageſima aliis duabus vicibus queſivit dictum Petrum Auterii & fecit eum venire ad predictum hominem, quem nominat, qui requiſiverat eum ab ipſo ut duceret ad quendam locum quem nominat ad recipiendum quasdam perſonas infirmas. Item hoc anno poſt feſtivitates natalis ipſe duxit & aſſociavit Petrum Sancii hereticum predictum de nocte ad quendam locum & ibat tunc dictus hereticus ad Petrum Auterii hereticum ſeniorem. Item iſto anno ivit ad loquendum cum predictis duobus hereticis de nocte ad quendam locum quem nominat, & fecit eos venire ad duos alios homines qui volebant eos. Item alia vice de nocte ipſe aſſociavit Petrum Auterii uſque ad quendam locum quem nominat, & erunt duo anni circa natale. Item alia vice aſſociavit dictum Petrum Auterii de nocte & eſt annus. Item nuper poſt feſtum ſancti Johannis baptiſte ipſe vidit Petrum Auterii hereticum predictum, & fuit locutus cum eo in quodam loco ubi ſtabat abſconſus in domo cujusdam quem nominat in bello podio in Vaſconia, & tunc dictus hereticus petivit ab eo de Petro Sancii ſi ſciebat ubi erat, & rogavit eum quod ſi videret ipſum quod diceret ei quod veniret ad ipſum Petrum Auterii. Item audivit doctrinam hereticorum & predicationem eorum contra fidem, videlicet quod baptiſmus eccleſie Romane nichil valebat, quia fit in aqua corrupta, nec illi de eccleſia Romana poterant dare ſpiritum ſanctum, ſet ipſi heretici faciebant verum baptiſmum & dabant ſpiritum ſanctum. Item quod in hoſtia conſecrata in altari non eſt verum corpus Chriſti, ſet tantum modo purus panis. Item quod matrimonium carnale non erat licitum nec inſtitutum. Item quod papa & alii de eccleſia Romana nullum poterant abſolvere à peccatis, ſet ipſi heretici poterant dare remiſſionem peccatorum, & quedam alia audivit ab hereticis contra fidem. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod tenerent bonam vitam & bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta eorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos uſque ad illud tempus quo primo fuit confeſſus coram tenente locum inquiſitoris, & tunc receſſit ab illa credencia, & poſtea iterato duo anni ſunt & amplius rediit ad dictam credenciam, & fuit in illa credencia uſque ad feſtum ſancti Jacobi proximè preteritum, quando B^us^. de Clayraco avunculus ſuus fuit captus. Item pater predicti Petri & uxor patris fuerunt inmurati iſto anno in octabis penthecoſtes, & hoc non obſtante dictus Petrus hereticis adherebat. 37.

¶ Gentilis uxor quondam Petri Barra de Tholoſa, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & tenuit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in domo ſua duobus vel tribus diebus & totidem noctibus, negavit in confeſſione prima quod non adoravit eos nec vidit ab aliis adorari, nec credidit ſimpliciter quod eſſent boni homines & haberent bonam fidem, & fuit annus circa feſtum ſancti Saturnini de receptione eorum, & dixit ſe de facto hereſis nichil amplius ſcire. M°. cccv°. *die Mercurii ante feſtum beati Gregorii.*

¶ Predicta Gentilis, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCC IX°. XII°. Kalendas Maji celavit veritatem ſcienter contra proprium juramentum de facto hereſis in judicio conſtituta, & addidit confeſſioni prime dicens quod quinque anni fuerunt circa feſtum ſancti ſaturnini quod duo homines quos nominat commendaverunt ſibi hereticos & vitam & ſectam & fidem eorum & ex tunc deſideravit eos videre, & ex tunc in domo ſua pluries vidit hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus duobus vel tribus diebus & totidem noctibus, & audivit predicationem eorum, & adoravit eos inclinando

nando ſe coram eis tribus vicibus junctis manibus dicendo qualibet vice benedicite petendo benedictionem eorum. Item in domo ſua vidit Petrum Raymundi & B^m^. Audoyni bis. Item Jacobam hereticam in domo ſua & viſitavit eam in domo in qua morabatur, & miſit aliqua comeſtibilia, & fecit aliqua ſervicia. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide eorum.

¶ Predicta Gentilis, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. quinto ydus Julii, ſcivit & conſenciit quod Bernardus Audoyni de monte acuto hereticus veniret ad hereticandum quandam mulierem quam nominat in quadam infirmitate, & miſit Bernardum filium ſuum ad querendum & adducendum dictum hereticum pro dicta infirma. Item vidit & viſitavit Jacobam hereticam in domo duarum mulierum quas celaverat in confeſſione ſua ſcienter. Item quedam mulier quam nominat in infirmitate de qua obiit rogavit ipſam pluries quod procuraret ſibi hereticos quia volebat recipi ad ordinem ipſorum.

¶ Predicta Gentilis, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. XVI°. Kalendas Auguſti, poſtquam fuit expedita & liberata de muro inquiſitionis Tholoſe, & poſtquam confeſſa fuerat de hereſi & abjuraverat hereſim in judicio coram tenente locum inquiſitoris in preſencia & teſtimonio notarii, & fuerunt tres anni circa principium quadrageſime proxime preterite quod fuit de muro liberata ſeu relaxata, ex tunc in eadem quadrageſima in ebdomada ante ramos palmarum vel circa emit quoſdam ſotulares magnos & folrratos intus de panno albo, & quoſdam alios ſotulares parvos ut daret eos Petro Auterii heretico qui erat ſenex, & credebat facere magnam elemoſinam, quia credebat ipſum hereticum & alios ſocios ſuos eſſe bonos homines & habere bonam fidem, & credebat poſſe ſalvari in fide & ſecta eorum, & dictos ſotulares ſeu botas tenuit in arca ſua per quinque menſes vel circa, & poſtea audito quod Petrus Auterii & Petrus Sancii heretici erant in quodam loco quem nominat miſit eis per quendam predictas botas cum ſotularibus, & cum quodam capucio quod fuerat viri ſui, & amplius XXX. ſolidorum regalium pro ambobus hereticis. Item Petrus Sancii poſtquam fuit factus hereticus transmiſit ſibi X. ſolidorum regalium quos ipſa acomodaverat ei poſtquam eſſet hereticus, & ipſa Gentilis remiſit dicto heretico
37. b. predictos X. ſolidos amore Dei & pro elemoſina. Item dicta Gentilis ſtetit in credencia hereticorum per quinque annos ab illo tempore quo primo incepit eis credere & erroribus eorum donec Vitalis Gilaberti frater ipſius Gentilis fuit captus pro facto hereſis.

¶ Sancius Borrelli de Bolhaco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. XVII°. Kalendas Januarii, vidit & ſcivit & conſenciit & interfuit in domo ſua hereticationi cujuſdam perſone quam nominat, & hoc celaverat in alia confeſſione ſcienter contra proprium juramentum. Item poſtquam confeſſus fuerat de hereſi ſe hereticos olim vidiſſe & viſitaſſe, & in domo propria receptaſſe & eos adoraſſe & credidiſſe erroribus eorundem, & poſtquam abjuraverat hereſim & fuerat reconſiliatus ex tunc recepit & tenuit in domo ſua Petrum Auterii hereticum duobus vel tribus diebus, & ſtetit ibi dictus hereticus comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & audivit predicationem ſuam, & fuerunt duo anni in precedenti eſtivo. Item alia vice tenuit & recepit Petrum Auterii hereticum predictum in domo ſua duobus vel tribus diebus, & cum eo Petrum Sancii qui tunc ſtabat in abſtinenciis hereticorum, & dictus Petrus Auterii docebat eum, & fuerunt tres anni circa feſtum omnium ſanctorum. Item in domo in qua morabatur Raymundus Sartoris gener Petri Auterii in Bolhaco ſemel vidit Petrum Sancii & fuit loqutus cum eo, & ſcivit quod erat hereticus per eundem, & fuit annus vel duo circa feſtum omnium ſanctorum. Item alia vice vidit Petrum Auterii hereticum juxta quendam ortum ſuum.

¶ Bernardus Borrelli filius Sancii Borrelli de Bolhaco, ſicut per ipſius confeſſionem

nem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. X°. Kalendas Januarii, poſtquam alias fuerat confeſſus de hereſi ſe vidiſſe hereticos & adoraſſe eos, & poſtquam abjuraverat hereſim & fuerat reconſiliatus, ex tunc ipſe rogatus per quendam quem nominat ivit de Bolhaco usque ad Gardam in viridi folheſio ad querendum Petrum Auterii hereticum ut veniret apud Bolhacum ad recipiendum ad ordinem ſuum quendam infirmum quem nominat, ſet non invenit Petrum Auterii, ſet Petrum Sancii hereticum quem adduxit ſecum ad domum in qua dictus infirmus erat, & ibi eum receperunt illi de domo ubi dimiſit eum, & ſunt tres anni vel circa. Item in eſtate proxime preterita fuerunt duo anni ipſe habebat faciem valde inflatam, & quidam quem nominat petivit ab eo ſi volebat videre Petrum Auterii hereticum, cui reſpondit quod faceret ſicut placeret ei, & poſt aliquos dies dictus Petrus Auterii hereticus venit ad domum illius qui dixerat ſibi predicta, & ipſe fuit curatus, & ivit ad dictum Petrum Auterii hereticum & adduxit eum ad domum ſuam & patris ſui ubi ſtetit dictus hereticus per VIII°. dies jacendo & comedendo & bibendo de bonis domus ſue & patris ſui, & poſtea ipſe duxit dictum hereticum ad domum illius inde adduxerat eum ad domum ſuam ubi ſtetit aliquibus diebus dictus hereticus & due perſone erant ibi infirme. Interrogatus quid ipſe intellexit per hoc quod dixit ſibi ille homo quem nominat quando dixit ei ſi volebat videre Petrum Auterii hereticum, reſpondit quod ipſe intellexit quod volebat dicere ſi volebat habere Petrum Auterii ad hoc ut reciperet eum ſi moreretur ad ordinem ſuum. Item quadam vice poſt predicta Petrum Auterii predictum duxit & aſſociavit de borda Guilielmi Aliguerii ad domum in qua morabatur Raymundus Sartoris, & inde quadam die poſt aſſociavit eum usque ad exitum ville. ¶ Guilielmus de Verduno de Bolhaco, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCC°. nono, X°. Kalendas Januarii, poſtquam alias confeſſus fuerat de facto hereſis, & abjuraverat omnem hereſim & fuit reconſiliatus, ex tunc quadam vice quidam quem nominat qui volebat loqui cum Petro Auterii rogavit ipſum quod aſſociaret eum ad quendam locum ubi uterque audiverat dici quod Petrus Auterii hereticus erat ibi, & ipſe aſſociavit eum ad dictum locum, & ipſe primo ivit ad loquendum cum illo in cujus domo audiverat dici quod dictus Petrus Auterii erat dicens ei quod talis homo quem ſibi nominabat volebat loqui cum dicto Petro Auterii, & quod faceret eum venire ad locum quem ſibi deſignavit de nocte ubi venit dictus Petrus Auterii hereticus ad eos & ſalutaverunt eum, & ille homo cum quo venerat fuit loqutus cum dicto Petro Auterii ad partem, & poſtea receſſit hereticus ad locum unde venerat, & ipſi duo redierunt inde. Item alia vice quidam dixit ſibi quod iret ad domum in qua morabatur Raymundus Sartoris qui erat ibi quidam qui volebat ſecum loqui, & ivit & invenit ibi Petrum Auterii hereticum & ſalutavit eum & ſedit ibi cum ipſo & cum aliis, & dictus hereticus dixit ſibi quod ibat in Savarteſium ad loquendum cum Guilielmo Auterii heretico fratre ſuo, & rogavit ipſum de quodam genero, & de quadam filia ipſius Petri Auterii quod dirigeret eos in quibus poſſet. Item alia vice poſt in domo in qua morabatur Raymundus Sartoris invenit & vidit Petrum Sancii hereticum, & fuit loqutus cum eo ibi, & receſſit & dimiſit eum ibidem. 38.

¶ Poncius dels Ugos, filius quondam Raymundi dels Ugos, qui moratur apud Ugones prope Caravellum, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua Petrum Raymundi & Petrum Auterii & Amelium & Jacobum Auterii hereticos, non ſimul ſet nunc iſtos nunc illos & aliquando duos ſimul, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & juravit & abjuravit omnem hereſim & fuit reconſiliatus. M°. CCC VI°. *die Veneris ante feſtum beate Margarite.*

¶ Predictus Poncius dels Ugos, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. XIX°. Kalendas Febroarii, poſtquam confeſſus fuerat de hereſi & abjuraverat hereſim in judicio & fuerat re-

conſiliatus, ex tunc recepit in domo ſua Petrum Sancii hereticum & tenuit eum à menſe Septembri uſque in craſtinum circumciſionis proxime preterite in hoc anno, quaſi per tres menſes jacendo ibi & comedendo & bibendo de bonis domus ſue abſconditum in quodam ſolario, & in illo tempore venerunt ad domum ſuam ad dictum hereticum Philippus & Guilielmus Auterii heretici & ſteterunt ibi aliquibus diebus cum Petro Sancii heretico comedendo & bibendo ibidem de bonis domus ſue aliquibus diebus & noctibus. Item nuper in craſtino circumciſionis de nocte quando venerunt nuncii miſſi per inquiſitorem ad dictum Petrum Sancii hereticum capiendum ipſe Poncius preſenciens dictos nuncios eſſe ad portam ſurrexit & dictum hereticum inde emiſit & exire fecit per locum alium & aſſociavit, & ipſo procurante & faciente dictus hereticus evaſit, predictos tenuit & recepit predictus Poncius ſicut premiſſum eſt non obſtante quod tunc P. Raymundi de Ugonibus frater ſuus teneretur captus Tholoſe pro facto hereſis quem reddendo hereticos poterat liberare.

¶ Bruna uxor Poncii dels Ugos, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCVI°. die Veneris ante feſtum beate Margarite virginis vidit & ſcivit in domo ſua & viri Petrum Raymundi & Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Amelium hereticos, aliquando duos aliquando unum, & ſteterunt ibi aliquibus diebus & noctibus comedendo & bibendo ipſa ſciente & conſenciente. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & poſſe ſalvari in fide eorum, juravit & abjuravit omnem hereſim & fuit reconſiliata.

¶ Predicta Bruna, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. XVIII°. Kalendas Febroarii poſtquam alias fuerat confeſſa de crimine hereſis & abjuraverat hereſim in judicio & fuerat reconſiliata, ex tunc Petrus Sancii de Garda hereticus venit ad domum ſuam & mariti ſui nuper in menſe Septembri, & ipſa ſcivit per eundem Petrum Sancii quod ipſe erat de illis qui vocantur heretici, & ipſa vidit & ſcivit ipſum tenentem & ſervantem vitam & modum hereticorum, & ipſa miniſtravit multociens illa que erant neceſſaria ad comedendum, & ſtetit ibi dictus hereticus continue usque in craſtinum circumciſionis Domini proxime preterite iſto anno jacendo comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & in illo tempore venerunt ad domum ipſius & viri ſui Philippus & Guilielmus qui ſimiliter erant heretici, & ſteterunt ibi aliquibus diebus & noctibus comedendo & bibendo de bonis domus & viri ſui. Item nuper in craſtino circumciſionis quando fuerunt miſſi nuncii per inquiſitorem ad dictum Petrum Sancii hereticum capiendum ibidem, dictus hereticus receſſit, & ipſa Bruna ſepius interrogata de dicto heretico per dictos nuncios, quod eis diceret ſi ibi fuerat & inde receſſerat & quomodo abierat, celavit & negavit eis omnino veritatem.

¶ Perrus Nicholay de Verduneto, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. pridie Kalendas Januarii poſtquam alias fuerat confeſſus de crimine hereſis in quo conmiſerat, hereticos in domo ſua receptando, & alibi viſitando pluries & aſſociando, predicationes eorum audiendo & eos pluries adorando modo hereticali, & credendo hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam & poſſe ſalvari in fide eorum, & poſtquam abjuraverat omnem hereſim in judicio & fuerat reconſiliatus, ex tunc conſenciit & conceſſit cuidam loquenti ſibi de hereticis quod ſi venirent apud Verdunetum ipſe libenter faceret eis bonum quod poſſet. Item viſita-
38. b. vit Raymundum fabri hereticum cum quodam alio qui petiverat ab eo ſi ſciebat ubi erat dictus hereticus, & duxit eum ad domum cujuſdam quem nominat, ubi invenerunt & viderunt & ſalutaverunt dictum hereticum. Item vidit in domo ſua Raymundum fabri & Philippum de Conſtanciano hereticos, & viſitavit eos in ſolario domus ſue ubi jacuerunt dicti heretici ipſo ſciente & conſenciente, & quando receſſerunt inde ipſe aſſociavit eos usque ad quendam locum ubi quidam alius expectabat eos. Item quadam vice Raymundus fabri hereticus predictus venit ad domum ſuam, ubi fuit loqutus cum duobus hominibus. Item audivit verba & doctrinam

doctrinam dicti heretici, & audivit inter alia quod eccleſia hereticorum erat bona; & ſalvabat, & eccleſia Romana erat mala, & nullus poterat ſalvari in ea. Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & quod illa que docebant eſſent vera, & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum.

¶ Condors uxor Petri Uſabe de Verduneto, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. IIII°. ydus Januarii, poſtquam alias confeſſa fuerat de hereſi in qua conmiſerat, hereticos in ſuo hoſpicio receptando pluries, predicationem eorum audiendo & eos modo heretica-li adorando, ſicut in prima ſua confeſſione confeſſa fuit, & poſtquam abjuraverat hereſim in judicio & fuerat reconſiliata, ex tunc recepit in domo ſua Raymundum fabri hereticum pluries & pluribus diebus, & una vice Philippum hereticum cum eodem, & comedebant & bibebant ibi & jacebant. Item ſcivit quod dictus hereticus recipiebatur, & ſtabat aliquando in quadam domo alia. Item recepit quandam tunicam quam dictus hereticus dedit ſibi. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & quod tenerent bonam vitam & bonam ſectam & bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & iſtud credidit maxime à principio quando audivit Petrum Auterii & Jacobum hereticos loquentes, & poſt primam confeſſionem quando Raymundus fabri hereticus fuit in domo ſua ex tunc credidit idem, conmittens predicta duo anni ſunt elapſi, & ab uno anno, & à dimidio citra ante confeſſionem factam de predictis.

¶ Bernardus Yſabe filius Petri Yſabe de Verduneto, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCV°. die Jovis poſt feſtum ſancte Lucie vidit pluries hereticos, ſcilicet Petrum Raymundi & Jacobum & Amelium, & B^m. Audoyni ſemel, & in pluribus locis in domo patris ſui & alibi. Item adoravit hereticos modo hereticali flexis genibus ter & dicendo qualibet vice benedicite. Item comedit de pane benedicto per hereticos frequenter. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines, & habere bonam fidem & veram doctrinam, juravit & abjuravit omnem hereſim. *M°. CCCV°. die Jovis poſt feſtum ſancte Lucie.*

¶ Predictus B^us Yſale, ſicut per ipſius confeſſionem legitime factam in judicio nobis conſtat, anno Domini M°. CCCIX°. VIII°. Kalendas Decembris poſtquam alias confeſſus fuerat de crimine hereſis & abjuraverat omnem hereſim & fuerat reconſiliatus, ex tunc vidit pluries Raymundum fabri hereticum in domo patris ſui jacentem & comedentem & bibentem, & in pluribus aliis locis, & aſſociavit eum pluries de loco ad locum, & de villa ad villam, & cum eo vidit Arnaldum Martini in domo patris ſui qui incipiebat facere abſtinencias hereticorum ut fieret hereticus. Item dictus hereticus miſit ipſum ad quendam locum unde apportavit ſibi quaſdam veſtes de quibus audivit à dicto heretico quod fuerant cujuſdam mulieris defuncte quam dictus Raymundus receperat in fine ad ordinem ſuum, & dictas veſtes ipſe vendidit pro dicto heretico & cuſtodivit ſibi precium & fecit fieri ſupertunicale & capucium de alio panno pro dicto heretico, & nuper quando dictus hereticus fuit captus ipſe ſciebat ubi depoſuerat ad cuſtodiendum, & tranſmiſit per quendam hominem ſupertunicale & capucium dicti Raymundi fabri heretici Philippo heretico. Item audivit verba & predicationem dicti Raymundi fabri hereticí. Item nuper ſabbato ante feſtum ſancte Lucie aſſociavit Philippum hereticum, & comedit & bibit cum eo. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta eorum. Item die tercia vel quarta poſtquam aſſociaverat dictum Philippum hereticum fuit captus. Item non obſtante pater ſuus & mater ſua fuerunt inmurati pro crimine hereſis iſto anno in octabis penthecoſtes ipſe adhuc hereticis adherebat.

Sentencia relapſorum.

39.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Quoniam nos preffati inquiſitores & vicarius domini epiſcopi Tholoſani per confeſſiones veſtras in judicio legi-

time receptas invenimus, ac in judicio nobis conſtat, quod tu Durande barrani filius quondam Guilielmi barrani oriundus de monte aſtrugo, & tu Guilielme Arnaldi fabri Eſpanhol filius quondam B^i. fabri de Borno, & tu Guilielme Mercaderii filius quondam Jacobi Mercaderii de Borno, & tu Petre Sicardi alias de laboyſſa qui conſueviſti morari in villa muro & fuiſti oriundus de Borno, & tu Raymunde Dominici de Borno, & tu Guilielme de Clayraco, & tu Petre de Clayraco filius dicti Guilielmi de Clayraco de Verlhaco & tu Gentilis uxor quondam Petri barra Tholoſe que fuiſti oriunda de ferrus, & tu Sancie Borrelli, & tu Bernarde Borrelli filius dicti Sancii, & tu Guilielme de Verduno de Bolhaco, & tu Ponti dels Ugos filius quondam Raymundi des Ugos, & tu Bruna uxor ejuſdem Poncii, & tu Petre Nicholay de Verduneto, & tu Condors uxor Petri Yſabe, & tu Bernarde Yſabe filius Petri Yſabe de Verduneto. Omnes vos ſuperius nominati poſt hereſim à vobis in judicio abjuratam tanquam canis ad vomitum redeuntes culpis veteribus novas addere non verendo nec divinum judicium metuendo in abjuratam prius hereſim in judicio eſtis relapſi, per hoc vos falſo & ficte converſos & inpenitentes ac perjuros & de tam enormi crimine manifeſte vos incorrigibiles oſtendendo, nec non omni gratia & miſericordia & audiencia tanquam relapſi in abjuratam hereſim feceritis vos indignos, ita quod promiſſionibus & juramentis veſtris nulla ſit fides penitus de cetero adhibenda. Ideo nos preffati inquiſitores & vicarius communicato & habito conſilio multorum bonorum virorum peritorum tam in jure canonico quam civili, & religioſorum plurium diſcretorum, Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, & oculi noſtri videant equitatem ſedentes pro tribunali vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos preſentes in hac die preſenti coram nobis ad audiendam diffinitivam ſententiam perhemptorie aſſignata, dicimus & per ſenteniam diffinitivam in hiis ſcriptis pronunciamus & declaramus vos eſſe relapſos in hereſim in judicio abjuratam, & cum eccleſia ultra non habeat quid faciat pro veſtris demeritis contra vos, ideo in hiis & cum hiis ſcriptis vos relinquimus brachio & curie ſeculari, ſalvo vobis & retento quod ſi digne penitueritis vobis petentibus ſacramentum penitencie & eucariſtie non negamus.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco predictis, preſentibus & aſſiſtentibus quibus ſupra in publico ſermone.

¶ *Sentencia contra Petrum Guilielmi de Pruneto hereticum & relapſum.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Nos preffati inquiſitores & vicarius, Quoniam tu Petre Guilielmi filius quondam Petri Sanchas de Pruneto dyoceſis Tholoſane, poſtquam olim confeſſus fueras de hiis que conmiſeras in hereſi, receptando hereticos aſſociando eos de loco ad locum pluries & adorando eos modo hereticali & audiendo predicationem & doctrinam peſtifferam eorundem, & poſtquam hereſim abjuraveras in judicio coram venerabili in Chriſto patre ac domino, domino Berengario Fredoli Cardinali & penitentiario domini pape prout nobis conſtat per confeſſionem tuam ſcriptam, & tu ipſe coram nobis conſtitutus recogniviſti & confeſſus es te olim hereſim abjuraſſe, ex tunc ſicut canis rediens ad vomitum culpis veteribus novas ſuperaddere non verendo & divinum judicium minime formidando rediſti, ſi tamen unquam ex corde receſſiſti, in hereſim abjuratam quam coram nobis tu ipſe confeſſus es inpie & nephande, tu enim dixiſti & aſſeruiſti coram nobis in judicio conſtitutus quod tu credis & tenes illam fidem quam Petrus Auterii quem nos ſcimus hereticum & ſocii tui ejusdem ſecte & fidei credunt & tenent, & in illa aſſeruiſti & adhuc aſſeris te velle vivere atque mori, & ſi contingeret te in infirmitate vel alias in caſu mortis poſitum quod poſſes habere dictum Petrum Auterii vel aliquem ejuſdem ſecte & fidei velles recipi per eundem ad ſectam & ordinem ſuum, & in hoc & per hoc dicis te credere poſſe pervenire ad ſalutem.

lutem. Item dixiſti & confeſſus es & in hoc perſeveras, quod tu non credis fidem Catholicam Romane eccleſie, nec eam reputas eſſe bonam nec veram, nec credis te poſſe 39. b.
pervenire ad ſalutem. Item dixiſti aſſeruiſti & confeſſus es coram nobis, & in hac confeſſione nunc etiam perſeveras quod tu non credis baptiſmum quem Romana eccleſia facit in eccleſia materiali & corporali quod tibi vel alicui valeat ad ſalutem, ſet baptiſmum quem Petrus Auterii quem nos ſcimus eſſe hereticum, & alii qui eandem fidem tenent, dixiſti & confeſſus es & adhuc dicis & confiteris te credere, & ipſum valere ad ſalutem. Item dixiſti & confeſſus es, & in hoc perſeveras quod tu credis de ſacramento altaris ſicut credit Petrus Auterii & non aliter, & dixiſti te audiviſſe à Petro Auterii quod ipſe non credebat ibi eſſe corpus Chriſti. Item dixiſti & aſſeruiſti multociens coram nobis preſentibus pluribus aliis perſonis quod à dicta fide immo magis perfidia nolebas unquam recedere, ſet in ea perſeverare vivere atque mori, licet fuerit tibi per nos propoſita & expoſita pena que debetur de jure talibus infidelibus hereticis & inpenitentibus ac relapſis niſi velles converti ad fidem Romane eccleſie, ut ſic magis à tuis erroribus audita tali pena velles reſilire. Item requiſitus à nobis ſepius quod jurares de dicenda veritate oſtenſo & exibito tibi libro noluiſti jurare conſtitutus coram nobis dicens & aſſerens quod non erat tibi licitum jurare ſecundum fidem quam dicis te credere & tenere. Item breviter concluſiſti coram nobis quod nichil credis de hiis que Romana eccleſia credit & tenet, ſet illa que Petrus Auterii & ſocii ſui, & nominaſti in ſpeciali Jacobum Auterii & Petrum Raymundi de ſancto papulo & Amelium quos nos hereticos ſcimus & dicimus, credebant & tenebant. Hos & alios errores, & hanc tantam perfidiam quam coram nobis confeſſus es & adhuc confiteris noluiſti revocare requiſitus à nobis primo ſecundo ac tercio canonice & prehemptorie & pluries nec non invitatus & admonitus ad converſionem tuam & ad revocandum errores tuos per multos alios bonos viros noluiſti converti nec revocare, ſet in tua perſeveras perfidia animo indurato. Item predictos errores alias iſto anno aſſeruiſti te credere & tenere, ſicut conſtat per proceſſus inde factos in libris inquiſitionis coram teſtibus pluribus fide dignis, & ideo nos preffati inquiſitores & vicarius Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem, ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali te preſentem coram nobis in hac die & loco tibi perhemptorie aſſignatis ad audiendum diffinitivam ſentenciam, habito multorum bonorum virorum conſilio cum adhuc in tuo errore ac perfidia perſeveres animo indurato, ne tanquam ovis morbida gregis dominici infficias oves ſanas. In hiis ſcriptis hereticum & relapſum in hereſim in judicio abjuratam ac inpenitentem pronunciamus & declaramus & ſententialiter diffinimus, & quia ſacroſancta Romana eccleſia non habet amplius quid faciat contra te pro tuis demeritis in hiis ſcriptis te relinquimus curie ſeculari, ſalvo tibi & retento quod ſi digne converti ac penitere volueris & ſigna penitencie in te apparuerint manifeſta, tibi petenti humiliter & ex corde ſacramentum penitencie & heuchariſtie non negamus.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco quibus ſupra, preſentibus & aſſiſtentibus quibus ſupra, in ſermone publico, clero & populo congregato, & etiam omnes ſentencie precedentes & injuncte penitencie & facte gratie in preſenti ſermone.

Et ego Petrus de Claveriis publicus Tholoſe notarius & juratus officii inquiſitionis preſens interfui omnibus & recepi, & de mandato preffati domini inquiſitoris Tholoſani hic ſcripſi ſignoque meo ſolito ſignavi. (LS)

Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio Albienſis dyoceſis notarius inquiſitionis in omnibus gratiis factis ſentenciis latis & penitenciis inpoſitis & injunctis in precedenti ſermone preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi ſignoque meo ſolito ſignavi. (LS)

Sentencia Petri Auterii heretici.

40. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Nos frater Bernardus Guidonis & frater Gaufridus de albluſiis ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati & Stephanus de portu canonicus Vaſatenſis officialis de Gauderiis & Arnaldus de Villario, vicarii per reverendum in Chriſto patrem dominum Galhardum Dei gratia epiſcopum Tholoſanum deputati in civitate ac dyoceſi Tholoſana, Quoniam per inquiſitionem evidentiſſime ac legitime nobis conſtat tam per teſtes plurimos juratos in inquiſitione receptos quam per confeſſionem ſeu magis profeſſionem tuam tam nephariam quam prophanam, quod tu Petre Auterii notarius quondam & habitator de Axs in Savarteſio appamienſis dyoceſis qui captus & deprehenſus fuiſti in dyoceſi Tholoſana, in qua plurima commiſiſti in hereſi iſtis annis, plures perſonas deffunctas hereticando, & plures perſonas alias inficiendo & ad tuos errores pertrahendo, fidemque catholicam tuis falſis dogmatibus corrumpendo, quod tu inquam Petre Auterii tanquam hereticus manifeſtus à multis retro jam annis tenuiſti & ſervaſti, ac nunc tenes & proffiteris te tenere vitam ſectam & ritum & fidem immo verius perfidiam illorum hominum qui ſe ipſos ſolum bonos aſſerunt Chriſtianos quos ſacroſancta Romana eccleſia perſequitur & condempnat, & apellat hereticos perfectos ſeu conſolatos immo verius deſolatos. Qui duos Deos ac dominos ponis aſſeris & fateris benignum videlicet & malignum, creationem omnium rerum viſibilium & corporalium dicens non eſſe factam à Deo patre celeſti & Domino Jeſu Chriſto, ſet à diabolo & ſathana malo deo quem dicis eſſe deum hujus ſeculi, artifficem & principem hujus mundi. ¶ Duas quoque confingis eccleſias, unam benignam quam dicis eſſe ſectam tuam & eccleſiam Jeſu Chriſti eamque habere fidem in qua omnis & ſine qua nullus pervenit ad ſalutem, aliam vero malignam Romanam eccleſiam quam eſſe dicis inpudenter matrem fornicationum & baſilicam dyaboli & ſathane ſinagogam, que revera eſt mater omnium fidelium & magiſtra, cujus omnes gradus & ordines ac ejus ordinationes & ſtatuta proquaciter depravas menciendo, omnesque qui fidem ejus ſequntur & tenent verſa vice apellas hereticos & errantes, nec aliquem poſſe ſalvari in fide Romane eccleſie tam nephande quam inpie dogmatizas.

¶ Omnia quoque ſacramenta Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti, videlicet heucariſtie ubi eſt verum & viviſficum corpus Chriſti, ac baptiſmi qui fit in aqua materiali, nec non confirmationis & ordinis & extreme unctionis ſingillatim & per ſingula ore nephando tam horrende quam impie aſſeris inania atque vana, ſacramentum quoque matrimonii carnalis condempnas & dicis ipſum ſemper eſſe cum peccato, & nunquam ſine peccato poſſe fieri, ipſumque à Deo bono penitus denegas inſtitutum. Incarnationem quoque Domini Jeſu Chriſti ex Maria ſemper virgine, quam ſuperficietenus fantaſtice proffiteris, labiis impiis in rei veritate blaſfemas, cum verum corpus humanum & veram carnem hominis ex noſtra natura ipſum denegas aſſumpſiſſe, nec in ea vere ſet ſolum in ſimilitudine reſurrexiſſe, & alia noſtre ſalutis opera peregiſſe, nec cum ea ad patris dexteram aſcendiſſe, ſanctam quoque Mariam matrem Dei & Domini Jeſu Chriſti non eſſe nec fuiſſe mulierem carnalem aſſeris & mentiris, ſet tuam ac tuorum eccleſiam quam dicis eſſe veram penitentiam de inpietate ac vanitate ſenſus tui menciendo confingis, & hanc eſſe Mariam virginem in tenebris dogmatizas.

¶ Confeſſionem etiam peccatorum que fit ſacerdotibus Romane eccleſie nichil valere, nec papam nec alium de eccleſia Romana poſſe aliquem abſolvere à peccatis aſſeris inpudenter, teipſum autem tuosque ſequaces tibi conſimiles dicis & aſſeris habere poteſtatem abſolvendi à peccatis omnibus illos qui tuam tuorumque ſectam volunt per inpoſitionem manuum ſuſcipere & tenere. ¶ Reſurrectionem quoque corporum humanorum negas penitus, confingens quedam ſpiritualia corpora & quendam interiorem hominem, in qualibus corporibus te & tuos reſurrecturos cum aſſeris non reſurges, nec habebis partem in reſurrectione ſanctorum cum juſtis cum quibus impii non reſurgent in judicio ad gloriam ſet ad penam. ¶ Hos & alios erro-

errores pariter & horrores tam abhominabiles quam nepharios tu Petre Auterii heretice profiteris, ſicut ex ore tuo audivimus cum horrore, pluresque alii à te ipſo de predictis erroribus quam plures & pluries audiverunt, nec ab iſtis erroribus diſcedere nec eos deſerere nec fidem Romane eccleſie corde credere nec ore fateri vis, ſet eam pocius & turpius diffiteris, quamvis à nobis & multis aliis bonis viris religioſis & ſecularibus ſepius monitus & requiſitus fueris ut à tuis erroribus reſilires & veram fidem Romane eccleſie agnoſceres & teneres. ¶ Idcirco quia tu Petre Auterii non vis converti ab erroribus hereſis & redire 40. b.
ad veram & catholicam fidem ſacroſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti ſepius requiſitus & invitatus & diutius expectatus, ſet perſeveras in tua perfidia & errore animo indurato, nos preffati inquiſitores & vicarii habito prius conſilio diligenti plurium ſapientum, ne ſicut ovis morbida dominici gregis ulterius inficias oves ſanas te preffatum Petrum Auterii preſentem & ad fidem converti nolentem hac die & loco ad audiendam diffinitivam ſentenciam tibi perhemptorie aſſignatis, Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſentenciam in hiis & cum hiis ſcriptis te eſſe hereticum declaramus & pronunciamus, & te tanquam hereticum relinquimus curie ſeculari, ſalvo tibi & retento quod ſi converti volueris & redire ad eccleſiaſticam unitatem conſerveris ad vitam in quo caſu retinemus nobis plenam & liberam poteſtatem imponendi tibi pro tuis conmiſſis in hereſi penam ac penitenciam ſalutarem.

¶ Lata fuit hec ſentencia in ſermone inquiſitorum publice convocato, in eccleſia ſancti Stephani Tholoſe, die Jovis ante dominicam in ramis palmarum, ſcilicet v°. ydus Aprilis, anno Domini M°. CCCX°. preſentes & aſſiſtentes fuerunt dominus Guilielmus Unandi abbas leratenſis, abbas ſancti Saturnini, dominus Poncius de Omelacio judex major & tenens locum ſeneſcalli Tholoſe, Johannes de turre tenens locum vicarii Tholoſani, Guilielmus de molanis judex ordinarius, dominus Raymundus Coſta judex rivorum, dominus abbas Lomberienſis, dominus B^us^ de aſtarragueſio archidiaconus ville longe, dominus Raymundus Unandi de lantario miles, dominus Bertrandus de falgario miles, dominus Johannes de Creſpeyo clericus regis, Raymundus Bernardi de duro forti archidiaconus Claromontenſis, dominus Sicardus froterii prior de inſula, dominus Stephanus de monte lauro theſaurarius domini epiſcopi Tholoſani, dominus Centullus de glatencs vicarius domini epiſcopi Albienſis, dominus Raymundus ſobirani doctor decretorum, dominus Arnaldus Eſcarabet doctor legum, dominus Guilielmus de turre canonicus Claromontenſis, Helyas de Ventodoro filius Vicecomitis Ventodorenſis, dominus Petrus de pradinis, dominus B^us^ rector eccleſie de Albiaco. Item conſules Tholoſani, ſcilicet Aymericus porterii, Raymundus Guilielmi de Calquenchis, Raymundus de Caſtro novo, Arnaldus de monte totino, Magiſter Raymundus de fontanis, Raymundus Athonis Maurandi, Bernardus barrani, Bernardus de linariis, Guilielmus Poncii de Morlanis. Item fratres predicatores, frater Bertrandus de Rocovilla prior Tholoſanus, frater Arnaldus de barreria lector Tholoſanus, frater Ugo de Noalhas lector ſententiarum, frater Aymericus de miro monte lector biblie, frater Arnaldus Johannis, frater Raymundus de Jumato, frater P. Raymundi de orto, frater Ugo de ſancto Marciale, frater Helyas telhphondi ſocius preffati domini inquiſitoris Tholoſani, frater Johannes Stephani ſocius preffati domini inquiſitoris Carcaſſenenſis, & alii quam plures religioſi & ſeculares clerici & layci in multitudine copioſa.

Et ego Petrus de Claveriis publicus Tholoſe notarius & juratus officii inquiſitionis preſens interfui & recepi, & de mandato preffati domini inquiſitoris Tholoſani hic ſcripſi, ſignoque meo ſolito ſignavi. (LS)

Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio dyoceſis Albienbienſis & notarius inquiſitionis preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi ſignoque meo ſolito ſignavi. (LS)

41. *Sententia contra Veſiadam Ponſenca.*

Anno Domini M°. cccxii°. in vigilia beati Georgii, ſcilicet x°. Kalendas Mayi in ſabbato in eccleſia ſancti Stephani precedenti die ſermonis generalis inquiſitorum, qui debebat fieri & factus fuit in craſtino, ſcilicet in feſto ſancti Georgii convenerunt frater Bernardus Guidonis inquiſitor Tholoſanus, & frater Gaufridus de abluſiis inquiſitor Carcaſſonenſis, una cum domino Petro de lacu officiali Tholoſano & domino Barravo de peryſſaco vicariis reverendi patris domini Galhardi epiſcopi Tholoſani ad inponendas penitencias duabus perſonis inmediate ſequentibus, ante diem ſermonis generalis ex cauſa videlicet quia Veſiada Ponſenca dicebatur infecta lepra, & ut Poncius Arnaldi ſequenti mane ſuam penitenciam inchoaret & populo appareret. ¶ Veſiada Ponſenca que alias faciebat ſe vocari Raymundam filia quondam B^i. Ponſenc de ſancto papulo unde fuit oriunda, que moratur Tholoſe, uxorque Raymundi Serdani de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Aprilis, anno Domini M°. ccc ix°. item xii°. Kalendas Januarii, M°. ccc ix°. vidit & viſitavit multociens hereticos in domo in qua morabatur Tholoſe, & alibi in quibusdam locis ſeu domibus quas nominat, ſcilicet Petrum Raymundi de ſancto papulo, Jacobum Auterii, & Petrum Auterii, & Philippum, & Raymundum fabri, & omnes predictos ſciebat eſſe hereticos, & dictum Petrum Auterii tenuit & recepit in domo ſua aliquibus diebus & noctibus, quando fuit adductus ad hereticandum Raymundum Gach, & ipſa Veſiada duxit de domo ſua ad dictum Raymundum Gach tunc infirmum predictum hereticum, & vidit hereticationem fieri ab eodem, & vidit quando Raymunda Graneta ſoror dicti Raymundi Gach tradidit dicto heretico III. florenos & tunicam dicti Raymundi Gach hereticati que ſibi legaverat predictus Raymundus Gach. Item vidit & ſcivit quandam mulierem quam nominat in domo in qua ipſa morabatur que ſe ipſam debilitabat & ſe poſuerat in endura ut citius moreretur que volebat hereticari licet tunc non fuerit factum. ¶ Item ipſa portavit cucumeres ſilveſtres cuidam perſone ad dandum cuidam infirme, ſcilicet Guilielme uxori Martini de proaudo ut citius moreretur, de qua Raymunda Graneta que ſibi tradidit cucumeres dixit ſibi quod erat tunc recepta per hereticos & poſuerat ſe in endura. ¶ Item multociens reconmendavit ſe hereticis junctis manibus inclinando caput ſuum dicendo domini rogate Dominum pro me. ¶ Item Raymunda Graneta in infirmitate de qua obiit rogavit ipſam quod daret ſibi conſilium de habendis hereticis qui reciperent eam ad ſectam ſuam, & accepit à dicta Raymunda XXV. ſolidos & duo vela pro hereticis que cuſtodivit per unum annum, & ſequenti anno tradidit predicta Raymundo fabri heretico, quem hereticum recepit in domo ſua ubi comedit & bibit & jacuit una nocte. ¶ Item ſcivit plures perſonas quas nominat in confeſſione ſua eſſe familiares & credentes hereticorum & conſencientes in facto ipſorum. ¶ Item quamvis haberet matrem que detinebatur in muro pro facto hereſis, tamen ipſa Veſiada perſeverabat continue in facto hereticorum & recipiebat in domo ſua Tholoſe ad comedendum & bibendum & jacendum per tres annos vel circa. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per VI. annos.

¶ Predicta conmiſit à VI. annis citra perſeverando in eis antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta in carcere, & tunc recenter tenuerat Raymundum fabri hereticum in domo ſua, & hoc & quedam alia celavit ſcienter in prima confeſſione quam fecit contra proprium juramentum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti crucifixi, Amen. Quoniam nos fratres Bernardus Guidonis & Gaufridus de abluſiis ordinis fratrum predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, & Petrus de lacu officialis Tholoſanus ac Barranus de pryſſacho vicarii reverendi in Chriſto

patris

patris & domini G. Dei gratia episcopi Tholosani, per inquisitionem legitime factam invenimus & in judicio nobis constat, quod tu Vesiada Ponsenca uxor Raymundi Serdani de Verduneto tam graviter & tam enormiter in crimine dampnate heresis, & tam multipliciter deliquisti sicut lectum & recitatum est tibi nunc intelligibiliter in vulgari, idcirco nos inquisitores & vicarii supradicti te superius nominatam redire volentem ut asseris ad ecclesiasticam unitatem ac omnem heresim iterum abjurantem & promittentem super omnibus & singulis antedictis mandatis ecclesie & nostris simpliciter obedire obtento à nobis absolutionis beneficio ab excommunicationis sentencia qua ligata eras pro culpis quas confessa es te in crimine heresis conmisisse, hac die & loco tibi per nos ad audiendam diffinitivam sententiam perhemptorie assignatis, sedentes pro tribunali sacrosanctis euangeliis Jesu Christi positis coram nobis ut de vultu divino nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem, de consilio plurium sapientum & peritorum in jure canonico & civili tam regularium quam secularium super hoc habito diligenti ad perpetuum carcerem stricti muri, ubi tibi panis doloris in cibum & aqua tribulationis in potum solummodo ministretur, in hiis & cum hiis scriptis sentencialiter condempnamus, monehtes semel secundo tertio & perhemptorie te Vesiadam ac precipientes tibi sub virtute prestiti juramenti quod sine omni dilatione vel mora te ad murum juxta castrum Narbonense hujusmodi culpabilibus deputatum & quem tibi pro stricto carcere assignamus transferas & ibidem personaliter te intrudas ibidem perpetuo moritura, quod si admonitiones nostras sententiam ac mandatum contempseris ac distuleris adimplere dictum carcerem non intrando aut temere post ingressum sine nostra seu successorum nostrorum in inquisitionis officio licencia exeundo aut alias contra confessata jurata & abjurata per te quocunque tempore veniendo, per hoc conversionem tuam fictam & inpenitenciam ostendendo te ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc tanquam perjuram & inpenitentem hereticam culpisque astrictam prioribus auctoritate qua fungimur in hiis scriptis excommunicationis vinculo innodamus, decernentes absolutionis beneficium tibi per nos inpensum si in tantam offensam incideris ulterius non prodesse, monentes canonice & perhemptorie ne quis cujuscunque conditionis aut status existat sciens aut credens te esse talem recipiat aut defendat, vel tibi mandata nostra non complenti ne ea compleas consilium auxilium vel favorem scienter inpendat, omnes autem qui scientes aut credentes te esse talem receperint seu receptaverint vel defenderint vel tibi mandata nostra non complenti ne ea compleas consilium seu auxilium inpenderint vel favorem scienter, auctoritate qua fungimur in hiis scriptis excommunicationis vinculo innodamus. Retinemus autem nobis & nostris in hoc officio successoribus plenam & liberam potestatem agravandi, mutandi, minuendi, mitigandi ac etiam remittendi predictam penitenciam sive penam prout nobis seu nostris in hoc officio successoribus de bonorum consilio visum fuerit expedire, & nichilominus sententiandi te aliter, si nobis aut ipsis expediens videatur, habito super hoc consilio diligenti si inventa fueris aliquid de facto heresis suppressisse seu maliciose aliquem involvisse in crimine heresis memorate, retenta nobis & nostris in hoc officio successoribus potestate addendi & diminuendi & remittendi predictam penitenciam & etiam conmutandi. 41. b.

¶ *Sentencia contra Poncium Arnaldi de puiolibus.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi crucifixi, Amen. Dudum Poncius Arnaldi de puiolibus de parochia sancte Fidis prope taranellum dyocesis Tholosane, veniens non vocatus, coram nobis fratre Bernardo Guidonis ordinis fratrum predicatorum inquisitore heretice pravitatis in regno Francie per sedem apostolicam deputato in judicio constitutus juratus de veritate dicenda gratis & sponte confessus fuit & dixit quod xx^ti^ anni erant elapsi dum ipse infirmaretur quadam infirmitate de qua convaluit, Petrus Arnaldi filius suus duos hereticos quos dictus Petrus bonos homines apellabat ad ipsum Poncium tunc infirmum adduxit dicens sibi quod ipsi he-

retici

42. retici redderent animam ejus Deo, quodque idem Petrus ipſum Poncium ut de pane per hereticos benedicto quem tunc ſibi exhibuit comederet invitavit. Inſuper quod ipſum infirmum tunc ad amorem & credenciam hereticorum quantum in ipſo fuit induxit, & quod Poncius ſupradictus credebat quod Petrus predictus Brunam filiam ipſius Poncii ſororemque Petri predicti ad hereticorum credenciam ſimiliter induxiſſet. Nos igitur frater Bernardus inquiſitor predictus merito preſumentes Poncium patrem contra Petrum ſuum filium non falſa depoſuiſſe nec animo malignandi, dictum Petrum Arnaldi filium dicti Poncii vocari fecimus coram nobis, & in judicio conſtitutum juratumque de veritate dicenda requiſivimus quod de predictis plenam & meram diceret veritatem quo conſtanter negante predicta & in negativa diu & continue perſiſtente, ex hoc & ex quibuſdam veri ſimilibus conjecturis merito ſuſpicantes quod Poncius ſupradictus malicioſe & calumpnioſe predictum Petrum filium proprium falſa deponens eundem involvere niteretur in crimine tam nephando, ipſum Poncium citari & ad preſenciam noſtram adduci Poncium patrem, & Petrum ejus filium ſupradictos fecimus confrontari, & juratos de veritate dicenda cum dictus Poncius in ſua affirmativa, & dictus Petrus in ſua negativa perſeverarent conſtanter, dictum Poncium fecimus detineri donec de predictis prout nos decuit fuiſſemus plenius informati, & conperto quod dictus Poncius eo de quo depoſuerat tempore nullam infirmitatem de qua decumberet habuiſſet ſet ſanus extiterat, quodque illis loco & tempore heretici minime diſcurrebant, Poncium ſupradictum fecimus educi de carcere & coram nobis in judicio conſtitutum juratumque iterum monuimus & requiſivimus canonice quod diceret An ea que contra filium ſuum Petrum predictum depoſuerat veritatem continerent, Qui Poncius ſue malicie conſcius & ad cor rediens conſtitutus in judicio coram nobis ſponte & libere recognovit quod omnia & ſingula que contra Petrum filium ſuum predictum confeſſus fuerat & depoſuerat erant falſa, & nullam continentia veritatem in ſolidum vel in parte, & quod ea depoſuerat odio contra dictum Petrum ſuum filium concitatus, prout hec in proceſſibus inde habitis plenius continentur. Que omnia coram venerabilibus viris dominis Petro de lacu officiali Tholoſano, & Barrano de perhiſſacho, vicariis reverendi in Chriſto patris & domini, domini G. Dei gracia epiſcopi Tholoſani, & nobis ac fratre Gaufrido de abuſiis coinquiſitore noſtro predicto Poncio in judicio conſtituto fecimus recitari intelligibiliter in vulgari, qui Poncius ſub virtute tunc & alias à ſe preſtiti juramenti omnia & ſingula ſupradicta ſponte libere & ſine violencia recognovit & aſſeruit eſſe vera, petens humiliter ſibi pro premiſſis injungi penitenciam ſalutarem. ¶ Nos igitur inquiſitores & vicarii ſupradicti penſatis premiſſis & aliis circumſtantiis quibus motus noſtri animi & cujuslibet judicantis merito informari potuit, certiores efecti quod Poncius Arnaldi predictus quantum in ipſo fuerat deluſiſſet noſtram curiam, veritatemque ſola in negocio fidei queritur decepiſſet, ſinceritatemque officii inquiſitionis quod gerimus corrupiſſet in prejudicium fidei catholice, & ſcandalum innocentis filii quem in tam deteſtabili crimine malicioſe & fallaciter involvere nitebatur, falſum ferendo teſtimonium in judicio coram nobis contra proprium juramentum ſcienter ſicut recitatum & lectum eſt nunc ſibi intelligibiliter in vulgari, ut ipſius Poncii pena ceteris transeat in exemplum & alii à ſimilibus arceantur, hac die & loco dicto Poncio pro diffinitiva ſentencia audienda perhemptorie aſſignatis, ſedentes pro tribunali ſacroſanctis evangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu divino noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, conmunicato regularium & ſecularium peritorum in utroque jure conſilio, predictum Ponicum Arnaldi falſum teſtem ſeu delatorem predictum ad perpetui muri carcerem auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis ſententialiter condempnamus, in quo quamdiu vixerit in pane doloris & aqua anguſtie faciat penitentiam ſalutarem ſolam vitam eidem ex miſericordia relinquentes. Et inſuper falſum teſtem predictum cum duabus linguis rubeis unius palmi & dimi-

42. b. dii in longitudine & trium digitorum in latitudine ante in pectore, & duabus inter ſpatulas pendentibus ligatis manibus elevatum in ſcala ante oſtium hujus eccleſie cathe-

thedralis beati Stephani hodie & die craſtina à ſummo mane usque ad nonam in loco eminenti absque aliquo velamine capitis in tunica ſine zona, ita quod à circumſtantibus palam & cognoſcibiliter poſſit videri publice conmorandum. Et quod eodem modo ponatur & ſtet ante portas eccleſie beati Saturnini dominica ſubſequente, & alia proxima dominica ante portam eccleſie deaurate, monentes eundem Poncium canonice ac ſub virtute juramenti preſtiti injungentes & mandantes eidem quod in omni veſte ſua ſuperiori portet perpetuo dictas lingas ſine quibus prominentibus & apparentibus extra vel intra domum aut carcerem non incedat & eas reſſiciat ſi rumpantur & renovet ſi & quando fuerint vetuſtate conſumpte, & quod qua hora de ſcala deſcenderit vel depoſitus fuerit ſine dilatione ſe ad carcerem muri juxta caſtrum Narbonenſe transferat & intrudat ibidem perpetuo moraturus. Quod ſi has monitiones injunctiones ac mandata noſtra contempſerit aut neglexerit adimplere dictas lingas non portando ſeu dictum carcerem non intrando ſeu temere poſt ingreſſum absque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum licencia exeundo ſeu contra jurata per eum quocunque tempore veniendo, nos ex nunc ut ex tunc & ex tunc ut ex nunc ipſum tanquam perjurum & inpenitentem culpisque aſtrictum prioribus auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, monentes canonice univerſos & ſingulos ne quis cujuscunque conditionis aut ſtatus exiſtat dicto Poncio non conplenti premiſſa aut ne ea conpleat conſilium auxilium vel favorem inpendat ſcienter, quod ſi ſecus fecerint ipſos in hiis ſcriptis preſentibus excommunicationis vinculo innodamus. Hec autem predicto Poncio injunximus retenta nobis ac noſtris in hoc officio ſucceſſoribus libera poteſtate addendi minuendi mutandi agravandi alleviandi in hac penitentia ſive pena aut aliter ſententiandi quocienscunque nobis ſeu noſtris in hoc officio ſucceſſoribus de bonorum conſilio viſum fuerit expedire.

Lata fuit hec ſentencia & precedens inmediate in eccleſia ſancti Stephani Tholoſe x°. Kalendas Maji in ſabbato, anno Domini M°. CCCXII°. preſentibus & aſſiſtentibus domino Amelio de lautrico canonico eccleſie ſancti Stephani archidiacono leſatenſi, domino Arnaldo de arpadella legum doctore tenente locum vicarii Tholoſe, domino Rocabruno dance canonico lectorenſi vicario domini epiſcopi Albienſis, domino Bernaldo de Verranno canonico caſtri Bituricenſis officialis lectorenſis, domino Guilielmo de ſancto amancio archipresbytero de podio Celſi vicario domini epiſcopi Caturcenſis magiſtro Raymundo de Orgilio procuratore domini epiſcopi Albienſis, domino Bernardo de Caſis rectore eccleſie de baſtita, magiſtro Guilielmo de ſamatre rectore eccleſie de ſancto Licio, domino Petro filioli rectore eccleſie de Andofila, domino Amaluino de ſeſtariis rectore eccleſie de Villeta, domino Arnaldo barre rectore eccleſie de nerio, domino Petro Arnaldi de lanet presbytero, magiſtro Arnaldo patualis notario publico, magiſtro Arnaldo toquimù notario publico, magiſtro Vitale de ſancto leone, fratre Raymundo de jumato, fratre Geraldo de blumato ordinis fratrum predicatorum, magiſtro Petro boerii notario inquiſitionis Carcaſſone, nec non alia multitudine copioſa religioſorum clericorum & laycorum in dicta eccleſia preſencium & aſſiſtencium.

Et me Petro de Claveriis publico Tholoſe notario & jurato officii inquiſitionis qui preſens interfui & de mandato preffati domini inquiſitoris Tholoſani hic ſcripſi ſignoque meo ſolito ſignavi. (LS)

Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio dyoceſis Albienſis notarius officii inquiſitionis preſens interfui & ex officio notarii & de mandato religioſi viri fratris Bernardi Guidonis inquiſitoris Tholoſani prefati recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

43. SERMO FACTUS ANNO DOMINI M°. CCCXII°. IX°. KALENDAS MAJI IN FESTO SANCTI GEORGI, DOMINICA DIE.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Anno ejuſdem Domini benedicti M°. CCCXII°. nono Kalendas Maji in feſto beati Georgii martiris ad honorem omnipotentis Dei & ſancte Romane eccleſie cui preſidet ſanctiſſimus pater Dominus Clemens papa quintus, per religioſos viros fratrem Bernardum Guidonis & fratrem Gaufridum de Abluſiis ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatos, una cum venerabilibus viris domino Petro de lacu officiali Tholoſano, & domino Arnaldo de Villario canonico in eccleſia Cathurcenſi ac domino Barrano de peyſſaco vicariis generalibus reverendi in Chriſto patris domini Galhardi Dei gracia epiſcopi Tholoſani fuerunt late ſentencie & injuncte penitencie que ſequntur perſonis inferius nominatis pro hiis que conmiſerant in facto hereſis in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe, preſente curia regali & conſulibus Tholoſanis ac multitudine cleri & populi copioſa.

¶ *Juramentum ſeneſcalli & curialium domini regis.*

NOs Johannes de malo cochino dominus blayville miles domini regis ſeneſcallus Tholoſanus & Albigeſii, & Arnaldus de arpadella doctor legum & Guilielmus de molanis doctor legum tenens locum vicarii Tholoſe, Hugo Geraldi judex appellationum, Raymundus Coſta judex Verduni, Petrus pictavini judex ville longe, Raymundus curti regens judicaturam Ripparie juramus per hec ſancta Dei euangelia quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & teneri faciemus, & ipſam defendemus pro viribus contra omnes. Item quod hereticos credentes fautores & receptatores ac defenſſores eorum perſequemur & capiemus ſeu capi faciemus quandocunque poterimus, & accuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus ſi alicubi noverimus eos eſſe. Item quod non conmittemus bavilias vel adminiſtrationes nec officia publica alicui de predictis perſonis peſtiferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit ratione criminis hereſis quod publicis officiis non fungatur, nec aliquem de predictis recipiemus, nec habebimus in noſtra familia ſeu conſorcio vel ſervicio, nec in noſtro conſilio ſcienter, & ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos poſtquam ad noticiam noſtram pervenerit protinus expellemus. Et in hiis & in aliis que ad officium inquiſitionis pertinent erimus obedientes Deo & Romane eccleſie & inquiſitoribus, ſic Deus nos adjuvet & hec ſancta Dei euangelia.

¶ *Eadem eſt forma juramenti Conſulum.*

NOs Raymundus de ſancto barrio, Stephanus de caſtro novo, Vitalis de prinhaco, Guilielmus barrani, Bernardus Gilaberti, Raymundus Guitardi, Johanes Othonis, Johannes Plangelli, Poncius de linaris, Arnaldus Vitalis, Hugo Stephani, Bernardus Guilhelmi, conſules Tholoſe juramus &c. ut ſupra.

Sentencia exconmunicationis contra inpedientes officium inquiſitionis.

QUm negocium fidei ſacroſancte in qua fundamenta eccleſie orthodoxe à Domino Jeſu Chriſto ſunt firmiter & ſolide ſtabilita nullus Chriſtianus inpedire debeat ſet pocius totis viribus promovere, Nos nos frater Bernardus Guidonis & frater Gaufridus de abluſiis ordinis fratrum predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem Apoſtolicam deputati, & Petrus de lacu officialis Tholoſanus, & Arnaldus de Villario canonicus in eccleſia Caturcenſi, & Barranus
43. b. de preyſſaco vicarii generales reverendi in Chriſto patris domini Galhardi Dei gratia epi-

epiſcopi Tholoſani, omnes illos qui negocium inquiſitionis ſcienter inpediverint vel de cetero inpedient quoquomodo directe vel indirecte manifeſte vel occulte vel per ſe veritatem celando vel legitime confeſſata revocando ſeu alios ad celandum vel revocandum indebite inducendo, & quicunque ad hoc directe vel indirecte occulte vel manifeſte conſilium vel auxilium ſcienter inpenderint vel favorem, & quicunque pecuniam dona ſeu munera indebite receperint pro liberatione alicujus obtinenda, ſeu pro retardatione exequtionis facienda in dampnum ſeu in prejudicium officii inquiſitionis, auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus, & exconmunicatos publice nunciamus.

Lata fuit hec ſentencia anno die & loco inmediate preffatis preſentibus & aſiſtentibus nobili viro domino Johanne de malo cochino milite, domino de blayvilla ſeneſcallo Tholoſano & Albigeſii, ac venerabilibus viris domino Hugone Geraldi judice appellationum, domino Arnaldo de arpadella doctore legum, domino Guilielmo de molanis doctore legum judice ordinario Tholoſe tenente locum vicarii Tholoſe, domino Raymundo Coſta judice Verduni, domino Petro pictavini judice ville longe, magiſtro Raymundo de gauderiis, magiſtro Bernardo Johannini, magiſtro Raymundo de monte olivo, magiſtro Garnerio procuratoribus domini noſtri regis, domino Arnaldo ſobirani abbate de caunis, domino Amelio de lautrico archidyacono leſatenſi, domino Sicardo froterii priore inſule, domino Geraldo de lautrico doctore decretorum canonicis eccleſie ſancti Stephani Tholoſe, domino Henrico dalphino de Vienna, domino Reginaldo filio comitis de fores, domino Bertrando de turre doctore decretorum monacho monaſterii Moyſiacenſis, domino Petro de Nogareto doctore legum, domino Guilielmo Arnaldi de ponte milite & doctore legum, domino Bertrando de furnello, domino Raimundo Unaldi, domino Helyaſac de falgario militibus, Nicholao de ermene villa theſaurario Tholoſano domini regis, Raymundo de ſancto barcio, Stephano de caſtro novo, Vitale de prinhaco, Guilielmo barrani, Bernardo Gilaberti, Johanne Othonis, Raymundo Guitardi, Johanne Clavelli, Poncio de linars, Bernardo Guilielmi, Arnoldo Vitalis, Hugone Stephani conſulibus Tholoſe, & fratribus ordinis fratrum predicatorum Dominico Grima lectore Tholoſano, Raymundo de jumato, Geraldo de blumato, Bernardo de bono fonte priore lectorenſi, Arnaldo romani, Geraldo durandi, Raymundo Arnaldi de Villario, Bernardo de Calmetis & Petro boerii notario inquiſitionis Carcaſſone, nec non alia multitudine copioſa religioſorum clericorum & laicorum in dicta eccleſia preſencium & aſiſtenſium.

Et me Petro de Claveriis publico Tholoſe notario & jurato officii inquiſitionis, qui preſens interfui & de mandato preffati domini inquiſitoris Tholoſani hic ſcripſi, ſignoque meo ſolito ſignavi. (LS)

Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi. (LS)

Ad graciam de Crucibus.

¶ Raymundus barrani filius quondam Durandi barrani oriundus de borno, faciatque peregrinationes minores & viſitationes eccleſiarum Tholoſe, & generalia contenta in literis.

¶ Guilielmus hugonis de hugonibus & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & alia contenta in literis.

¶ Germanus de bugaralh de palayt villa & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & alia contenta in literis.

¶ Petrus Criſtol de atto pullo & conpleat contenta in ſuis literis.

¶ Johanna uxor Perrini Maurelli burgundi & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & alia contenta in literis.

¶ Raymunda uxor Arnaldi fabri de Maſcar villa & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & alia contenta in literis.

¶ Guilielmus Petri filius Gayſſie durandi de bello videre, & conpleat peregrinationes eccleſiarum & alia contenta in ſuis literis.

¶ Petrus Salas filius Bertrandi Salas, & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & generalia contenta in literis.

¶ Sibilia filia Bertrandi Salas, & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & generalia contenta in literis.

¶ Petrona uxor quondam Petri Sicardi, & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & generalia contenta in literis.

¶ Petrus de ſulholet de ſulhols prope villam murum, & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum & generalia contenta in literis. Retenta nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus poteſtate addendi, diminuendi & remittendi, vel etiam conmutandi predictam penitenciam ſive penam in omnibus & ſingulis.

¶ *Educti de muro.*

¶ Bernardus Vaſconis —— de Varenis † faciatque peregrinationes omnes minores, & ſanctum Jacobum & viſitationes eccleſiarum Tholoſe, & alia generalia contenta in literis.

¶ Rotbertus Geraldi de Varenis ‡ faciatque omnes peregrinationes minores & viſitationes eccleſiarum Tholoſe & alia generalia contenta in literis.

¶ Petrus de narica de Avinione † cum peregrinationibus minoribus, & ad ſanctum Jacobum cum viſitationibus & aliis contentis in literis. Retenta nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus plenaria poteſtate addendi, diminuendi, & conmutandi, & remittendi, ac etiam reducendi ad murum ſine nova cauſa, ſi nobis vel eis de conſilio bonorum virorum viſum fuerit expedire.

¶ *Culpe cruceſſignatorum.*

cccxlio. *Item* ccccl ixo. ‡ ¶ Raymundus de narica filius Petri de narica de Avinioneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, iiio. idus Febroarii, anno Domini Mo. cccxo. vidit in domo Yſarni textoris de fano Jovis cum quo morabatur duos homines quos alias non viderat & Petrum bernerii de Verduneto cum eis de quo prius audiverat quod erat nuncius & ductor hereticorum, & perpendit ex hoc & credidit quod dicti duo homines erant heretici, & jacuerunt ibi una nocte & comederunt & ipſe cum eis, & de nocte cum ſederent ad ignem alter illorum hominum antiquior incepit loqui aliqua verba conmunia & alter ſcilicet junior petivit ab ipſo Raymundo quid faciebat Petrus frater ipſius, & ſequenti mane vidit & audivit dum dictus Yſarnus loqueretur cum predicto homine antiquiore ad partem quod dixit ei benedicite, & poſt dictus Raymundus duxit & aſſociavit dictum hominem ſeniorem extra villam, & Petrus bernerii preceſſerat cum alio homine juniore, & dum dictus Raymundus iret per viam dictus homo antiquior petivit ab eo ſi ipſe erat de facto ipſorum per quod ipſe intellexit de facto hereticorum quia ipſos reputabat certitudinaliter eſſe hereticos, & aſſociavit dictos hereticos quia dictus Yſarnus qui erat magiſter ſuus dixit ſibi.

¶ Predicta conmiſit per ſex annos antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec fuit citatus bis, & prima vice negavit & celavit veritatem de predictis in judicio contra proprium juramentum, nec ſecunda vice voluit confiteri donec fuit detentus in carcere & per alios accuſatus.

44. b. ‡ ¶ Raymundi uxor Raymundi de momolo de aſſo ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, ſexto Kalendas Marcii, anno Domini Mo. ccc ixo. vidit in quodam loco quem nominat in confeſſione ſua duos homines quorum nomina neſcivit, quos ſcivit ibidem eſſe hereticos & audivit eorum predicationem, & quando receſſit dixit eis orate pro nobis, & tunc erat ibi preſens mater ſua.

ſua. Item portaverunt eis duos panes & unam cucurbitam plenam vino. Item tunc dicti heretici dixerunt eis ſi volebant ſtare in conveniencia eorum, & ipſa reſpondit quod volebat ſtare in conveniencia Dei, & aliter dicti heretici non declaraverunt eis quid volebat dicere predicta conveniencia. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem. Predicta celavit per duos annos antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit accuſata & citata, & negavit ab initio veritatem in judicio.

¶ Guilielmus Adzemarii de Aſſo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Febroari anno Domini M°. CCCX°. audivit à Bernarda Guilielma de Aſſo conmendari quoſdam homines qui ibant per terram & erant boni homines & tenebant viam Dei inducendo eum quod faceret eis elemoſinam, & tunc ipſe conceſſit quod faceret eis bonum & daret eis quolibet anno unam eminam frumenti vel valorem, & poſt predicta petivit ipſe Guilielmus à dicta muliere quales homines erant illi, que dixit ſibi quod ſi vellet eos videre oſtenderentur ſibi, & tunc perpendit & credidit quod dicta mulier diceret hoc de hereticis, & poſtmodum tradidit unam eminam frumenti dicte mulieri que mulier vendidit frumentum dicens quod plus volebat habere denarios quam bladum, & tunc ipſe Guilielmus magis credidit quod dictos denarios vel bladum volebat pro hereticis. Predicta conmiſit à IIII°r annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit detectus & citatus. ‡ *Nonageſimo* IIII°.

¶ Johannes de bayſſas filius Petri de bayſſas de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VII°. Kalendas Novembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo patris ſui & matris ſue duos hereticos quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius in quodam ſolario dicte domus & ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & ibidem audivit verba & predicationem dicti Petri Auterii heretici cum patre ſuo & matre ſua, & ibidem ſicut fuit edoctus per dictum Petrum Auterii hereticum adoravit ipſum flectendo genua coram ipſo junctis manibus dicendo boni Chriſtiani benedictionem Dei & veſtram & rogate Deum quod perducat nos ad bonum finem. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in dicta credencia per annum, donec ſcivit quod Raymundus Dominici avunculus ſuus fuit captus. Predicta conmiſit ab octo vel VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios nominatus & detentus in carcere. LI°. † *Ætatis XX. anno- vel circa.*

¶ Raymundus eſpineti junior, filius Raymundi eſpineti de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XVII°. Kalendas Novembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit quadam vice in domo patris ſui duos homines quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius ſicut audivit à matre ſua, & ſalutavit eos capucio extracto dicens ſicut fuerat edoctus boni Chriſtiani Deus teneat vos in gratia ſua, & non remanſit cum eis ibi, ſet ipſis dimiſſis ibidem cum aliis ivit ad jacendum, nec ſcivit tunc quod erant heretici, & hoc fuit per ſex vel ſeptem annos antequam confiteretur judicialiter de predictis. XLVII°. *peregrinationes.*

¶ Paulus de Verduno filius quondam Petri de Verduno de bolhaco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III°. Kalendas Aprilis, anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi à Bernardo borrelli quendam hominem de quo dixit ſibi quod erat in domo dicti Bernardi borrelli & patris ſui & oſtendebat viam Dei & induxit ipſum Paulum quod vellet videre eum & audire & conſentiit, & ivit ad videndum & audiendum ipſum, & invenit eum in domo predicta & ſcivit ibidem quod erat de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem dicti heretici qui legebat in quodam libro de quo poſtea audivit dici quod vocabatur Petrus Auterii vel Petrus Sancii. Item poſt dictam predicationem edoctus per dictum Bernardum borrelli & requiſitus per dictum hereticum fecit reverenciam ibidem dicto heretico flectendo genua ter coram ipſo junctis manibus ‡ ¶ XIIII°.

45.

bus & amoto capucio qualibet vice dicendo benedicite. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & tenere bonam ſectam & fuit in illa credencia quamdiu fuit coram dicto heretico. Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & in muro detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ II°. ‡ ¶ Brayda filia Raymundi fouſerii de bolhaco, uxorque Raymundi gaſanhayre de Verduno ſupra Garonam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII°. Kalendas Marcii, anno Domini M°. CCCX°. vidit & viſitavit pluries Petrum Auterii hereticum ſciens ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſius pluries & aliqua contra fidem ecclefie Romane cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item adoravit dictum hereticum modo hereticali aliquociens, & vidit ab aliis perſonis quas in confeſſione ſua nominat adorari petendo benedictionem ipſius inclinando ſe profunde tribus vicibus junctis manibus, coram ipſo & qualibet vice dicendo benedicite. Item fecit pactum ſeu convenienciam dicto heretico quod vellet eum habere in fine ſuo ut reciperet eam ad ſectam & ordinem ſuum. Item comedit ſemel de pane benedicto heretici. Item ſervivit dicto heretico multis vicibus quando ſtetit dictus hereticus in domo patris & matris ipſius Brayde aliquibus diebus & noctibus. Item miſit eidem heretico per Raymundam uxorem Arnaldi de Canta corpt aliqua comeſtibilia & VII denarios, quando ſcivit dictum hereticum eſſe in quandam borda per dictam Raymundam. Predicta conmiſit à VI annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adducta capta & modico tempore detenta.

¶ Perrinus Maurelli Burgundus filius quondam Egidii Maurelli de bello podio de Garneſio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XIIII°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCIX°. vidit & ſcivit quod iſto anno quo fecit confeſſionem ſuam circa feſtum ſancti Johannis baptiſte venit quidam homo ſenex ad bordam in qua dictus Perrinus morabatur cum Arnaldo fratre ſuo & uxoribus amborum, de quo homine audivit & ſcivit quod vocabatur Petrus Auterii & quod erat hereticus & ſtetit ibi per quinque ſeptimanas & amplius comedendo & bibendo & jacendo. Item poſt adventum dicti Petri Auterii per VIII°. dies venit illuc quidam juvenis pulcher ruphus, de quo audivit & ſcivit quod vocabatur Sancius ſive Sancetus & de quo credidit quod ſimiliter eſſet hereticus & ſteterunt ibi ſimul per tres ſeptimanas, & ſtabant abſconditi in dicta borda, & dictus Perrinus ſemel emit piſces pro eis de pecunia quam dictus Sancetus tradidit ſibi. Item quidam frater dicti Sanceti viſitavit ibi dictos duos hereticos, & duxit inde ſecum dictum Sancetum hereticum. Item quedam filia dicti Petri Auterii heretici de qua audivit quod vocabatur Guilielma viſitavit ibi dictum Petrum hereticum & ſtetit ibi aliquo tempore parvo & receſſit inde dictus hereticus cum eadem, & ſequenti die dictus Petrus Auterii hereticus fuit captus. Item audivit & ſcivit quod quedam mulier que vocabatur Baranhona de ſancto Sulpicio fuit infirma in domo Arnaldi fratris ipſius Perrini apud bellum podium & obiit ibidem, tres anni erant elapſi tempore quo fuit confeſſus dictus Perrinus. Predicta noluit confiteri donec fuit captus & detentus diu & donec Petrus Auterii hereticus dixit ſibi in carcere ubi erat quod confiteretur, & negavit à principio veritatem in judicio de predictis ſepius requiſitus, predictos hereticos non cepit nec capi fecit.

¶ XVIII°. ‡ ¶ Petrus Bernardi de Gomayraco filius Raymundi de Gomayraco de bello podio prope caſtrum Mauronis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio IIII° nonas Maji anno Domini M°. CCCXI°. recepit quadam nocte in domo ſua Petrum Sancii avunculum ſuum ex parte matris de quo erat vox & fama quod erat hereticus & ipſe hoc credebat & dedit eidem avunculo ſuo heretico panem & vinum ad comedendum & caligas & ſotulares & quendam capellum de filtro, & poſt receſſum dicti avunculi ſui heretici inde cuſtodivit quendam doble-

45. b.

rium

rium dicti heretici in quo erat unus liber & alique alie res, & poſt tres vel IIII^{or} dies reddidit & tradidit dictum doblerium cuidam homini qui venit ad ipſum ex parte dicti heretici cum interſigno quod ſibi hereticus dixerat in receſſu. Predicta conmiſit ab uno anno & IIII^{or} menſibus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & in carcere detentus.

¶ Guilielma uxor Raymundi de Gomayraco de bello podio propre caſtrum Mauronis, ſororque Petri Sancii de Garda heretici, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie nonas Maji, anno Domini M°. CCCXI°. vidit in domo Petri Sancii de Garda fratris ipſius quendam hominem juvenem de quo audivit dici quod vocabatur Jacobus & audivit cum aliis perſonis quas nominat verba ipſius Jacobi, inter que audivit ab eo dici quod eccleſia Romana beati Petri erat ſinagoga, & propter hoc & quedam alia que audiverat antea dici & que tunc etiam vidit ibidem credidit tunc & poſt quod dictus Jacobus eſſet hereticus. Item audivit à Petro Bernardi filio ſuo dici ‡ quadam die quod Petrus Sancii predictus, de quo ipſa ſciebat quod erat vox & fama communis quod erat hereticus & fugitivus pro hereſi, fuerat in domo ipſius Guilielme precedenti nocte & comederat & biberat ibidem. Predicta de Jacobo heretico conmiſit à VI annis citra, & predicta de Petro Sancii heretico audivit ab uno anno & tribus menſibus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit adducta capta & in muro detenta. † ¶ XX°.

¶ Johanna uxor Bernardi de ſilva de Caramanno ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XIX°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCX°. vidit & interfuit quod Petrus Sancii hereticus venit adductus per Arnaldum de Artigiis fratrem ipſius Johanne ad Guilielmam matrem ipſorum infirmam decumbentem in lecto in illa infirmitate de qua obiit, & fuit loqutus cum ea & tenebat quendam librum ſuper dictam infirmam in quo legebat & hereticavit & recepit dictam matrem ſuam que obiit ſequenti die, & ipſa Johanna ſcivit quod ille vocabatur Petrus Sancii de Garda & quod erat de bonis hominibus per quos ipſa intellexit de hereticis per predictum Arnaldum fratrem ſuum qui hoc dixit ſibi poſt dictam hereticationem eadem nocte qua fuit factum. Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocata. † LXXIII.

¶ Arnaldus Vitalis de cumba rotgier, filius Raymundi de barrio de cumba rotgier propre grandem ſilvam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio V°. Nonas Maji, anno Domini M°. CCCXI°. recepit in domo ſua & Durandi de barrio fratris ſui duos homines de quibus ſcivit & audivit quod unus vocabatur Petrus Auterii & alter Petrus Sancii, & quamvis à principio neſciverit quod eſſent de illis qui vocantur heretici tamen poſtea ſcivit quod eſſent heretici & dictus frater ſuus conmendavit ſibi vitam & ſectam dicti Petri Auterii ſpecialiter, & ſteterunt ibi à feſto omnium ſanctorum usque ad natale Domini, & ex quo ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici aliquociens ſervivit eis ibidem de aliquibus neceſſariis, & ſalutavit eos capucio extracto, & audivit verba & admonitiones dicti Petri Auterii heretici, & vidit & ſcivit quod dicti heretici fuerunt ibi viſitati per aliquas perſonas quas in confeſſione ſua nominat. Predicta conmiſit à IIII^{or} vel quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios detectus & tandem in carcere detentus & celavit ſeu negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum. ¶ XVI°. ‡

¶ Navarra uxor Petri de linaris de caſtro Mauronis filiaque Bone Dominice de ſancto Johanne de heremo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XIII° Kalendas Aprilis, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Blanche de ferrus avie ſue quendam hereticum qui vocabatur Jacobus & erat juvenis, & ſcivit ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit ibidem verba & predicationem dicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, & requiſita per dictum hereticum fecit eidem convenienciam quod volebat quod dictus hereticus vel aliquis ¶ XII°. ‡

46.

de

de ſociis ſuis eſſet in infirmitate & in fine ipſius Navarre. Item ibidem edocta per dictum hereticum fecit eidem reverenciam junctis manibus flectendo ter genua coram ipſo dicendo qualibet vice benedicite. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere & tenere bonam fidem & ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia modico tempore videlicet quamdiu fuit in domo predicta in qua erat hereticus & poſtea receſſit à dicta credencia quando audivit dici quod gentes vexabantur propter factum hereticorum. Predicta conmiſit à X. vel IX. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & venit per ſe ad confitendum, erat tamen nominata prius & pluries de genere ſuo penitenciati & puniti.

XCVI°. † ¶ Guilielma uxor Petri Gilaberti junioris de ferrus filiaque Arnaldi de auros, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VI°. idus Febroarii, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Guilielmi Monachi ſororii ſui duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Petrum Sancii de Garda, & ſcivit ibidem quod erant de illis qui vocantur heretici, & audivit ibidem verba & admonitiones dicti Petri Auterii heretici cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item alia vice vidit dictum Petrum Sancii hereticum in domo ſua & viri ſui. Item alia vice vidit eundem Petrum Sancii hereticum in domo Petri Raymundi de podio Gitbo de aſſo. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum donec vidit quod illi de domo ſua & viri ſui capiebantur. Predicta conmiſit à tribus annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios nominata & poſtmodum citata.

¶ XXXI°. † ¶ Guilielma uxor Vitalis Gilaberti de ferrus filia quondam Johannis Raynes de monte ferrando prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VI°. Kalendas Novembris, anno Domini M°. CCCXI°. vidit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Petrum Sancii hereticos, & ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, pluries aliquando unum ſolum, & fuerunt ibi heretici predicti pluribus diebus & noctibus in diverſis vicibus jacendo ibidem & comedendo & bibendo de bonis domus, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum, & adoravit eos pluries flexis genibus junctis manibus inclinando ſe profunde coram eis tribus vicibus petendo benedictionem ipſorum. Item audivit à Blanca ſocru ſua quod fecerat hereticari quandam filiam parvulam ipſius Guilielme tunc infirmam per Petrum Sancii hereticum, & inhibuerat ſibi dicta Blanca ne daret lac ad bibendum dicte filie ſue poſt dictam hereticationem, & mortua eſt dicta filia hereticata. Item comedit ter vel quater de pane benedicto hereticorum. Item conceſſit hereticis, ſcilicet Petro & Jacobo Auterii in quadam infirmitate quam habuit quod in fine reciperent eam ad ſectam ſuam. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem in qua ipſi heretici & alii qui ſequerentur eos poſſent ſalvari: & fuit in illa credencia per tres annos, donec vir ſuus & ſocrus ſua predicta fuerunt capti propter factum hereſis.

LXXIIII°. † ¶ Serena uxor Raymundi Pellicerii de Garda, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XIX°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCX°. vidit quod Petrus Sancii hereticus de quo ipſa audiverat prius dici quod erat hereticus & de hoc erat fama in vicinia fuit adductus per Arnaldum de Artigiis fratrem ipſius Serene ad Guilielmam matrem ipſius Serene & Arnaldi infirmam decumbentem in lecto in illa infirmitate de qua obiit & vidit dictum hereticum tenentem quendam librum & legentem in eo ſuper dictam matrem ſuam infirmam, & poſtea dictus hereticus fecit multas inclinationes ibidem: & ſic hereticavit dictam infirmam. Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis nec venit ad confitendum donec fuit citata.

46. b.

¶ XLVIII°. ‡ ¶ Bernardus Guidonis juvenis filius Vitalis Guidonis de garda viridis foleſii, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III°. ydus Januarii,

nuarii, anno Domini M°. cccxi°. vidit in domo vitalis Gilaberti de ferrus ſemel Petrum Auterii hereticum & in domo Raymundi Guidonis de Garda vidit pluries dictum Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & aliquando vidit ambos ſimul aliquando unum ſine alio, & audivit verba & predicationem dicti P. Auterii multociens, & vidit eum legentem in libro illa que docebat & dicebat, & ſalutavit hereticos extracto capucio reverenter, & aſſociavit eos de loco ad locum multociens de nocte cum aliis perſonis quas nominat. Item ſemel ivit miſſus de garda uſque ad bolhacum ad querendum Petrum Sancii hereticum pro Guilielma uxore Petri Gilaberti ſenioris de ferrus que tunc infirmabatur illa infirmitate de qua obiit. Item quadam vice ivit pro piſcibus emendis apud ſanctum Sulpicium pro Petro Sancii & Petro Auterii hereticis & aportavit inde pro eis duas lampredas. Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. Item ſcivit alias perſonas eſſe credentes & conſencientes in facto hereticorum quas in confeſſione ſua nominat. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per annum, donec vidit & audivit quod alii capiebantur propter factum hereticorum. Predicta conmiſit à VII. & à VI. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum ſet fuit captus & in muro detentus antequam vellet confiteri, & celavit in prima confeſſione quam fecit veritatem de aliquibus contra proprium juramentum.

¶ Grazida uxor Guilielmi Geraldi de garrigiis inter Vaurum & viride folium vidit in domo Petri Raymundi de podio Gitbo de Aſſo quendam hominem in quodam ſolario ubi dictus Petrus Raymundi fecit eam aſcendere ad dictum hominem de quo dixit ſibi quod erat bonus homo, & audivit bona verba ab ipſo, & audivit dictum hominem loquentem, & poſtquam deſcenderunt de dicto ſolario & fuerunt inferius in eadem domo tunc audivit dicta Grazida quod dictus homo ſtabat abſconditus quia timebat quod caperetur, & quod erat de illis qui vocantur heretici, & vocabatur Petrus Sancii, Predicta celavit per duos annos. † *Culpa iſtius plenius continetur in libro extractionum ſecundo folio* XVI°.

¶ Johanna uxor quondam Arnaldi Vitalis de Vidaloca de Gaſconia, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. nonas Decembris anno Domini M°. cccx°. ad requiſitionem Guilielmi Monachi de Luganno conſenciit quod iret ad videndum quendam hominem de quo idem Guilielmus dixit ſibi quod erat de illis qui apellantur heretici quem conmendabat ſibi, & ivit dicta Johanna cum predicto Guilielmo de nocte per mediam leucam ad domum dicti Guilielmi ad videndum dictum hominem quem invenit in eadem domo & audivit verba & admonitiones ejus, & legebat ſibi in quodam libro, & audivit quod vocabatur Petrus Sancii de garda. Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit accuſata & detecta & citata, nec voluit confiteri à principio donec fuit arreſtata in porta domus inquiſitionis. †

¶ Raymunda uxor Guilielmi Johannis de Gaure, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XVIII°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. cccx°. vidit in infirmitate de qua Guilielma mater ſua obiit duos homines coram dicta matre ſua quorum unus tenebat quendam librum apertum & legebat in eo coram dicta infirma & poſt fecit aliquas genuflexiones, & tunc ipſa Raymunda neſcivit quod ille homo eſſet hereticus, ſet diu poſt Arnaldus de Artigiis frater ſuus dixit ſibi quod ille homo qui tenebat dictum librum erat Petrus Sancii de garda & erat hereticus, & prius ipſa Raymunda neſciebat quid erat predictum factum ſet ex quo ſcivit quod dictus homo erat hereticus credidit quod tunc hereticaverit matrem ſuam. Predicta vidit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis nec venit ad confitendum donec fuit vocata. † LXXIIIIIIo.

¶ Lombarda filia quondam Poncii de hugonibus & Brune uxoris dicti Poncii prope taravellum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VI°. ydus Julii, anno Domini M°. cccx°. vidit & ſcivit in domo patris ſui & matris ſue XIIII°. *peregrinationes. etatis XVI. annorum.*

ſue quendam hereticum qui vocabatur Amelius duabus vicibus diverſis annis, & ſtetit ibi qualibet vice multis diebus & multis noctibus, & ipſa quandoque ſerviebat ei. Item in eadem domo vidit & ſcivit alium hereticum qui vocabatur Petrus Sancii, qui ſtetit ibi à feſto ſancti Michaëlis usque ad feſtum circumciſionis Domini
47. abſconditus in quadam camera & ipſa multociens ſervivit ſibi de pane & vino & de aliis neceſſariis, & fecit ſibi lectum & lavit ſibi pannos, & audivit ab eodem errores hereticorum contra fidem quod baptiſmus eccleſie qui fit in aqua nichil valebat nec matrimonium, & quod capellani non poterant aliquem abſolvere à peccatis, & quod nullus poterat ſalvari niſi in fide ipſorum hereticorum qui dicebant ſe eſſe bonos homines. Item tunc vidit ibi alium hereticum qui erat frater Petri Auterii qui venit illuc cum quodam alio, & ſtetit ibi tribus diebus & tribus noctibus cum dicto Petro Sancii. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum. Item aufugit quando pater ſuus & mater ſua fuerunt capti & ſtetit in fuga per multos menſes. Item ſcivit & vidit quod pater & mater ſua adoraverunt hereticum, & mater ſua informavit eam quod nullo modo revelaret, quia ſi inquiſitores ſcirent quod ipſi reciperent hereticos conburerentur quia alias fuerant confeſſi de facto hereſis. Predicta conmiſit à quinque annis citra, & etiam in ipſo anno antequam confiteretur de predictis, & negavit à principio veritatem de predictis in judicio pluries equiſita, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta in muro.

LXXII°. ‡ ¶ Guilielma uxor Bernardi hugonis alias cognominati den Adam de hugonibus prope Taravellum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III° ydus Decembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Poncii de hugonibus quendam hominem ſenem cum duabus aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua, & ibidem audivit dictum hominem loquentem aliqua verba de Deo per modum inſtructionis, & quando ipſa receſſit de dicta domo petiit à quadam perſona quam nominat que ibidem erat de dicto homine quis erat, & fuit ſibi dictum quod vocabatur Amelius & erat bonus homo, & tunc ipſa perpendit, & credidit quod eſſet hereticus ex eo quod audiverat eum ſic loquentem de Deo. Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec revelavit pro tempore nec voluit confiteri donec fuit adducta capta & detenta in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ LXXVII°. † ¶ Petrus Aliguerii filius Guilielmi Aliguerii ſenioris de Mirapiſce ſupra tarnum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIII°. die Decembris, anno Domini M°. CCCV°. vidit in domo patris ſui & predicte matris ſue diverſis vicibus & temporibus Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Petrum Raymundi & Andream & Guilielmum Auterii & Amelium hereticos non ſimul ſet aliquando duos, & ſtabant ibi aliquando per plures dies comedendo & bibendo. Item audivit verba & predicationem & admonitiones dictorum hereticorum. Item adoravit eos multociens inclinando ſe profunde tribus vicibus coram eis & dicendo qualibet vice benedicite petendo benedictonem ipſorum, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. Item fecit pactum ſeu convenienciam dictis hereticis quod in fine ſuo reciperetur ad ſectam ipſorum. Item comedit de pane benedicto hereticorum ter vel quater. Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

LXXXIIII°. † ¶ Bovetus Capus filius Johannis Capus de mirapiſce ſupra tarnum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. ydus Januarii, anno Domini M°. CCCX°. quadam vice de nocte juxta ignem vidit in domo patris ſui & matris ſue quendam hominem ſenem cujus nomen neſcivit, & ibidem dictus homo ipſo preſente & audiente & aliis de domo ſua extraxit quendam librum & incepit ibi legere ſibi & aliis multa verba & ibidem audivit & ſcivit quod ille homo erat de illis qui vocantur heretici, & dixit eis quod nullo modo revelarent alicui quod ipſe fuiſſet ibi. Predicta conmiſit à quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus & per alios nominatus.

¶ Jaco-

¶ Jacobus Mercaderii de monte Galhardo prope bornum filius quondam Arnaldi Mercaderii, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. ydus Octobris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Johannis Mercaderii de borno in quodam ſolario duos hereticos quorum antiquior vocabatur Petrus Auterii & alter Jacobus Auterii filius dicti Petri, & ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & ibidem audivit verba & predicationem ipſorum, & hereticus junior legebat in quodam libro, & ibidem ſicut fuit edoctus adoravit dictos hereticos inclinando ſe profunde tribus vicibus coram eis ſuper quandam bancam junctis manibus & dicendo qualibet vice benedicite. Item alia vice vidit dictum Petrum Auterii hereticum in domo Baranhone de ſancto Sulpicio cum quibusdam aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per unum menſem, conmittens predicta à VII annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. †

¶ Petrus Auros de mont aucel filius quondam Durandi Auros prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. ydus Decembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Guilielmi Monachi de luganno in quodam cellario duos homines de nocte cum lumine, & audivit ibidem alterum illorum qui legebat in quodam libro aliqua verba de Deo ſibi & aliis qui preſentes erant quos nominat in confeſſione ſua, de quo homine ſic legente audivit in eadem domo & eadem nocte quod erat frater Vitalis Sancii, & poſtea audivit ipſum nominari Petrum Sancii, de quo Petro Sancii erat vox & fama, & ipſe hoc audiverat quod erat hereticus & propter hoc fugitivus. Predicta conmiſit à IIII^or^ annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec revelavit pro tempore, nec voluit confiteri donec fuit citatus & per alios nominatus, & ſtetit diu areſtatus in porta domus inquiſitionis, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum. LXIX°. ‡ 47. b.

¶ Arnaldus Auros filius quondam Durandi Auros de podeus prope Vaurum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVII°. Kalendas Decembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in infirmitate Johanne filie ſue uxoris Guilielmi monachi qui fuit adductus ad dictam infirmam per quendam quem nominat, & dictus Arnaldus ſciebat tunc dictum Petrum Sancii eſſe fugitivum propter factum hereſis, & credebat tunc ipſum eſſe hereticum & quod veniſſet & vocatus fuiſſet ad hereticandum dictam infirmam quamvis tunc non fuerit hereticata. Item ſequenti nocte vidit predictum Petrum Sancii hereticum in eadem domo in quodam coſterio dicte domus, & audivit verba & predicationem dicti heretici ibidem cum aliis perſonis quas nominat. Predicta conmiſit à IIII^or^ ſeu à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri prima vice quamvis eſſet accuſatus, & ſtetit diu detentus & negavit omnino veritatem in judicio contra proprium juramentum, ſet poſtmodum iterato citatus confeſſus fuit ſet non ſtatim. ¶ XXXI°. *Item* ¶¶ XXXVII°. ‡

¶ Bernardus textoris de rupe ſereria, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. Kalendas Junii, anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi pluries hereticos & vitam & ſectam ipſorum quod tenebant viam Dei & apoſtolorum à Bernarda Guilielma de Aſſo, & induxit eum ad faciendum elemoſinam hereticis, & tradidit ſibi quinque ſolidos regales quod traderet hereticis quos ipſe dabat eis. Item credidit eſſe vera illa que ſibi dicebat dicta Bernarda de hereticis, & ideo dedit eis dictos quinque ſolidos. Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec fuit captus & in muro detentus. ¶XXVII°. †

¶ Bertrandus boerii fogaterius, filius quondam Raymundi boarot qui moratur a la rabinia prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Kalendis Maji, anno Domini M°. CCCX°. aſſociavit de nocte cum Raymundo bertrici de Verlhaco usque rabinam propè VI°. ‡

pe quendam hominem de quo tunc audivit & ſcivit per eundem hominem quod erat de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ejus in via, & ſcivit quod vocabatur Petrus Auterii. Item alia vice in domo dicti Raymundi bertrici vidit alium hereticum qui vocabatur Petrus Sancii, & audivit verba & predicationem ejus. Item quilibet predictorum hereticorum requiſivit ipſum quod faceret eis pactum quod ipſi vocant convenienciam, ſet non fecit. Conmittens predicta de Petro Auterii à duobus annis, & de Petro Sancii à duobus vel tribus menſibus citra ante confeſſionem ſuam de predictis. Predictos hereticos non cepit nec fecit capi, nec venit ad confitendum de predictis donec alii fuerunt capti qui ſciebant factum ſuum.

CCXIX°. † ¶ Raymunda barreria uxor quondam Martini barreria de ſancto papulo ſororque Petri Raymundi heretici, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Julii, anno Domini M°. CCCVII°. ivit duabus vicibus intra dimidium annum ad loquendum cum Petro Raymundi de ſancto papulo fratre ſuo ad duo loca que nominat extra ſanctum papulum mandatus per eum quod iret ad ipſum, & vidit eum & fuit loquta cum eo ſpecialiter de expeditione Bertrandi fratris ipſorum qui tunc tenebatur captus Carcaſſone per inquiſitores, & in ultima vice dictus Petrus Raymundi tradidit ſibi pecuniam uſque ad XXV. libras pro expeditione dicti Bertrandi, & dedit ſibi amplius XX. ſolidos. Item dicta Raymunda ſciebat quod dictus Petrus Raymundi frater ſuus receſſerat de patria iſta olim, XVI. anni erant elapſi. Item poſtquam dictus Petrus Raymundi rediit ad terram iſtam ipſa Raymunda audivit dici quod ipſe erat fugitivus inquiſitorum & reputatus hereticus. Predicta vidit & ſcivit à tribus annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec aliquid aliud de facto hereſis ſeu hereticorum voluit confiteri quamvis pluries fuerit requiſita & ad portam domus inquiſitionis aliquociens ſteterat arreſtata.

48.

XCIIII°. *Item* ¶¶ II°. ¶ Guilielma uxor Johannis Raynes de ſancto Sulpicio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III°. nonas Febroarii, anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Stephana uxore Adzemarii de Cauſſencs inducendo eam & invitando ſi volebat videre eos, cui conceſſit quod libenter videret eos. Item poſtmodum eodem anno dicta Guilielma cum Stephana predicta ivit ad videndum unum ex predictis hereticis in domo Poncii Raynes, ubi invenerunt Jacobum hereticum & audiverunt predicationem ipſius, & hoc fuit dominica in ramis palmarum, dum officium ramorum fiebat dimiſſo officio eccleſiaſtico. Item alia vice vidit in domo ſeu boria ſua & viri ſui Amelium hereticum, qui fuit illuc adductus per Poncium Raynes ad hereticandum Guilielmam ſocrum ſuam, & ipſa vidente ibidem dictus hereticus hereticavit dictam ſocrum ſuam in infirmitate de qua obiit. Item alia vice ivit ad domum Baranhone cum Bernarda ſororia ſua ad videndum predictum Amelium hereticum, & invenit ibi cum dicto Amelio heretico Jacobum hereticum predictum, & quendam alium hereticum de quo audivit quod vocabatur Petrus & erat pater dicti Jacobi. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſit ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum. Predicta conmiſit à VI. annis & à quinque citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

CCLXIX°. † ¶ Bernarda uxor Petri de Sulholet de Sulhols prope villam murum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. ydus Aprilis, anno Domini M°. CCCVIII°. vidit in domo Johannis Mercaderii de borno duos homines ſedentes ibidem juxta ignem ubi Petrus Sancii de Garda fecit eam intrare, & ſedit ibi cum eis, & tunc dictus Petrus Sancii dixit illis hominibus quod dicerent aliqua bona verba, tunc alter illorum hominum aperuit librum & legit in eo multa verba, & tunc dicta Bernarda poſt aliquam pauſam traxit ſe ad partem cum dicto Petro Sancii & petivit ab eo cujusmodi homines erant illi, & dictus Petrus Sancii

dixit

dixit ſibi quod erant amici Dei, & tunc ipſa habuit ſuſpectum factum ipſorum propter verba ipſorum & quia legebant in libro, & petivit amplius ab eodem utrum eſſent heretici, & alter reſpondit ſibi quod erant de illis qui vocantur heretici, & quamvis reprehenderit dictum Petrum Sancii & dictum Johannem Mercaderii quod tenebant ibi dictos hereticos: tamen predicta celavit per IIII^{or} annos nec venit ad confitendum de predictis, donec predictus Johannes Mercaderii fuit captus & confeſſus & uxor ſua & dictus P. Sancii fuit factus hereticus.

¶ Guilielmus de Artigiis filius quondam Poncii de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VII°. ydus Decembris, anno Domini M°. CCCX°. fuit rogatus per quandam perſonam quam nominat in confeſſione ſua quod reciperet in domo ſua Petrum Sancii de garda & quendam alium ſocium ſuum cujus nomen poſtea ſcivit quod vocabatur Petrus Auterii, & de quibus intellexit & ſcivit quod erant de illis qui vocabantur heretici & erant perſequti & fugati & caperentur ſi poſſunt inveniri, & ipſe conceſſit quod reciperet eos in borda ſua in qua dicti heretici fuerunt recepti, & ipſe ſcivit & vidit eos ibidem. Predicta conmiſit à tribus annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro. LXVIII°. †

¶ Arnaldus Sicredi filius quondam Petri Sicredi de Salieth prope Seguer villam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, nonis Febroarii, anno Domini M°. CCCXI°. audivit & ſcivit per Guilielmum Sicredi fratrem ſuum quod Petrus Sicredi pater ipſorum fuerat hereticatus in infirmitate de qua obiit per quendam hereticum qui hereticus adhuc erat in eadem domo patris ipſorum, & dictus Guilielmus rogavit ipſum Arnaldum quod vellet videre hereticum & loqui cum eo, & conceſſit ſibi, & poſtmodum duabus vicibus de nocte dictus Arnaldus venit ad dictam domum, ubi vidit dictum hereticum qui vocabatur Petrus Sancii, & audivit verba predicationis dicti heretici qui legebat in quodam libro cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item poſtmodum ad requiſitionem Raymundi de Morovilla conceſſit & concenſiit quod dictus hereticus rediret ad eandem domum, & ipſe Arnaldus cum Guilielmo & Petro fratribus ſuis paravit quendam locum ſecretum in quo dictus hereticus poſſet ſtare abſconditus, & fecerunt unum foramen in pariete per quod hereticus ſecretius poſſet intrare & exire, & poſtmodum dictus hereticus fuit adductus ad dictam domum per Raymundum de Morovilla, in qua domo dictus Arnaldus vidit predictum hereticum quadam nocte & audivit verba & predicationem ipſius cum aliis perſonis quas nominat, & eadem nocte audito quod dictus Raymundus de Morovilla erat captus per inquiſitorem Tholoſanum dictus hereticus receſſit inde de nocte timens quod caperetur, & ſequenti die venerunt nuncii inquiſitoris ad capiendum ibidem dictum hereticum, & dictus Arnaldus ſepius requiſitus promiſſa ſibi gratia ex parte inquiſitoris ſi dictum hereticum redderet aut dirigeret ad habendum ipſum, noluit revelare aliquid de predictis. Interrogatus de credencia hereticorum negat eandem. Predicta conmiſit à tribus menſibus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit detentus in muro, & negavit à principio veritatem. ¶ LXII°. ‡ 48°. b.

¶ Raymunda uxor Arnaldi Sicredi de Salieth prope Seguer villam filia quondam Arnaldi Audian de maſcar villa, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, X I°. Kalendas Marcii, anno Domino CCCX I°. audivit dici iſto anno tempore vindemiarum à Bona ſororia ipſius quod in domo Petri Sicredi tunc defuncti erat quidam homo qui vocabatur Petrus & erat hereticus & quod Petrus Sicredi ſocer dicte Raymunde & pater dicte Bone in infirmitate de qua obierat hereticatus fuerat per dictum herticum. Item poſt predicta nuper in adventu Domini dictus Petrus hereticus fuit in domo ipſius Raymunde & Arnaldi Sicredi mariti ſui, & ſtetit ibi duobus diebus & duabus noctibus, & jacebat in quodam loco dicte domus ubi intrabat per quoddam foramen, & dicta Raymunda quadam die Veneris paravit predicto heretico alliatam bullitam, & ſequenti die paravit pro eodem caules quos miniſtravit & tradidit di- ¶ LXXI°. †

cto heretico & panem & vinum per dictum foramen. Item qualibet nocte audivit cum aliis perſonis quas nominat verba & predicationem dicti heretici, qui legebat illa que dicebat in quodam libro. Interrogata ſi credidit hereticum eſſe bonum hominem & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, reſpondit quod non, ſet illa que fecit ſibi faciebat ad mandatum Guilielmi Sicredi ſororii ſui. Predicta conmiſit infra tres menſes aut IIII^{or} antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec maritus ſuus & fratres mariti ſui fuerunt detenti capti & donec ipſa fuit vocata ad confitendum.

¶ LXXII°. † ¶ Galharda uxor Guilielmi Sicredi junioris de Salieth prope Seguer villam filia quondam Petri Fabri de cotencho, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XI°. Kalendas Martii, anno Domini M°. CCCXI°. vidit in domo in qua ſtabat Petrus Sicredi ſocer ſuus quando vivebat iſto anno in vindemiis poſt mortem dicti ſoceri ſui quendam hominem qui tenebat quendam librum in manu quodam, ſero de nocte cum predicto marito ſuo, de quo homine audivit & ſcivit poſt aliquos dies à Petro Sicredi ſororio ſuo vel à predicto marito ſuo quod erat hereticus. Item poſt predicta nuper ante natale venit quidam homo de nocte cum Raymundo de Morovilla ad domum ipſius Galharde & mariti ſui, ubi jacuerunt illa nocte, & dictus homo remanſit ibi & ſtetit duobus diebus & duabus noctibus & jacebat in quodam loco ſecreto ubi intrabat per quoddam foramen quod erat factum in pariete, & audivit duabus noctibus cum aliis perſonis quas nominat verba & admonitiones dicti hominis qui legebat in quodam libro, & audivit & ſcivit dicta Galharda per maritum ſuum quod predictus homo erat ille quem prius viderat in domo dicti ſoceri ſui, de quo audiverat tunc dici quod erat hereticus. Interrogata, ſi credidit quod heretici eſſent boni homines & haberent bonam fidem in quo homo poſſet ſalvari, reſpondit quod non, ſet illa que vidit & ſcivit de predictis fecit propter metum mariti ſui. Predicta conmiſit à tribus vel à IIII^{or} menſibus infra & citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec maritus ſuus & ſororius ſuus fuerunt capti & detenti & ipſa fuit vocata ad confitendum.

49.

† ¶ Bernardus Sicredi filius quondam Petri Sicredi de Salyeth, ſicut legitime nobis conſtat tam per ipſius confeſſionem factam coram penitenciario domini pape III°. idus Febroarii Vienne, pontificatus domini Clementis pape quinti anno VII°. quam per confeſſionem factam poſtmodum coram inquiſitore Tholoſano & vicariis domini epiſcopi Tholoſani pridie nonas Aprilis anno Domini M°. CCCXII°. Raymundus Sicredi frater ipſius dixit ſibi quod quidam de illis bonis hominibus qui vocantur heretici erat in domo patris ipſorum & petivit ab eo ſi volebat eum videre, cui reſpondit quod ſic libenter, & nocte ſequenti ivit illuc ad videndum dictum hereticum, & vidit ipſum & audivit verba & predicationem ibidem cum aliis perſonis quas nominat. Item audivit à dicto Raymundo fratre ſuo quod dictus hereticus venerat illuc ad hereticandum Petrum Sicredi patrem ipſorum qui erat mortuus paulo ante. Item altera vice vidit & viſitavit in eadem domo dictum hereticum & audivit ipſum legentem in quodam libro cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. Item altera vice vidit eundem hereticum in eadem domo in hoſtio cujusdam camere. Item poſtmodum quando fratres ipſius Bernardi fuerunt capti audivit dici quod dictus hereticus vocabatur Petrus Sancii de Garda. Predicta conmiſit à feſto beati Michaelis citra eodem anno quo confeſſus eſt judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec IIII^{or} fratres ſui fuerunt capti propter factum heretici, & tunc ivit ad curiam Romanam ad confitendum, & inde fuit remiſſus cum literis ad dominum epiſcopum Tholoſanum & inquiſitores.

† ¶ Bona filia quondam Petri Sicredi, uxorque quondam Petri Johannis barutelli de Tholoſa, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, tam coram penitenciario domini pape III° ydus Febroarii Vienne pontificatus domini Clementis pape quinti anno VII°. quam per confeſſionem factam poſtmodum coram inquiſitore Tholoſano & vicariis domini epiſcopi Tholoſani pridie nonas

nas Aprilis anno Domini M°. CCCXII°. audivit à patre ſuo loqui ſibi de facto cujusdam heretici inducendo eam quod vellet conſentire quod veniret & ſtaret in domo dicti patris ſui & quod reciperet ad ſectam & ordinem ſuum Aycelinam uxorem dicti patris ſui & matrem ejus infirmam ſet ipſa noluit conſentire. Item paucis diebus poſt pater ipſius fuit infirmus infirmitate de qua obiit, & tunc ipſa audivit & ſcivit quod quidam hereticus venerat illuc ad recipiendum dictum infirmum ad ordinem ſuum, & in illo tempore conſentiit quod videret dictum hereticum & audiret eum. Item duabus vicibus durante infirmitate patris ſui vidit ibi dictum hereticum & audivit verba & predicationem ipſius cum aliis perſonis quas nominat, & audivit dictum hereticum dicentem dicto patri ſuo infirmo quod non debebat comedere niſi poſſet dicere pater noſter. Item audivit à dicto patre ſuo quod de cetero ipſa non tangeret eum quia nulla mulier debebat tangere eum quia dictus hereticus receperat eum ad ordinem ſuum, & ex tunc non tetigit eum, & ex tunc non vidit dictum patrem ſuum comedentem neque bibentem niſi aquam frigidam. Item poſt mortem dicti patris ſui ſtetit ibi dictus hereticus per VIII°. dies, & tunc ipſa vidit ibi dictum hereticum aliquociens & audivit verba & predicationem ipſius cum aliis perſonis quas nominat. Item ipſa ſervivit tunc aliquociens dicto heretico parando ei coquinam. Item poſtquam capti fuerunt fratres ipſius Bone audivit dici quod dictus hereticus vocabatur Petrus Sancii. Predicta conmiſit & vidit & ſcivit per dimidium annum antequam confiteretur judicialiter de predictis, ſcilicet à feſto ſancti Michaëlis citra, nec ivit ad confitendum & revelandum predicta donec fuerunt capti IIII^or^ fratres ſui propter dictum hereticum, & tunc cum Bernardo fratre ſuo ivit ad curiam apud Viennam ad confitendum, & inde fuit remiſſa cum literis domini penitenciarii majoris ad dominum epiſcopum Tholoſanum & inquiſitorem pro penitencia inponenda. 49. b.

¶ Guilielma de more filia quondam Guilielmi de more de taravello, uxor Petri Andree qui fuit oriundus de Verduneto & modo moratur Tholoſe in baſtida de ſtella, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XVI° Kalendas Januarii, item XIII°. Kalendas Januarii anno Domini M°. CCCXI°. vidit & ſcivit in domo in qua morabatur Tholoſe & in domo in qua morabatur na bonaſſias Petrum filii de taravello pluries iſto anno, & comedit & bibit cum eo quem ſciebat eſſe fugitivum pro facto hereſis. Item in eadem domo in qua morabatur dicta bonaſſias ſcivit eſſe & ſtare abſconditum quendam hominem, & etiam ſemel vidit ipſum de quo audivit & intellexit per dictum Petrum filii & dictam bonaſſias qui ſibi miniſtrabant neceſſaria ibidem quod erat de illis bonis hominibus qui vocantur heretici, quos inquiſitores perſequuntur & faciunt capi, & ideo ſtabat abſconditus quia timebat capi per inquiſitores. Item pro dicto heretico fecit duos vel tres panes moſletos, quos portavit ad dictam domum pro dicto heretico & tradidit ibidem Petro filii qui preſentavit eos heretico qui ſtabat abſconditus in quadam camera. Item eadem die vel ſequenti Petrus Andree maritus ſuus portavit ſibi quandam parvam petiam panis dicens quod erat de pane benedicto per dictum hereticum quem apellabat bonum hominem, & ipſa accepit & comedit. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo portavit predictos panes predicto heretico usquequo fuit capta cum predicto marito ſuo dominica III^a^. adventus Domini. Predicta conmiſit à dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & fuit adducta capta & in muro detenta antequam vellet confiteri de predictis. ¶ XXXVII°. ‡

¶ Johannes bolha filius Petri bolha de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, die Jovis in feſto apoſtolorum Simonis & Jude, anno Domini M°. CCCV°. audivit ab Yſarno bolha fratre ſuo ſi volebat videre de illis bonis hominibus qui loquebantur de Deo, & conceſſit ei quod ſic, & poſt dictus Yſarnus adduxit ad domum ipſorum Jacobum Auterii, & audivit cum aliis perſonis quas nominat verba dicti Jacobi ibidem inter que audivit eum dicentem quod in ipſo erat ſalvatio & ſi aliquis in fine ſuo reciperet ab ipſo ordinationem ſal- XVI°. †

ſalvabatur, & ibat in paradiſum, & poſt ipſe Johannes cum aliis perſonis quas nominat ad inſtructionem dicti Jacobi & dicti Yſarni fratris ipſius Johannis adoravit dictum Jacobum flectendo genua ter & petendo benedictionem ab eo, dixit tamen dictus Johannes quod tunc neſciebat dictum Jacobum eſſe hereticum, dubitabat tamen de conditione ejus, & poſtea audivit à dicto Yſarno fratre ſuo quod dictus Jacobus erat de illis qui vocantur heretici. Item alia vice poſt in campmaſio ubi morabatur vidit pluries Petrum Raymundi & Amelium, de quibus audivit & ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & ſteterunt ibi aliquibus diebus & noctibus, & audivit predictum Petrum Raymundi proponentem verba ſua & predicantem quaſi ſimilia ſicut fecerat dictus Jacobus. Interrogatus, ſi credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide eorum, dixit quod non ex quo ſcivit & audivit dici quod erant heretici, ſet quando primo audivit dictum Jacobum & adoravit eum credebat ipſum eſſe bonum hominem. Predicta conmiſit à duobus annis & a duobus menſibus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

50. ¶xxxix° *It.* ccc°. xlvii°. † ¶ Petrus fabri filius quondam Guilielmi fabri alias cognominati Bacalar de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, viii°. ydus Aprilis, anno Domini m°. ccc ix°. ivit cum Petro bernerii apud Tholoſam ad videndum Cerdanam ſororem ſuam & loquendum cum ea, de qua Cerdana ipſe ſciebat quod erat fama publica in Verduneto quod olim receſſerat in Lombardiam ad hereticos cum Guilielmo patre ipſorum & cum Bertrando engilbaudi avunculo ipſorum & cum alia Cerdana amita ipſorum. Item ſciebat quod dicta Cerdana timebat capi pro crimine hereſis. Item poſt predicta dicta Cerdana & Guilielmus falqueti qui tunc erat pro hereſi fugitivus venerunt quadam nocte apud Verdunetum ad domum in qua dictus Petrus morabatur cum matre ſua & duobus fratribus ubi ipſe vidit eos. Predicta ſcivit à iiii^or annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & celavit predicta in judicio alias antea requiſitus.

l°. ‡ ¶ Arnaldus de Clayraco de Verlhaco filius quondam Bernardi de Clayraco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio v°. ydus Auguſti, anno Domini m°. ccc ix°. audivit pluries conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Guilielmo de Clayraco fratre ſuo inducendo ipſum ad amorem & credenciam ipſorum. Item poſt predicta ivit ad domum Petri de Clayraco fratris dicti Arnaldi ubi audiverat eſſe unum ex dictis hereticis, & invenit ibi quendam hominem ſenem in quodam ſolario de quo audivit & ſcivit ibidem quod vocabatur Petrus Auterii & quod erat de illis qui vocantur heretici, & audivit ibidem predicationem ejus qui legebat in quodam libro, & poſtmodum dictus hereticus poſuit manum ſuper caput ejus dicendo benedicite, & dixit dicto Arnaldo quod diceret benedicite, quod & fecit. Item alia vice vidit & viſitavit ibidem dictum hereticum & audivit predicationem ejus contra fidem eccleſie Romane. Item quadam vice duxit predictum hereticum cum Petro Sancii heretico ad domum ſuam, & audivit ibidem verba & predicationem Petri Auterii heretici & errores expreſſe contra hoſtiam conſecratam & quod crux non debebat adorari & quedam alia contra Romanam eccleſiam. Item quadam vice ivit ad quendam locum quem nominat pro dicto Petro Auterii heretico, quem duxit & aſſociavit de illo loco usque ad domum Guilielmi de Clayraco qui volebat habere dictum hereticum pro Raymunda uxore Petri de Clayraco nuru dicti Guilielmi de Clayraco tunc infirma. Item comedit ſemel de pane de quo fuit ſibi dictum quod erat panis benedictus hereticorum. Predicta conmiſit à tribus annis & à duobus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

lx°. † ¶ Johanna uxor Arnaldi de Clayraco de Verlhaco ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, v°. ydus Auguſti, anno Domini m°. ccc ix°. audivit conmendari à marito ſuo quendam hominem quod erat bonus homo & volebat venire ad domum ſuam ad videndum eam, & ipſa conſentiit, & venit illuc dictus homo de quo audivit quod vocabatur Petrus Auterii, & ſtatim ſuper-

pervenit alter de quo audivit quod vocabatur Petrus Sancii, & ibidem audivit & ſcivit per eosdem quod dicebant ſe eſſe bonos homines, ſet aliqui alii vocabant eos hereticos, & ibidem dictus Petrus Auterii hereticus legit multa verba de epiſtolis & euangeliis. Item alia die poſt predicta fecit unam placentam quam tradidit Petrone uxori Petri de Clayraco pro dicto Petro Auterii heretico, quem credebat eſſe in domo dicte Petrone. Item poſt predicta alia vice vidit predictum Petrum Auterii hereticum in domo Bertrandi Salas cum Raymunda ſorore dicte Johanne & ſalutaverunt ipſum & ſederunt ibi cum eo. Item quadam vice dicta Petrona portavit dicte Johanne unam parvam petiam panis dicens quod erat panis de Deo & Petrus Auterii mittebat eum ſibi ut comederet, & ipſa accepit & poſuit in quodam loco. Predicta Johanna negat credenciam hereticorum & adorationem & pactum ſe feciſſe heretico. Predicta conmiſit ab uno anno & dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

¶ Petrus de fargis, filius Vitalis de fragis qui moratur apud villam bremier in riperia carm, per ſe veniens vidit in quadam domo cujusdam perſone quam nominat Petrum Auterii hereticum loquentem de doctrina ſua & quendam alium hominem cum eo qui vocabatur Petrus de quo credit quod eſſet hereticus, & tunc dictus Petrus Auterii hereticus dixit quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici. Predicta celavit per unum annum. ‡ 50. B.

¶ Arnaldus Johannis alias cognominatus Canhart, filius quondam Jordani de Marlhaco de parochia de tecone prope Candelium qui nunc moratur in viridi folio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XIII°. Kalendas Decembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit Petrum Auterii & Jacobum Auterii hereticos ſciens ipſos eſſe tales in domo Vitalis Sancii de Garda cum quo morabatur conducticius, qui oſtendit eos ſibi in quadam camera domus ſue, ubi audivit verba & predicationem dictorum hereticorum, & ibidem adoravit eos inclinando ſe coram eis bis vel ter ſicut vidit ab aliis fieri ibidem, quos nominat in confeſſione ſua, ſicut fuit edoctus. Item alia vice vidit predictum Jacobum hereticum in quadam alia domo cujusdam quem nominat cum quibusdam aliis perſonis. Iſte negat quod non fuit in credencia hereticorum. Predicta conmiſit à ſeptem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & detentus in muro & per alios accuſatus & nominatus. ‡

¶ Petrus Majoris de viridi folio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III° nonas Maji, anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi à quibusdam perſonis quas nominat hereticos & vitam & ſectam ipſorum, & quod erat bonum facere eis elemoſinam inducendo ipſum ad amorem & credenciam ipſorum. Item poſtmodum tradidit XII. denarios Petro de Artigiis qui erat unus ex illis qui conmendaverant ſibi hereticos ad hoc quod traderet ſeu redderet dictos denarios hereticis. Item alia vice poſt tradidit XIIII. denarios Geraldo de Artigiis, qui conmendaverat ſibi hereticos, ut redderet eos hereticis quos ipſe dabat eis. Item alia vice poſt tradidit Michaëli Miro de viridi folio, qui conmendaverat ſibi vitam & ſectam hereticornm mediam punheriam falbarum ad dandum hereticis precium ipſarum. Item conmendavit hereticos & factum ipſorum aliquibus perſonis quas in confeſſione ſua nominat. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in ſecta ipſorum propter illa que audivit dici de hereticis à perſonis que conmendaverunt eos ſibi. Predicta conmiſit à XXV. annis & ab VIII°. & à quinque & à IIII^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per quosdam alios revelatus & poſtmodum citatus. †

¶ Petrona uxor Raymundi Aribaudi de Valle prope Vaurum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII°. ydus Decembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Guilielmi Monachi de luganno in quodam cellario de nocte ad lumen quendam hominem de quo poſtea in eadem domo au- †

vit & ſcivit quod erat Petrus Sancii de Garda de quo erat fama in terra & ipſa audiverat hoc dici quod erat hereticus, & audivit cum quibusdam aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua dictum Petrum Sancii legentem ſibi & aliis qui preſentes erant aliqua verba per modum inſtructionis. Item alia vice poſt predicta per duos menſes vidit dictum Petrum Sancii hereticum in domo Petri Raymundi de podio Gitbonis apud Aſſum in quodam ſolario, & ibidem audivit verba & inſtructionem dicti heretici cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. Predicta conmiſit à tribus ſeu IIII^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec revelavit pro tempore nec voluit confiteri donec fuit per alias perſonas detecta & accuſata & poſtmodum citata & arreſtata in porta domus inquiſitionis & detenta in muro & negavit à principio veritatem.

peregrinationes.

51. ¶ Alazayt uxor quondam Arnaldi Aurioli de Aſſo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVII°. Kalendas Julii, anno Domini M°. CCCIX°. in infirmitate Guilielmi de boſco generi ſui de qua obiit Tholoſe viſitavit ipſum, & quadam die Alazayt filia ſua uxor dicti Guilielmi dixit ſibi quod ibi debebat venire ad dictum infirmum unus dominus cum quadam domina, & tunc ipſa ſuſpicata eſt quod hoc volebat dicere dicta filia ſua de aliquo heretico & petivit ab eo ſi volebat hoc dicere de heretico, & dicta filia ſua ſubjunxit quod taceret, & tunc ipſa redarguit eam & increpavit ne fieret, & dicta filia ſua è contrario dicebat immo fiet, & tunc ipſa receſſit de hoſpicio & poſtmodum rediit, & quando fuit in hoſpicio dicti infirmi intravit poſt eam quedam mulier quam poſtea audivit nominari Guilielmam de proaudo uxorem Martini de proaudo & quidam homo cum ea & petivit quid faciebat dictus infirmus, & intravit dicta Guilielma & ille homo cameram ubi decumbebat infirmus, & dicta Alazayt remanſit extra & poſtmodum exiverunt dicta Guilielma & ille homo & receſſerunt, & dictus homo dixit in receſſu Johanni filio dicte Alazayt quod ſi aliquis peteret ab eo quis erat ille homo qui fuerat ibi reſponderet quod medicus erat, quibus auditis & viſis dicta Alazayt fortius & amplius quam primo ſuſpicata eſt & credidit quod ille homo eſſet hereticus propter verba que audiverat & intellexerat à dicta filia ſua & quia ille homo nichil fecerat infirmo quod pertineret ad medicum, & credit quod dicta filia ſua procuraverit quod ille homo veniret ad infirmum ad faciendum illud quod heretici faciunt infirmis. Predicta fuerunt IIII^{or} anni vel circa erant elapſi tempore quo fuit confeſſa judicialiter de predictis, nec venit ad revelandum predicta donec filia ſua fuit capta & confeſſa de predictis & dicta Alazayt fuit citata & nominata & detenta in muro, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

peregrinationes.

¶ Brulhes filia Johannis Capus de mirapiſce ſupra tarnum, etatis XVIII. annorum, uxor Arnaldi de prato junioris de mirapiſce predicto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. ydus Januarii, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo patris ſui & matris ſue quadam nocte quendam hominem ſenem cujus nomen neſcivit, & ſtetit ibi circa ignem cum ipſa & aliis perſonis de domo & aperuit quendam librum, & incepit in eo legere & predicare & dicere multa verba de Deo & aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua, & inter cetera audivit ab eodem quod ipſe erat de illis qui à gentibus vocantur heretici & quod non revelarent ipſum alicui, & poſtea ivit alibi ad jacendum, & quedam perſona quam nominat in confeſſione ſua duxit eum. Predicta conmiſit à quinque annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocata.

peregrinationes.

¶ Mauranda filia Hugonis Maurandi de Mirapiſce ſupra tarnum etatis XVII. annorum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III° ydus Januarii, anno Domini M°. CCCX°. audivit conmendari hereticos à patre ſuo qui inducebat eam ut vellet conſentire in facto hereticorum, & poſtmodum vidit in domo Guilielmi Aliguerii Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium ejus, de quibus audivit & ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & audivit verba

ba & predicationem & doctrinam ipſorum, & ſicut fuit edocta adoravit eos inclinando ſe tribus vicibus coram eis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ſimiliter adorari ab aliis quas nominat in confeſſione ſua. Item ſcivit & vidit quod dictus Petrus Auterii hereticus ſtetit in domo patris ſui & matris ſue aliquibus diebus & aliquibus noctibus comedendo & bibendo & jacendo ibidem duabus vicibus in diverſis temporibus. Item una vice ivit pro dicto Petro Auterii heretico ad domum Johannis capus & adduxit eum inde ad patrem ſuum de nocte qui duxit eum alicubi ad jacendum. Item audivit à patre ſuo quod alia vice & alio tempore Petrus Auterii & Petrus Sancii ſteterunt in domo predicta patris ſui per longum tempus. Predicta conmiſit à ſex vel ſeptem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, venit autem ad confitendum non citata, ſet erat prius acuſata & pater ſuus per ſentenciam inmuratus.

¶ Grazida filia quondam Raymundi bolha de Verduneto etatis XVII. annorum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. nonas Febroarii, anno Domini M°. CCCIX°. vidit quendam hominem in domo Petri Yſabe de Verduneto cum Raymunda filia dicti Petri, de quo dicta Raymunda dixit eidem Grazide poſtquam receſſerant de dicta domo ambe ſimiliter quod erat multum bonus homo & quod pro toto mundo non tangat mulierem, & quod ſalvabat animas, & quod aliquis non poterat ſalvari niſi ipſe eſſet in fine ipſius, & tunc dicta Grazida ſuſpicata eſt & credidit quod dictus homo eſſet hereticus, & dicta Raymunda dixit ſibi quod vocabatur Raymundus cujus cognomen neſcivit tunc, ſet diu poſt quando fuit captus audivit dici quod cognominabatur Raymundus Fabri. ¶ Item alia vice ſequenti die in eadem domo cum dicta Raymunda vidit Raymundum Fabri qui exivit de quadam camera, & ſalutavit eum, & ſederunt ibidem & incepit loqui dictus Raymundus aliqua verba de Deo & de ſanctis ; & inter alia dixit quod ipſe erat bonus homo & bonus Chriſtianus & tenebat viam Domini & apoſtolorum, & tunc dicta Graſida quando audivit eum ſic loquentem magis ſuſpicata eſt & magis credidit quod erat hereticus, quem non fecit capi nec revelavit alicui qui poſſet eum capere. ¶ Item hoc anno ante feſtum beati Luche quidam homo venit ad bordam ubi dicta Graſida morabatur, & pulſavit ad hoſtium petens ſi erat dicta Graſida, & tunc exiverunt aliqui de domo quos nominat, & viderunt ipſum fugientem & inſequti ſunt & ceperunt eum, & tunc audivit quod ille erat Raymundus fabri. ¶ Predicta conmiſit per unum annum & amplius antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit adducta capta.

peregrinationes.

Sentencia & penitencia Cruceſſignatorum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Nos preffati inquiſitores & vicarii, & Guilielmus de ſancto Amantio officialis Caturcenſis & archipresbyter podii Celſi vicarius in negocio inquiſitionis pro domino Raymundo epiſcopo Caturcenſi, cui nos vicarii ſupradicti domini epiſcopi Tholoſani conceſſimus in preſenti negocio hac die & loco & hac vice poſſe diffinire & ſentenciare quantum ad perſonas & de perſonis dumtaxat dyoceſis Caturcenſis. Quia legitime nobis conſtat quod tu Raymunde de Narrica de avinioneto; ¶ & tu Raymunda uxor Raymundi de momolo; ¶ & tu Guilielme Adzemarii vos duo de aſſo; ¶ & tu Johannes de bayſſas fili Petri de bayſſas; ¶ & tu Raymunde eſpineti junior fili quondam Raymundi eſpineti ſenioris de borno; ¶ & tu Paule de Verduno de bolhaco; ¶ & tu Brayda filia Raymundi teulerii de bolhaco uxorque Raymundi gazanhayre de Verduno; ¶ & tu Perrine Maurelli burgunde de bello podio de garneſio; ¶ & tu Petre Bernardi de Gomayraco; ¶ & tu Guilielma uxor Raymundi de Gomayraco ſororque Petri Sancii heretici vos duo de bello prope caſtrum Mauronis; ¶ & tu Johanna uxor Bernardi de ſilva de Caramanno; ¶ & tu Arnalde Vitalis de barrio de Cumba Rotgier; ¶ tu Navarra uxor Petri de linars de caſtro Mauronis; ¶ & tu Guilielma

51. b.

uxor Petri Gilaberti junioris; ¶ & tu Guilielma uxor Vitalis Gilaberti de ferrus; ¶ & tu Serena uxor Raymundi Pellicerii junioris; ¶ & tu Bernarde Guidonis fili Vitalis Guidonis de garda; ¶ & tu Grazida uxor Guilielmi Geraldi de garrigiis; ¶ & tu Johanna uxor quondam Arnaldi Vitalis de Vidaloca de Gaſconia; ¶ & tu Raymunda uxor Guilielmi Johannis de gaure; ¶ & tu Lombarda filia quondam Poncii dels hugos; ¶ & tu Guilielma uxor Bernardi hugonis alias cognominati den Adam; ¶ & tu Jacobe Mercaderii de monte gulhardo prope bornum; ¶ & tu Petre aliguerii fili Guilielmi aliguerii ſenioris; ¶ & tu Bonete Capus fili Johannis Capus de Mirapiſce; ¶ & tu Petre Auros de mont aucel; ¶ & tu Arnalde Auros de podens; ¶ & tu Bernarde textoris de rupe ſireria; ¶ & tu Bertrande boerii fogaſſerie de rabinia dyoceſis Caturcenſis; ¶ & tu Raymunda barreria ſoror Petri Raymundi heretici de ſancto papulo; ¶ & tu Guilielma uxor Johannis Raynes de ſancto Sulpicio; ¶ & tu Bernarda uxor Petri de ſulholet de ſulhols; ¶ & tu Guilielme de Artigiis, ¶ & tu Arnalde ſicredi; ¶ tu Raymunda uxor Arnaldi ſicredi; ¶ & tu Galharda uxor Guilielmi ſicredi junioris; ¶ & tu Bernarde ſicredi; ¶ & tu Bona ſoror dicti Bernar di uxorque quondam Petri Johannis barutelli, vos predicti quinque de Salyetz; ¶ & tu Guilielma filia quondam Guilielmi More, uxorque Petri Andree de Verduneto; ¶ & tu Johannes bolha filius Petri bolha; ¶ & tu Petre fabri fili quondam Guilielmi fabri alias cognominati Bacalar de Verduneto propre Saxiacum; ¶ & tu Arnalde de Clayraco; ¶ & tu Johanna uxor dicti Arnaldi de Clayraco de Verlhaco; ¶ & tu Petre de fargis fili Vitalis de fargis de villa bremier; ¶ & tu Arnalde Johannis qui alias cognominaris canhart; ¶ & tu Petre major de viridi folio; ¶ & tu Petrona uxor Raymundi aribaudi de valle; ¶ & tu Alazayt uxor quondam Arnaldi aurioli de aſſo; ¶ & tu Brulhes filia Johannis Capus; ¶ & tu Mauranda filia Hugonis Maurandi de Mirapiſce; ¶ & tu Grazida filia quondam Petri Bolha de Verduneto. Tam graviter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes prenominatos nunc ſaniori utentes conſilio ad eccleſie unitatem prout aſſeritis redire volentes, abjurata prorſus hic publice coram nobis in judicio omni heretica pravitate, abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab excommunicationis vinculis quibus tenebamini aſtricti ratione criminis memorati, ſi tamen ad unitatem eccleſie de corde bono & fide non ficta redieritis & injuncta vobis mandata ſervaveritis, & quia in Deum & ſanctam eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, vobis conparentibus coram nobis hac die ad recipiendum penitenciam ſuper conmiſſis in crimine hereſis aſſignata, inponimus & injungimus duas cruces de filtro crocei coloris portandas, unam anterius ante pectus & aliam poſterius inter ſpatulas in omni veſte veſtra, ſine quibus prominentibus intra domum vel extra nullatenus incedatis, quarum quantitas ſit in longitudine duorum palmorum & dimidii brachium unum, & duorum palmorum brachium aliud, ſcilicet transverſale, & trium digitorum in latitudine utrumque brachium, & easdem refficiatis vel innovetis ſi rumpantur vel defficiant vetuſtate. Item peregrinationes & viſitationes eccleſiarum ſancti Stephani & ſancti Saturnini Tholoſe & alia generalia, que litere penitenciarum veſtrarum que vobis concedentur plenius continebunt. ¶ Tibi verò Alazayt Auriola, ¶ & tibi Raymundo eſpineti juniori, ¶ & tibi Lombarde filie quondam Poncii dels hugos, ¶ & tibi Brulhes filie Johannis Capus, ¶ & tibi Maurande filie Hugonis Maurandi, ¶ & tibi Grazide filie quondam Raymundi bolha, parcimus à crucibus intuitu pietatis. ¶ Et quia tu Raymunde de Narrica, & tu Raymunda uxor Raymundi de Momolo, ¶ & tu Guilielme Adzemarii, ¶ & tu Paule de Verduno, ¶ & tu Brayda filia Raymundi teulerii, ¶ & tu Perrine Maurelli, ¶ & tu Arnalde Vitalis de Verduno de barrio, ¶ & tu Bernarde Guidonis, ¶ & tu Guilielma uxor Bernardi hugonis den Adam, ¶ & tu Petre Auros, ¶ & tu Arnalde Auros, ¶ & tu Guilielma uxor Johannis Raynes, ¶ & tu Guilielme de Artigiis, ¶ & tu Arnalde ſicredi, ¶ & tu Guilielma filia quondam Guilielmi de More, ¶ tu Arnalde de clayraco, & tu Petre de fragis, & tu Arnalde Johannis, gravius & amplius deliquiſtis pejerando à principio in judicio conſtituti, ſuperaddi-

52.

mus

mus vobis quod cruces quas vobis inponimus ſint duplices. Retenta nobis & noſtris ſucceſſoribus in hoc officio poteſtate, augendi minuendi migitandi conmutandi ſeu etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam.

Lata fuit hec ſentencia anno die & loco quibus ſupra in publico ſermone preſentibus & aſſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Culpe inmuratorum.

¶ Raymundus Vaſconis filius quondam Petri Vaſconis de aſſo qui alias cognominatur de fayſſes, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Octobris, anno Domini M°. cccx°. voluit & conſentiit & procuravit quod Johanna mater ſua in infirmitate de qua obiit fuit hereticata & recepta ad ſectam & ordinem hereticorum per Petrum Auterii hereticum quem ipſe Raymundus adduxit ad dictam infirmam, & ipſo preſente & vidente hereticavit eam. Item in eadem infirmitate dicte matris ſue ipſo procurante & ſciente Petrus Sancii hereticus fuit adductus ad dictam infirmam ad videndum & ſciendum ſi pecaverat in aliquo contra ordinem quem receperat ab alio predicto heretico. Item ipſe portavit ex parte dicte infirme unum linteamen cuidam perſone quam nominat ut traderet illud predicto heretico cui dabat. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per tres ſeptimanas. Predicta conmiſit à VI. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit citatus & arreſtatus in porta & in carcere poſitus, & negavit veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Bernarda Guilielma uxor quondam B^i. Guiliemi de aſſo qui fuit inmuratus, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVIII°. Kalendas Febroarii, anno Domini M°. cccx°. quando Bernardus Guilielmi maritus ſuus infirmabatur infirmitate de qua obiit Tholoſana fizanſa perſuaſit dicte Bernarde quod haberentur heretici pro dicto infirmo ut reciperent eum ad ordinem ſuum, & ipſa Bernarda conſentiit in hoc, ſet antequam heretici veniſſent dictus infirmus fuit mortuus & ſepultus, & ſequenti nocte ipſa Bernarda & dicta Tholoſana cum quodam alio quem nominat in confeſſione ſua iverunt ad bordam ipſius Bernarde, ubi credebant hereticos quos apellabant bonos homines invenire, ſet non inverunt. Item poſt paucos dies audivit à Raymundo Sancii de Roca Sireria quod Petrus Sancii cum duobus aliis hominibus tempore infirmitatis mariti ſui predicti de nocte veniebant ad dictum infirmum, & audito quod mortuus erat redierunt, & tunc ipſa perpendit quod erant illi heretici de quibus dicta Tholoſana dixerat ſibi quod debebant eos invenire in borda ipſius Bernarde. Item ad dictum ſeu verbum Johanne Gaſcha ſororis quondam dicti Bernardi mariti ipſius Bernarde ipſa ſolvit quinque ſolidos Petro Sancii de garda de quibus poſtmodum credidit quod dictus maritus ſuus legaſſet eos hereticis. Item ipſa recepit tres ſeu quinque ſolidos à Guilielma portala ſororia ſua pro hereticis quos ipſa portavit Guilielmo porcelli apud lugannum ut traderet eos hereticis. Item alia vice ipſa recepit alios quinque ſolidos à Guilielmo Adzemarii de Aſſo ad dandum hereticis, quos ipſa portavit dicto Guilielmo porcelli ut redderet hereticis. Item dixit eidem Guilielmo porcelli ex parte predicti Guilielmi Adzemarii quod ſingulis annis volebat dictus Guilielmus Adzemarii quod heretici haberent de ſuo ad valorem unius emine frumenti. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & quod bonum erat facere eis elemoſinam & quod poſſent ſalvari in fide & bonitate quam tenebant & in qua vivebant, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa. Predicta conmiſit à ſeptem & à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec

52. b.

fuit citata & detenta in carcere muri, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Guilielma uxor Bernardi de pibras de garrigiis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Kalendis Decembris anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos ſciens ipſos eſſe tales, & ſteterunt ibi dicti heretici octo diebus & octo noctibus comedendo & bibendo & jacendo, & ipſa ſerviebat & miniſtrabat eis & tradebat neceſſaria aliquociens, & audivit verba & predicationem eorum ibidem. Item alia vice & alio tempore predicti duo heretici ſteterunt in eadem domo per alios octo dies comedendo & bibendo de bonis domus ſue ſicut prius, & ipſa & maritus ſuus ſerviebant & miniſtrabant eis neceſſaria. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari. Predicta conmiſit à IIII°r vel à quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit detenta in muro & accuſata per complices & maritus ſuus confeſſus & per ſententiam inmuratus.

¶ Raymundus Geraldi de aurino prope lantarium filius quondam Geraldi de aurino qui fuit inmuratus ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie nonas Januarii, anno Domini M°. CCCXI°. recepit in domo ſua Petrum Sancii hereticum in epdomada ſancta erunt duo anni & tenuit eum in domo ſua in quadam borda abſconditum ab epdomada ſancta usque ad ſequens feſtum omnium ſanctorum, & miniſtravit & ſervivit dicto heretico de neceſſariis ibidem & audivit verba & predicationem dicti heretici aliquociens, & ſcivit quod alique perſone quas nominat que erant credentes & conſencientes in facto dicti heretici viſitaverunt eum ibi. Item in preſenti anno tempore quo blada extuſſiuntur alia vice tenuit dictum hereticum in domo ſua per XV. dies vel tres ſeptimanas, & ſervivit & miniſtravit de neceſſariis dicto heretico. Item poſt alia vice ſtetit ibidem dictus hereticus per XV. dies. Item poſt alia vice nuper circa feſtum omnium ſanctorum ſtetit ibidem dictus hereticus per unum menſem comedendo & bibendo de bonis domus ſue & ipſe miniſtrabat ei neceſſaria, & tunc dictus hereticus fuit infirmus & ordinavit de aliquibus rebus ſuis conſervandis & reddendis cuidam alii heretico vel alicui de eccleſia ipſorum hereticorum. Item tunc fuit condictum per ipſum Raymundum & Petrum filii qui preſens erat quod ſi moreretur hereticus corpus ejus abſconderent & ſepelirent in quodam nemore de nocte, ſet hereticus convaluit. Item in infirmitate de qua obiit Bernarda mater ipſius Raymundi Geraldi venit Petrus Sancii hereticus qui tunc erat in dicta domo, & fuit preſens coram dicta infirma que non potuit loqui preſente & vidente ipſo Raymundo. Item comedit ſemel de pane quem dictus hereticus dedit ſibi. Item credidit hereticos eſſe bonos homines
53. & habere bonam fidem in qua ipſe poſſit ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo audivit predicationem dicti heretici quousque fuit captus. Item ſcivit aliquas alias perſonas credentes & conſencientes in facto hereticorum quas nominat in confeſſione ſua. Predicta conmiſit à duobus annis citra uſque ad diem in qua fuit captus & adductus apud Tholoſam, nec voluit confiteri de predictis donec fuit detentus in carcere & per alios accuſatus, nec voluit indicare à principio ubi dictus hereticus poſſet inveniri qui recenter in eadem epdomada fuerat inde mutatus quamvis promitteretur ſibi gratia de corpore & rebus & penitencia confuſibili ſi dictum hereticum revelaret ut dirigeret quod poſſet inveniri & haberi.

¶ Petrus Geraldi filius quondam Geraldi de Aurino, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. ydus Febroarii, anno Domini M°. CCCXI°. vidit & ſcivit in domo ſua & fratrum ſuorum quendam hereticum, qui ſtetit ibi multo tempore abſconditus, per diverſas vices, aliquando per menſem aliquando per XV. dies aliquando plus aliquando minus, & multociens vidit & viſitavit eum ibi & audivit eum legentem in libro illa que docebat & dicebat, & comedebat & bibebat ibi de bonis domus ſue & fratrum ſuorum, & vidit & ſcivit aliquas perſonas quas nominat viſitantes ibi dictum hereticum, & ipſe aliquando dedit

dit aquam dicto heretico ad lavandum manus. Item in quodam loco quem nominat minuit ſibi dictus Petrus cum dicto heretico & fuit pranſus cum eo cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. Item ſemel de nocte aſſociavit dictum hereticum cum quodam alio. Item comedit ſemel de pane benedicto dicti heretici. Item credidit dictum hereticum eſſe bonum hominem & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari ſet aliquando dubitabat in dicta credencia, & fuit in dicta credencia ab illo tempore quo hereticus morabatur in domo ſua donec fuit captus & detentus propter factum dicti heretici. Predicta conmiſit ab uno anno & dimidio citra uſque ad diem in qua fuit captus dictus Petrus & Raymundus frater ſuus, nec voluit confiteri donec fuit detentus per menſem & amplius, & negavit & celavit ſcienter veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Raymunda uxor Jacobi Geraldi de aurino de parochia ſancte Malonie ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIII°. Kalendas Aprilis, anno Domini M°. CCCXI°. Petrus Geraldi ſororius ſuus adduxit ad domum in qua dicta Raymunda cum viro ſuo tenet tabernam quendam hominem infirmum de quo dixit ſibi quod vocabatur Petrus Sancii & erat de bonis hominibus per quod ipſa intellexit quod erat hereticus ſecundum modum loquendi & fuit ibi minutus dictus hereticus per quendam barbitonſorem, & fuit ibi pranſus & ſtetit ibi illa die. Item alia vice poſt Raymundus de Morovilla frater dicte Raymunde adduxit predictum Petrum Sancii hereticum ad eandem domum, & fuit ibi minutus dictus hereticus & pranſus & ipſa ſervivit & miniſtravit ſibi de aliquibus neceſſariis, & ibidem dictus hereticus antequam poneret ſe ad menſam fecit de pane benedicto, & credit dicta Raymunda de dicto pane accepiſſe & comediſſe & ſtetit ibi dictus hereticus illa die. Item alia vice poſt fuit adductus ibidem dictus hereticus per eundem Raymundum de Morovilla & fuit ibi pranſus & ipſa Raymunda miniſtravit & ſervivit de aliquibus neceſſariis & comedit ibidem non in eadem menſa cum dicto heretico ſet ad partem. Item credidit dictum hereticum & alios de ſecta ſua eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſa & alii credentes hereticorum poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit predictum hereticum quousque Petrus Geraldi predictus ſororius ſuus & alii de domo ſua fuerunt capti, & fuerunt duo menſes vel circa. Predicta conmiſit infra annum antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri, donec fuit citata & detenta in muro, & negavit in principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Guilielmus de Mazeriis habitator de borno, filius quondam Dominici de Mazeriis de Merlato, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVI°. die Decembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Petri Raymundi 53. b.
Dominici quadam vice, item in domo ſeu hoſpicio hyſpanorum alia vice Petrum Auterii & Amelium hereticos, & ſcivit & audivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem dicti Petri Auterii heretici, & adoravit eos inclinando ſe tribus vicibus coram ipſis junctis manibus dicendo benedicite. Item tempore quo Raymunda mater ſua infirmabatur infirmitate de qua obiit aſſociavit predictos duos hereticos de borno uſque Merlatum ad hereticandum dictam matrem ſuam infirmam de nocte & ipſo Guilielmo preſente & vidente & conſenciente dicta mater ſua fuit hereticata per Petrum Auterii, & poſt hereticationem aſſociavit & reduxit predictos duos hereticos de Merlato uſque bornum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari. Item prima vice venit ad confitendum palliate & ſuppreſſit veritatem contra proprium juramentum. Predicta conmiſit à duobus annis & citra antequam confiteretur prima vice judicialiter de predictis.

¶ Petrus de bayſſas filius quondam Petri de bayſſas de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. Kalendas Octobris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo ſua apud bornum quendam hereticum qui vocabatur Petrus Raymundi ſciens ipſum eſſe talem quia prius fuerat inſtructus &

in-

informatus de hoc per duas perſonas quas nominat in confeſſione ſua. Item in eadem domo ſua recepit & tenuit Petrum Auterii & Amelium hereticos ſciens ipſos eſſe tales, & ſteterunt ibi aliquibus diebus & noctibus in quodam ſolario comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & aliqua comeſtibilia mittebantur eis ab aliquibus aliis perſonis, & ibidem fuerunt viſitati per aliquas alias perſonas quas nominat in confeſſione ſua, & ibidem adoravit dictos hereticos cum quibusdam aliis perſonis quas nominat inclinando ſe profunde coram eis ter & dicendo qualibet vice benedicite junctis manibus, & ibidem audivit verba & predicationem & doctrinam hereticorum contra fidem eccleſie Romane & conceſſit eis requirentibus quod volebat eos habere in fine ſuo. Item in alia domo quam nominat in confeſſione ſua vidit predictos duos hereticos & comedit & bibit cum eis, & adoravit eos modo hereticali predicto cum quibusdam aliis perſonis. Item in alia domo vidit & ſcivit eſſe predictos duos hereticos. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia donec quidam quem nominat fuit captus. Predicta conmiſit à ſex vel ſeptem annis citra antequam confiteretur, nec voluit confiteri donec fuit citatus & arreſtatus ad portam domus inquiſitionis, & tandem in carcere poſitus & per alios detectus, & negavit veritatem à principio in judicio contra proprium juramentum.

¶ Petrona uxor Petri de bayſſas de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Novembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo ſua quendam hereticum qui vocabatur Petrus Raymundi & ſcivit ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, & ibidem audivit verba & predicationem ipſius cum quibusdam aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item alia vice vidit & ſcivit alios duos hereticos quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius in domo ſua & viri ſui, qui ſteterunt ibi aliquibus diebus & noctibus in quodam ſolario ubi ipſa cum quibusdam aliis perſonis quas nominat vidit & viſitavit dictos hereticos & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos flectendo ter genua coram ipſis junctis manibus & dicendo qualibet vice benedicite. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Predicta conmiſit à ſeptem annis citra antequam confiteretur de predictis, nec fuit confeſſa donec fuit vocata & per alios nominata.

¶ Johanna uxor Guilielmi de boſco de borno, filiaque quondam Richarde matris Raymundi Dominici qui fuerunt combuſti, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCX°.
54. vidit in domo Guilielmi Arnaudi eſpanhol in quodam ſolario dicte domus duos homines quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius, & ibidem audivit & ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici. Item in domo Richarde matris ſue & Raymundi Dominici fratris ſui vidit Petrum Auterii hereticum & audivit verba & predicationem & doctrinam dicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, & ibidem adoravit dictum hereticum dicendo bone Chriſtiane benedictionem Dei & veſtram junctis manibus inclinando ſe ter profunde verſus terram qualibet vice dicendo benedicite, & vidit ab aliis perſonis ſimiliter adorari. Item miſit eidem Petro Auterii heretico duas cannas de panno lineo per quandam perſonam quam nominat. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Predicta conmiſit à ſeptem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocata & per alios accuſata.

¶ Arnalda uxor Raymundi eſpineti de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVII°. Kalendas Novembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit & audivit quendam hereticum qui vocabatur Jacobus in quadam domo quam nominat in quodam ſolario ſciens ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit ibidem ipſum legentem in quodam libro verba de doctrina ſua

cum

cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat. Item recepit & tenuit per aliquos dies & aliquas noctes in domo ſua & viri ſui duos hereticos ſciens ipſos eſſe tales quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius, & ibidem audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos junctis manibus dicendo benedicite cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat, & ſcivit & vidit quod fuerunt ibidem viſitati per quaſdam perſonas quas nominat. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia donec Raymundus Dominici de borno fuit captus & hoc fuit per duos menſes. Predicta commiſit ab octo annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata & per alios nominata.

¶ Garſendis uxor Guilielmi de Verduno de bolhaco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio prima vice in feſto beati Thome martiris, anno Domini M°. cccv°. item ſecunda vice pridie Kalendas Aprilis, anno Domini M°. cccIX°. item tercia vice VI°. nonas Octobris anno Domini M°. cccx°. audivit commendari ſibi à Guilielmo de Verduno marito ſuo hereticos & vitam & ſectam ipſorum. Item poſtmodum vidit Petrum Auterii hereticum in borda Guilielmi Aliguerii quam habebat apud bolhacum, & adoravit dictum hereticum inclinando ſe profunde junctis manibus coram ipſo. Item in domo ſua & mariti ſui vidit Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium ejus hereticos, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos inclinando ſe profunde tribus vicibus coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ſimiliter à perſonis aliis adorari, & ſteterunt ibi dicti duo heretici per VIII°. dies, ubi fuerunt per aliquas perſonas quas nominat viſitati. Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. Item in infirmitate Dulcie ſocrus ſue de qua obiit vidit coram dicta infirma quendam hominem tenentem quendam librum ſuper dictam infirmam & legentem in eo, & poſt audivit & ſcivit à marito ſuo predicto quod ille homo erat Petrus Sancii hereticus. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum. Predicta conmiſit à VII. vel VIII°. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & primo fecit confeſſionem palliatam & celavit & ſuppreſſit veritatem in ea de ſe & de aliis, poſtmodum vero citata & adducta capta negavit veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Arnaldus de Verduno, filius quondam Guilielmi de Verduno de bolhaco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVIII°. Kalendas Octobris, anno Domini M°. cccx°. vidit pluries & in pluribus locis que exprimit in confeſſione ſua Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & Petrum Sancii & Amelium hereticum quadam vice cum Petro Auterii & Jacobo, & adoravit hereticos aliquociens, & vidit ab aliis perſonis adorari inclinando ſe tribus vicibus coram eis & dicendo qualibet vice benedicite junctis manibus & amoto capucio, & audivit multociens verba & predicationem & doctrinam erroneam hereticorum contra fidem eccleſie Romane quam eccleſiam ipſi heretici vocabant ſinagogam & dicebant quod crux non debebat adorari, & quod ſacerdotes non poſſunt abſolvere aliquem à peccatis, & quod baptiſmus eccleſie Romane nichil valet, & quod nullus poteſt ſalvari niſi fuerit receptus ad ſectam & ordinem hereticorum. Item fecit pactum ſeu promiſſionem hereticis quod volebat recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum, & vidit fieri à quibuſdam aliis quos nominat. Item aſſociavit una vice Petrum Sancii hereticum de uno loco ad alium. Item induxit aliquas perſonas quas nominat ad amorem & credenciam hereticorum. Item ipſe interfuit hereticationi Dulcie matris ſue & procuravit quod fieret, & ivit ad querendum hereticum Petrum Sancii qui dictam matrem ſuam recepit ad ſectam & ordinem ſuum, preſente vidente & conſentiente ipſo Arnaldo. Item ſcivit multas perſonas eſſe credentes hereticorum & receptatores eorum, quas in confeſſione ſua nominat. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod tenerent bonam viam & bonam fidem in qua

54. b:

homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia uſquequo pluries fuerunt citati & inmurati propter factum hereticorum. Conmittens predicta à ſex vel VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & diu detentus in muro & per alios detectus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Raymundus teulerii de bolhaco, filius quondam Stephani teulerii de Tholoſa, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III°. Kalendas Marcii, anno Domini M°. CCCX°. audivit conmendari ſibi hereticos à Guilielmo Aliguerii aliquociens. Item poſtmodum vidit & viſitavit pluries & in diverſis locis Petrum Auterii hereticum ſciens ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, & recepit & tenuit dictum hereticum in domo ſua pluribus diebus & noctibus jacendo comedendo & bibendo ibidem de bonis domus ſue. Item audivit pluries & in diverſis locis predicationem & doctrinam & verba dicti heretici contra fidem eccleſie Romane cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua, tam in domo ſua quam alibi. Item adoravit predictum hereticum pluries in domo ſua & alibi petendo benedictionem inclinando ſe ter profunde junctis manibus coram ipſo dicendo qualibet vice benedicite, & vidit à perſonis aliis ſimiliter adorari in domo ſua & alibi. Item fecit pactum ſeu convenienciam dicto heretico quod volebat recipi per eum in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſius. Item comedit de pane benedicto heretici bis vel ter. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia aliquo tempore. Predicta conmiſit à ſex annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & in carcere detentus.

¶ Bona uxor Raymundi teulerii de bolhaco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Calendis Marcii, anno Domini M°. CCCX°. audivit conmendari ſibi vitam & doctrinam hereticorum per Sancium borrelli & per Guilielmum de Verduno de bolhaco fratrem ipſius Bone & conſentiit quod vellet videre eos. Item vidit & viſitavit pluries Petrum Auterii hereticum ſciens ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit predicationem & doctrinam & verba dicti heretici multociens cum aliis perſonis contra fidem eccleſie Romane. Item adoravit dictum hereticum modo hereticali petendo benedictionem ejus inclinando ſe tribus vicibus junctis manibus coram ipſo dicendo qualibet vice benedicite, & 55. vidit à perſonis aliis ſimiliter adorari. Item recepit & tenuit in domo ſua & viri ſui predictum hereticum cum Petro Sancii aliquibus diebus & noctibus jacendo & comedendo ibidem de bonis domus ipſorum, & ipſa aliquociens ſervivit & miniſtravit eidem. Item comedit ſemel de pane benedicto predicti heretici. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit Petrum Auterii hereticum quousque audivit homines de bolhaco vexari propter factum hereticorum. Predicta conmiſit à ſex annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit accuſata & detecta & tandem adducta capta & detenta in muro.

¶ Condors uxor quondam Arnaldi Molinerii de bolhaco, filiaque quondam Boni Mancipii que fuit oriunda de monte lauro dyoceſis Tholoſane, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. nonas Marcii, anno Domini M°. CCCX°. audivit ſibi conmendari per Sancium borrelli quosdam bonos homines quibus dedit & miſit per eundem Sancium XII. denarios, & poſtmodum vidit & viſitavit pluries in diverſis locis & temporibus Petrum Auterii hereticum & ſcivit ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici. Item recepit in domo ſua & tenuit predictum hereticum aliquibus diebus & noctibus qui jacebat ibi & comedebat & bibebat, & alique perſone quas nominat in confeſſione ſua aportabant ſibi panem & vinum & aliqua comeſtibila, & ipſa Condors ſervivit & miniſtravit ſibi de aliquibus de domo ſua. Item audivit pluries in domo ſua & alibi cum aliquibus perſonis quas nomi-

minat verba & predicationem & doctrinam dicti heretici. Item adoravit dictum hereticum modo hereticali petendo benedictionem ejus inclinando se ter profunde junctis manibus coram ipso, & vidit ab aliis similiter adorari. Item audivit dici à Guilielma filia Petri Auterii heretici quod Jacobus Auterii filius dicti Petri erat hereticus sicuti pater suus. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit Petrum Auterii hereticum quousque Sancius borelli fuit inmuratus. Item consentiit quod Arnaldus Molinerii maritus suus in infirmitate de qua obiit hereticaretur seu reciperetur ad sectam & ordinem hereticorum, & fuit hereticatus per Petrum Auterii hereticum predictum ipsa Condors presente & vidente & consentiente. Predicta conmisit à sex & à quinque & à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit accusata & detecta & adducta capta & in carcere detenta, & celavit & negavit veritatem de predictis in judicio contra proprium juramentum.

¶ Alazayt uxor quondam Guilielmi de monte lauro de bolhaco, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, VII°. ydus Marcii, anno Domini M°. CCCX°. audivit primo conmendari sibi vitam & sectam hereticorum per Bernardum borelli, & postmodum vidit Petrum Auterii hereticum in domo sua & viri sui duabus vicibus in diversis temporibus & Jacobum Auterii una vice cum dicto Petro Auterii, & Petrum Auterii alia vice in domo Sancii borrelli, & scivit ipsos esse de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipsorum pluries cum aliis personis quas nominat. Item adoravit Petrum Auterii hereticum inclinando se profunde tribus vicibus junctis manibus coram ipso dicendo qualibet vice benedicite. Item Petrus Auterii petiit ab ipsa & à viro suo predicto si volebant facere convenienciam sibi quod in fine suo vellent recipi per ipsum vel aliquem de sociis suis ad sectam suam, & dictus vir suus respondit pro se & pro ipsa quod sic. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & habere bonam fidem & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit Petrum Auterii quousque audivit & scivit quod aliqui de bolhaco citabantur per inquisitores. Predicta conmisit à VI. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios accusata, venit tamen per se ipsam non citata.

¶ Guilielmus filius Raymundi teulerii de bolhaco sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, V°. ydus Marcii, anno Domini M°. CCCX°. audivit à Bernardo Borelli conmendari sibi vitam & sectam hereticorum & consentiit quod volebat videre eos, & postmodum vidit in domo dicti Bernardi borrelli Petrum Auterium hereticum una vice de nocte & in domo sua & patris sui duabus vicibus, & altera vice erat cum eo Petrus Sancii, & audiverat & sciebat dictum Petrum Auterii esse de illis qui vocantur heretici, & audivit cum aliis personis quas nominat verba & predicationem & doctrinam dicti heretici expresse contra fidem ecclesie Romane. Item fecit pactum seu convenienciam dicto heretico quod volebat recipi in fine suo ad sectam & ordinem ipsius heretici. Item adoravit bis hereticum predictum petendo benedictionem ejus inclinando se ter junctis manibus coram ipso & dicendo qualibet vice benedicite. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & habere bonam fidem & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia per annum. Predicta conmisit à quinque vel sex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios accusatus & tandem vocatus. 55. b.

¶ Bernarda uxor Pauli de Verduno de bolhaco, filia quondam Arnaldi Molinerii de bolhaco, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, pridie ydus Marcii, anno Domini M°. CCCX°. vidit Petrum Auterii hereticum una vice in domo in qua morabatur Raymundus sartor gener dicti heretici, & scivit ipsum esse de illis qui vocantur heretici, & audivit ibidem verba & predicationem dicti heretici. Item postmodum consentiit quod dictus hereticus veniret

ad domum patris & matris ipſius Bernarde ubi ſtetit VIII°. diebus, & ibi audivit verba & predicationem dicti heretici aliquociens cum aliis perſonis quas nominat, & aliquando ſervivit ſeu miniſtravit dicto heretico de aqua, & ſcivit aliquas perſonas que ſciebant ibi eſſe dictum hereticum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit dictum hereticum quousque audivit dici quod decipiebat gentes. Predicta conmittens à tribus annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit nominata & tandem vocata.

¶ Adzemarius Petri, filius Bernhardi Petri de banheriis prope Vaurum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, die Veneris ante feſtum penthecoſtes, M°. CCCVI°. Item III°. Kalendas Febroarii, M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi hereticos & vitam & ſectam ipſorum per Petrum Guilielmi Sanchas de pruneto, & conſentiit quod volebat videre eos. Item poſtmodum vidit pluries hereticos & in pluribus locis & hoſpiciis que nominat in confeſſione ſua diverſis temporibus & annis, & aſſociavit eos de loco ad locum de nocte & de die, & adoravit hereticos modo hereticali inclinando ſe ter junctis manibus coram ipſis dicendo qualibet vice benedicite petendo benedictionem eorum, & vidit à perſonis aliis ſimiliter adorari. Hereticorum autem quos vidit & cum quibus participavit nomina ſunt hec, ſcilicet Petrus Auterii, Guilielmus Auterii frater ejus, Jacobus Auterii filius dicti Petri, Amelius de perlis, & Petrus Raymundi de ſancto papulo, Philippus & Petrus Sancii de garda, non tamen omnes ſimul ſet aliquando unum, aliquando duos, aliquando plures in diverſis vicibus & locis & temporibus, & audivit pluries verba & predicationes & monitiones & doctrinam hereticorum contra fidem eccleſie Romane Domini Jeſu Chriſti, & ſcivit multas perſonas eſſe credentes hereticorum, que recipiebant dictos hereticos. Item fecit pactum ſeu convenienciam Petro Auterii heretico quod in infirmitate ſua & in fine ſuo volebat recipi ad ſectam & ordinem hereticorum. Item ſcivit aliquas perſonas, que petiverunt hereticos in infirmitate ſua. Item aufugit primo propter illa que conmiſit in hereſi, & ſtetit in fuga cum quibusdam aliis ſimiliter pro hereſi fugitivis, quos nominat in confeſſione ſua. Item venit ad confitendum coram domino Berengario tunc epiſcopo Bituricenſi & penitenciario domini pape de conmiſis in hereſi, coram quo celavit multa de predictis ſcienter, & ſpecialiter quod Philippum hereticum & Raymundum fabri qui tenebat abſtinencias hereticorum ſciebat eſſe in Condonno ubi ſtatim dimiſerat eos cum quibusdam aliis credentibus hereticorum quia nolebat eos detegere, & abjuravit omnem hereſim in judicio coram preffato penitenciario domini pape, anno Domini M°. CCCVI°.

56. ¶ Predictus Adzemarius Petri poſtquam confeſſus fuerat & poſt hereſim à ſe abjuratam aufugit ſecundo & conmiſit in hereſi ex tunc, & ſcivit quod Raymundus de Salvetate junior duxit hereticum ad uxorem Guilielmi de baynaco de lautario tunc infirmam hereticandam & reduxit eum. Item vidit Petrum Auterii hereticum in domo dicti Raymundi de ſalvetate junioris, & audivit quod venerat ibi dictus hereticus pro quodam infirmo hereticando. Item audivit à Petro Guilielmi & Raymunda Graneta quod Petrus Auterii receperat Raymundum Gach ad ſectam ſuam in fine ſuo, & portavit ex parte dicte Raymunde predicto Petro Auterii heretico quasdam corrigias. Item ivit ad querendum hereticum pro Petro Raymundi de bordis prope prunetum tunc infirmo, & adduxit Petrum Sancii hereticum ad domum predicti infirmi, & ſcivit quod dictus hereticus fuit introductus ad domum dicti infirmi, & audivit quod dictus infirmus fuit hereticatus. Item ſtetit in fuga perſeverando multo tempore cum Petro Filii de Caravello quem ſciebat pro hereſi fugitivum. Item vidit & viſitavit pluries & in pluribus locis Petrum Sancii hereticum, & ſtetit cum eo multis diebus participando cum eo, & audivit verba & predicationem ipſius, & fecit nunciationes pro eo de nocte & de die, & ſcivit alias perſonas quas nominat eſſe credentes & conſcientes in facto dicti heretici & receptan-

Iſti Adzemario Petri fuit promiſſa gratia per dominum inquiſitorem ultima vice qua fuit captus de corpore ſuo, ſi ſtatim revelaret ubi Petrus Sancii hereticus eſſet ut caperetur & haberetur dictus hereticus, & ſi plene confiteretur de conmiſſis in hereſi de ſe & de aliis veritatem, & ſtatim hereti-

tantes eum, & duxit eum de loco ad locum, & direxit ad habendum dictum hereticum pro Petro Sicredi de Salyetz infirmo hereticando. Item interfuit hereticationi matris Raymundi Geraldi de aurino. Item comedit pluries de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam sectam in qua ipse & alii credentes hereticorum possent salvari; & perseveravit in dicta credencia donec ultima vice fuit captus, scilicet in adventu anno Domini M°. CCCXI°.

cum revelavit, nec stetit per eum quin hereticus captus fuerit.

¶ Arnaldus Maurelli burgundus qui alias cognominatur canta corpt, filius Egidii Maurelli burgundi qui consuevit morari apud bellum podium prope grandem silvam & modo morabatur in quadam borda prope Verdunum, vidit Petrum Auterii hereticum in diversis locis, & audivit ipsum loquentem multa verba erronea contra fidem ecclesie Romane. Item alia vice tenuit dictum Petrum Auterii hereticum in dicta borda in qua nunc morabatur à festo beati Johannis usque ad sequentem mensem Augusti, & tunc dictus hereticus recessit de dicta borda & fuit captus. Item dum dictus Petrus Auterii erat in dicta borda Sancius Mercaderii hereticus venit illuc & fuit ibi per octo dies cum dicto Petro Auterii heretico, & visitaverunt eos ibi alique persone quas nominat in confessione sua. Item tunc quadam die ipse duxit dictos hereticos ad bellum podium ubi steterunt aliquibus diebus, & postea rediit cum eis ad dictam bordam. Item predictos hereticos conmendavit aliquibus personis, quas nominat, quod erant boni homines, inducendo eas ad amorem & credenciam hereticorum. Item de mandato dicti Petri Auterii heretici ipse ivit ad quendam locum quem nominat cum quodam animali pro rauba & aliquibus aliis rebus dicti Petri Auterii heretici & portavit ea ad dictam bordam. Item dixit quod dictus Petrus Auterii dedit sibi tres turonenses argenti pro hostalagio quando recessit. Item dictos hereticos credidit esse bonos homines & veraces, & quod haberent bonam fidem & bonam sectam in qua ipsi & alii poterant salvari, & fuit in illa credencia aliquo tempore. Item in domo sua recepit quandam mulierem, que fuit infirma ibi illa infirmitate de qua obiit, quam ipse nominat, & post mortem dicte mulieris ipse scivit quod dicta mulier querebatur per inquisitores, & dum dicta mulier erat in dicta domo Guilielmus aliguerii petiit ab ipso si sciebat nova de dicta muliere, & ipse respondit quod erat in domo sua, & tunc dictus Guilielmus ivit ad dictam mulierem & fuit loqutus cum ea, & postea recessit, & in nocte sequenti dictus Guilielmus Aliguerii rediit ad quandam porticum domus sue de bello podio, & venerunt cum eo duo homines quos ipse vidit set non novit eos ut dixit, & tunc dictus Guilielmus Aliguerii loqutus fuit cum dicta muliere, & tunc dicta mulier exivit ad dictos homines & fuit ibi loquta cum eis, & postea rediit ad lectum suum in quo jacebat, & ex tunc non comedit, nec bibit nisi aquam frigidam, & post duos dies vel tres obiit, & post aliquod tempus dictus Guilielmus aliguerii dixit sibi qui loquitur quod tunc venerunt illuc dictus Petrus Auterii, & hereticavit dictam Baranhonam & recepit ad sectam & ordinem suum. Predicta celavit per tres annos. 56. b.

¶ Guilielmus Girardi, filius quondam Arnaldi Girardi de francart villa, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, pridie ydus octobris anno Domini M°. CCCX°. audivit à quadam persona quam nominat in confessione sua conmendari hereticos quod erant boni & tenebant viam Dei, & post in infirmitate Arnaldi fratris sui qui volebat habere hereticos vel aliquem ex eis qui reciperet eum ad sectam & ordinem ipsorum ipse consentiit & procuravit quod heretici venirent, & venerunt adducti de nocte per quendam quem nominat ad domum ipsius Petrus Auterii & Philippus heretici quos ipse recepit in domo sua, & duxit inde ad predictum infirmum, & ibidem audivit & monitiones dicti Petri Auterii heretici, & fecit pactum seu convenienciam eidem quod volebat recipi in fine ad sectam & ordinem ipsius, & dicti duo heretici jacuerunt in domo sua comedendo & bibendo de bonis domus sue, & ibidem edoctus adoravit dictos hereticos inclinando se profunde tribus vicibus versus terram dicendo qualibet vice junctis manibus

nibus benedicite, dictus autem infirmus non fuit receptus tunc per hereticos quia convaluit de infirmitate. Interrogatus, si credidit hereticos esse bonos homines & veraces & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, respondit quod non credebat plene nec discredebat set stabat in tali dubio. Predicta conmisit à tex & quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios nominatus & vocatus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Predictus Guilielmus Girardi postquam fuerat confessus de predictis Tholose coram tenente locum inquisitoris ivit cum Guirauda uxore sua ad penitenciarium domini pape apud Avinionem dominum Berengarium Tusculanum episcopum cardinalem, coram quo fuit confessus VII°. ydus Novembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno quinto, anno domini M°. CCCX°. data litera apud thorum, dicens se & Guiraudam predictam uxorem suam receptasse in hospicio suo Petrum Auterii & Philippum de Savartesio, & Petrum Sancii de garda quos sciebant esse hereticos ter vel quater, & eis necessaria in victualibus pluries ministraverunt, & adoraverunt docti ab eis & à Petro Guilielmi de pruneto predictos Petrum Auterii & Petrum Sancii dicendo benedicite & alia consueta secundum pravam consuetudinem eorundem. Item dictus Guilielmus fuit confessus se promisisse dicto Petro Sancii heretico dum erat in infirmitate constitutus quod si multum agravaretur & eidem Petro Sancii videretur quod ex illa infirmitate deberet decedere, quod intraret eorum ordinem sive sectam, & quod ipse Petrus Sancii eum recipere posset, & post illam receptationem si convalescceret ab illa infirmitate teneretur eorum sectam perpetuo observare. ¶ Predictus Guilielmus fuit remissus per eundem dominum cardinalem episcopo Tholosano & inquisitoribus puniendus cum sua litera. ¶ Sciendum quod predictus Guilielmus promiserat tenenti locum inquisitoris Tholosani, coram quo fecerat primam confessionem, quod predictam uxorem suam faceret venire coram eo ad confitendum, quod non fecit. Item in confessione quam fecit coram domino cardinali tacuit de hereticatione Arnaldi predicti fratris sui, que debuit fieri ipso procurante set non fuit facta. Item in confessione quam prius fecerat coram predicto locum tenente inquisitoris celavit quod ipse consensisset quod in quadam infirmitate sua hereticaretur per Petrum Sancii. Item celavit aliquas personas que sciebant de facto.

¶ Guirauda uxor Guilielmi Girardi de francartz villa, filiaque Raymundi de Salvetate de pruneto, sicut legitime constat per confessionem suam factam coram domino Berengario Cardinali episcopo tusculano penitenciario domini pape, VIII°. ydus Novembris pontificatus domini Clementis pape quinti anno quinto, anno Domini M°. CCCX°. ipsa cum viro suo receptavit in hospicio suo Petrum Auterii & Philippum de sarvartesio & Petrum Sancii de garda quos sciebant esse hereticos ter vel quater, & eis necessaria in victualibus pluries ministrarunt, & ado-
57. raverunt docti ab eis & à Petro Guilielmi de pruneto consanguineo dicte Guiraude predictos Petrum Auterii & Petrum Sancii dicendo benedicite & alia consueta secundum pravam consuetudinem eorundem, & in predictis confessa fuit dicta Guirauda se errasse. Item scivit dicta Guirauda quasdam personas, quas in confessione sua nominat cum predictis hereticis participasse.

¶ Arnaldus Girardi, filius quondam Arnaldi Girardi de francart villa, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, III°. nonas Decembris, anno Domini M°. CCCX°. audivit à Guilielmo Girardi fratre suo conmendari & aprobari hereticos & vitam & sectam ipsorum, & post predicta verba in quadam infirmitate quam habuit ad requisitionem dicti fratris sui voluit & concessit quod heretici venirent ad ipsum & venerunt & visitaverunt ipsum, & ipse vidit & audivit eos & scivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & ad requisitionem ipsorum voluit & concessit quod esset de secta ipsorum & quod reciperent eum in infirmitate illa ad ordinem ipsorum, set dicta receptio non fuit facta quia convaluit de infirmitate illa. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces &

poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per unum vel duos dies. Predicta conmiſit à quinque annis citra antequam confiteretur de predictis, nec voluit confiteri donec fuit citatus & arreſtatus in porta domus inquiſitionis & detentus in carcere & per alios nominatus & accuſatus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Petrus Gilaberti ſenior, filius Johannis Gilaberti de ferrus prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie ydus Julii, anno Domini M°. cccxi°. audivit conmendari ſibi à Raymundo Sancii hereticos aliquociens vitam & ſectam ipſorum inducendo eum ad amorem & credenciam eorum. Poſtmodum vidit in domo dicti Raymundi Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos ſciens ipſos eſſe tales, & audivit verba & predicationem dicti Petri Auterii heretici, & ibidem fecit convenienciam ſeu pactum eidem heretico quod in infirmitate ſua & in fine ſuo volebat recipi ad ſectam & ordinem ipſorum. Item conſentiit quod Guilielma uxor ſua hereticaretur in infirmitate de qua obiit, & fuit hereticata per Petrum Sancii preſente & vidente ipſo Petro Gilaberti. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Predicta conmiſit à ſex & à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit citatus & arreſtatus ad portam, & fregit arreſtum & aufugit, & tandem rediit.

¶ Johannes Gilaberti, filius quondam Johannis Gilaberti de ferrus, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII° ydus Febroarii, anno Domini M°. cccx°. audivit conmendari ſibi hereticos & vitam & ſectam ipſorum à Vitale Gilaberti de ferrus, & in domo dicti Vitalis vidit Petrum Auterii & Amelium hereticos. Item alia vice vidit Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium ejus hereticos. Item alia vice dictum Petrum Auterii hereticum & ſciebat ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum, & adoravit eos modo hereticali inclinando ſe ter coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis adorari. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces quod haberent bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum vel circa. Predicta conmiſit à VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios detectus & in carcere detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Raymunda uxor Johannis Gilaberti de ferrus, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIII°. Kalendas Marcii, anno Domini M°. cccx°. vidit & viſitavit in domo Vitalis Gilaberti & Blanche de ferrus duabus vicibus in diverſis temporibus Petrum Auterii & Jacobum ejus filium hereticos, & ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſorum contra fidem eccleſie Romane de nocte cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua, & adoravit eos petendo benedictionem eorum inclinando ſe ter profunde junctis manibus coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. Item alia vice vidit & viſitavit ibidem Petrum Auterii hereticum predictum, & Petrus Sancii erat cum eodem. Item fecit pactum ſeu convenienciam hereticis quod volebat eos habere in fine ſuo ut reciperent eam ad ordinem & ſectam ſuam. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos donec audivit quod dictus Jacobus hereticus erat captus. Predicta conmiſit à VI. vel VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios detecta & tandem capta & in carcere detenta, & negavit à principio veritatem de predictis in judicio contra proprium juramentum. 57. b.

¶ Bernarda uxor quondam Arnaldi Gilaberti ſenioris de ferrus, ſicut legitime nobis

nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. Kalendas Febroarii, anno Domini M°. CCCX°. vidit quadam nocte in domo Blanche de ferrus Jacobum Auterii & audivit verba & predicationem ipſius cum aliis perſonis quas nominat, & audivit à dicta Blancha eadem nocte quod dictus Jacobus erat de illis bonis hominibus qui vocantur heretici. Item alia vice vidit in eadem domo in quodam ſolario Petrum Auterii & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſius ibidem cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat, & adoravit dictum hereticum ſicut fuit edocta & ſicut vidit ab aliis fieri inclinando ſe ter profunde coram dicto heretico & dicendo qualibet vice benedicite. Item miſit eidem heretico unam petiam de panno albo pro calceis faciendis, quem tradidit dicte Blanche de ferrus ut redderet heretico predicto. Item predictos duos hereticos vidit ſimul Tholoſe in domo Gentilis barra. Item credidit quod heretici eſſent boni homines, & homines Dei, & quod tenerent viam Dei & ſalvationis, & fuit in illa credencia aliquo tempore. Predicta conmiſit à ſex vel ſeptem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata.

¶ Johanna filia Johannis Gilaberti de ferrus, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Febroarii, M°. CCCX°. ivit duabus vicibus ad domum Vitalis Gilaberti ad videndum & audiendum bonos homines quos conmendaverat ſibi Raymunda mater ſua, & vidit ibi Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & ſcivit ibidem quod erant de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos modo hereticali inclinando ſe profunde ter junctis manibus coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis perſonis quas in confeſſione ſua nominat ſimiliter adorari. Predictos autem hereticos vidit & viſitavit & adoravit duabus vicibus in diverſis temporibus in eadem domo de nocte. Predicta conmiſit à VI. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit detecta & poſt vocata.

¶ Raymundus pellicerii, filius quondam Raymundi pellicerii de garda prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, anno Domini M°. CCCIX°. VII°. ydus Febroarii, vidit Petrum Sancii hereticum in diverſis locis pluries & aliquociens aſſociavit eum. Item audivit verba & predicationes ipſius. Item ſemel ivit de mandato dicti heretici ad quendam hominem quem nominat in confeſſione ſua ad ſciendum ſi poſſet recipere dictum hereticum, & ipſe reſpondit quod ſic, & tunc ipſe duxit & aſſociavit dictum hereticum uſque prope villam & domum dicti hominis. Item ſemel ivit ad videndum & viſitandum dictum hereticum ad quendam ortum prope domum dicti hominis. Item dixit quod ſemel aſſociavit Petrum Auterii hereticum cum quodam alio quem nominat in confeſſione ſua de loco ad locum. Item dixit quod quadam alia vice aſſociavit dictum Petrum Auterii hereticum & Petrum Sancii hereticum cum quibusdam aliis perſonis quas
58. nominat in confeſſione ſua de quodam loco usque ad quendam alium locum, de quibus fecit mentionem in confeſſione ſua. Item dixit quod quadam vice ipſe qui loquitur duxit Petrum Sancii hereticum ad domum cujusdam mulieris infirme que petebat dictum hereticum ad hoc ut reciperet eam ad ſectam & ordinem ſuum, & quando fuerunt prope domum dicte infirme dictus hereticus dixit ſibi quod iret ad dictam infirmam & quod peteret ab ea ſi volebat & requirebat amicos Dei, & ivit & petivit hoc à dicta infirma & ipſa reſpondit quod ſic, & tunc ipſe duxit illuc dictum hereticum cum filio dicte infirme, & dimiſit eum ibidem. Item dixit quod dum pater ſuus infirmaretur illa infirmitate de qua obiit ipſe qui loquitur cum quodam alio quem nominat in confeſſione ſua iverunt ad querendum dictum Petrum Sancii hereticum ut adducerent eum ad hereticandum dictum patrem ſuum, & invenerunt eum & duxerunt ad domum dicti patris ſui, & tunc dictus hereticus dixit ſibi quod diceret dicto patri ſuo ſi volebat amicos Dei, & ipſe ivit illuc & petivit hoc à dicto patre ſuo, & dictus pater ſuus reſpondit quod ſic, & tunc ipſe

ſe rediit ad dictum hereticum & dixit ſibi quod dictus pater ſuus requirebat eum; & tunc dictus hereticus ivit & recepit dictum patrem ſuum ad ſectam & ordinem hereticorum & hereticavit eum ipſo preſente & procurante, & poſtea ipſe qui loquitur inclinavit ſe aliquantulum coram dicto heretico & dixit benedicite. Item dixit quod illa nocte ipſe poſuit dictum hereticum in quadam borda ubi jacuit & cenavit, & in craſtino receſſit inde & ipſe aſſociavit eum. Item dixit quod poſtea ipſe qui loquitur tradidit cuidam perſone XIIII. ſolidos regales quos dimiſerat dictus infirmus dicto heretico ad hoc ut ipſe traderet eos dicto heretico. Item dixit quod quadam alia vice vidit in quodam loco dictum Petrum Sancii hereticum & fuit loqutus cum eo. Item dixit quod ipſe comedit de pane benedicto hereticorum bis & vidit modum benedictionis. Item hereticos credidit eſſe bonos homines & veraces & quod habeant bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum hereticorum, & fuit in illa credencia aliquo tempore. Conmittens predicta à IIII^{or} annis à tribus à duobus ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Predicta negavit contra proprium juramentum, nec ea voluit confiteri donec fuit captus & poſitus in carcere.

¶ Alazaytz uxor quondam Raymundi pellicerii Senioris de garda, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Aprilis, anno Domini M°. CCCIX°. vidit in quadam borda ſua & filii ſui Petrum Sancii hereticum & portavit ei ad comedendum & bibendum. Item alia vice diu ante viderat Petrum Auterii hereticum in domo Raymundi Sancii & fratrum ſuorum, & audivit verba & predicationes ipſius, & eidem fecit convenienciam quod volebat recipi per eos in fine. Item interfuit hereticationi dicti viri ſui, quem tunc recepit dictus Petrus Sancii hereticus ad ſectam & ordinem ſuum & hereticavit eum. Item hereticos credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari per eos. Conmittens predicta à VI. annis, à tribus, à duobus citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis, nec predicta voluit confiteri pluries requiſita donec fuit capta & poſita in carcere muri, ymmo negavit ea contra proprium juramentum.

¶ Petrona uxor Bernardi Amelii de garda prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Decembris, anno Domini M°. CCCXII°. vidit in domo Bernardi de pibras patris ſui duos homines quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Petrus Sancii tribus vicibus infra VIII°. dies diverſis diebus, & audivit & ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & audit alterum illorum legentem in libro & dicebat multa verba de Deo, & aliquando nominabat euangelia cum quibusdam aliis perſonis preſentibus quas nominat in confeſſione ſua. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum. Et fuit in illa credencia quaſi per duos annos, videlicet ab illo tempore quo primo vidit hereticos usquequo Poncius Amelii fuit conbuſtus. Predicta conmiſit à IIII^{or} vel quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocata & pater ſuus fuit per ſententiam inmuratus. 58. b.

¶ Bernardus Rocas, filius Arnaldi Rocas de Guiraudia juxta rotgerias in tenencia de monte claro dyoceſis Caturcenſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. nonas Octobris, anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Bernardo de lantario, inducendo ipſum ad amorem & credenciam hereticorum quos apellabat bonos homines, & incantando eum quod nullo modo revelaret factum ipſorum. Item poſtmodum vidit & viſitavit pluries & in pluribus locis ſeu hoſpitiis que in confeſſione ſua nominat Petrum Auterii hereticum & Petrum Sancii alium hereticum ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem dictorum hereticorum contra fidem eccleſie Romane. Item aſſociavit pluries de loco ad locum dictum Petrum Auterii hereticum, & ivit ad querendum dictum hereticum pro aliquibus perſonis infirmis que requirebant dictum hereticum ut recipe-

rentur ad ſectam & ordinem dicti heretici per ipſum hereticum, & adduxit ipſum ad tres perſonas hereticandas quas in ſua confeſſione nominat, & ſcivit quod dicte perſone fuerunt hereticate & conſentiit. Item fecit pactum Petro Auterii heretico predicto quod in fine ſuo volebat habere ipſum vel aliquem de ſecta ſua qui reciperet eum ad ſectam & ordinem ſuum. Item comedit aliquociens de pane hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſe & alii poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit hereticos quousque Raymundus bertrici & ipſe Bernardus fuerunt capti pro facto hereticorum. Item ſcivit multas perſonas quas in ſua confeſſione nominat eſſe credentes & conſencientes in facto hereticorum, & que recipiebant dictos hereticos. Predicta conmiſit à duobus annis citra perſeverando in eis antequam confiteretur judicialiter de predictis, in quibus perſeverabat tempore quo fuit captus nec voluit confiteri donec fuit detentus.

¶ Iſta Condors fuit inmurata in ſermone facto in eccleſia ſancti Stephani in feſto beati Georgii martiris anno Domini M°.CCC°.XI°. poſtmodum intuitu pietatis fuit relaxata de muro per inquiſitorem inpoſito ſibi ſigno martelli de filtro & injuncto ſibi quod faciat ſingulis annis viſitationes eccleſiarum Tholoſe ſicut eſt conſuetum donec aliud amplius de ejus penitencia ordinetur.

¶ Condors uxor Petri Raynaudi de garrigiis, filia Arnaldi Vitalis de Gaſconia, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. Kalendas Marcii, anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Stephana Ycheria de ſenilh inducendo eam quod vellet eis bene facere. Item poſt predicta in domo Petri Raymundi de podio Gitbonis de Aſſo Bruna uxor dicti Petri Raymundi petivit ab ea & à quadam alia perſona que ſecum erat ſi volebant videre de amicis Dei per quos intellexit hereticos, & ſi volebant audire bona verba, & duxit eas ad quoddam ſolarium ubi invenerunt quendam hominem quem tunc ipſa non novit ex nomine, ſet poſt aliquos dies audivit à dicta Bruna quod vocabatur Petrus Sancii de garda, & de quo ipſa Condors audiverat quod fugerat pro facto hereſis, & ſtatim quando vidit eum ſtantem in dicto ſolario in abſcondito ſuſpicata fuit quod erat de illis hominibus de quibus fuerat ſibi loquta dicta Stephana Ycheria, & ſedit ibi cum aliis perſonis quas nominat, & audivit verba & predicationem dicti Petri Sancii heretici qui legebat eis in quodam libro. Item poſt predicta in eadem quadrageſima dicta Bruna dixit ſibi quod ibat ad quendam locum ubi erat predictus Petrus Sancii dicens quod volebat ſibi aliquas res, & petivit ab ipſa Condors ſi volebat ſibi mittere quandam petiam de panno blauo quem vidit ibidem dicens quod bene faceret ſi daret dicto Petro Sancii quem oportebat ſtare abſconditum, & tunc dicta Condors voluit & conceſſit quod dictum pannum portaret predicto Petro Sancii heretico ut inde faceret

59. ſibi veſtem, & tradidit aliquam pecuniam amplius ad portandum dicto heretico de qua faceret dictam veſtem inſcidi & ſui. Item credidit quod heretici eſſent boni homines & veraces & quod haberent bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & credidit bene facere & elemoſinam quando transmiſit predicta Petro Sancii heretico predicto, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo incepit habere noticiam de eis donec dicta Stephana Ycheria fuit mortua, & tunc audivit dici quod non conmunicaverat nec fuerat confeſſa, & reputavit ſe deceptam & receſſit à dicta credencia in qua ſteterat per unum annum & amplius.

¶ Raymunda uxor Raymundi Vitalis de gaſconia prope viride folium, filia Arnaldi Gilaberti de ferrus per ſe veniens, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, X°. Kalendas Marcii, anno Domini M°. CCCIX°. vidit ſemel in domo cujuſdam perſone quam nominat Petrum Sancii hereticum, & audivit eum legentem in quodam libro aliqua verba de quibus non recordatur, & ſtatim receſſit quando cognovit eum & ſcivit ipſum eſſe talem. Item dixit in alia confeſſione ſua quod vidit Jacobum Auterii hereticum ſemel in quodam loco quem nominat in confeſſione ſua. Item quod alia vice vidit Petrum Auterii hereticum in eodem loco, & qualibet vice adoravit dictos hereticos dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia aliquo tempore. Conmittens predicta à VI. annis & à duobus citra ante confeſſionem ſuam factam de predictis,

nec

nec predicta voluit confiteri donec fuit vocata & citata licet pluries fuerit requisita.

¶ Petrus Hugonis, filius quondam Raymundi Hugonis de Hugonibus prope Caravellum, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio die veneris ante festum beate Margarite, anno Domini M°. CCCVI°. item XIII°. Kalendas Octobris anno Domini M°. CCCX°. audivit multociens conmendari sibi vitam & sectam & factum hereticorum à Petro Raymundi de Hugonibus fratre suo inducendo eum ad amorem & credenciam ipsorum. Item postmodum vidit Jacobum Auterii hereticum in domo Poncii de Hugonibus, & portavit eidem Jacobo quedam que sibi mittebantur de Tholosa à quadam muliere Pancosseria, & audivit verba & predicationem dicti heretici ibidem, & quando recessit inde fecit reverenciam dicto heretico sicut fuit edoctus per eum inclinando caput tribus vicibus ad utrumque humerum dicti heretici dicendo qualibet vice benedicite, & tunc erat ibidem cum dicto Jacobo heretico quidam alius hereticus cujus nomen nescivit tunc. Item alia vice post vidit predictum Jacobum hereticum cum alio heretico predicto cujus nomen nescivit in itinere prope Tholosam, & tunc audivit & scivit per Petrum Filii quod ille alius hereticus vocabatur Petrus Raymundi de sancto papulo. Item alia vice post vidit in quodam loco prope locum de Hugonibus Petrum Raymundi hereticum predictum transeuntem cum Petro Filii. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam sectam in qua homo posset salvari, & fuit in dicta credencia ab illo tempore quo primo audivit conmendari factum hereticorum donec postea audivit à Jacobo Auterii heretico dici quod Deus non faciebat florere nec germinare. Item celavit scienter veritatem de predictis in prima confessione quam fecit in judicio contra proprium juramentum. Predicta conmisit à VI. annis citra antequam confiteretur ultima vice judicialiter de predictis.

¶ Bernardus Hugonis de Hugonibus, alias dictus den Adam, fuit confessus coram domino cardinali penitenciario domini pape in Avinione XVII°. Kalendas Julii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno quinto, anno Domini M°. CCCX°. quod Poncius Hugonis de Hugonibus compater suus dixit sibi si volebat videre losbos homes, & ipse concessit ei quod sic, & tunc ivit cum dicto Poncio ad domum ejus ubi in quadam camera invenit quendam hominem senem qui vocabatur Petrus Auterii, & ibidem audivit verba ejusdem & in recessu ab eo dedit sibi de pecunia sua. Item alia vice in eadem domo & camera vidit & visitavit alium senem invitatus per eundem Poncium compatrem suum qui dixit sibi prius quod erat de illis bonis hominibus cujus nomen nescivit. Item alia vice in eadem domo & camera vidit quendam juvenem cum eodem Poncio conpatre suo, qui dixit sibi quod erat de illis bonis hominibus, set ejus nomen nescivit. Item multociens vidit prenominatos bonos homines in eadem domo & camera non tamen simul set separatim diversis diebus & temporibus invitatus & ductus per eundem, Poncium conpatrem suum. Interrogatus II°. si sciebat vel presumebat predictos bonos homines esse hereticos respondit quod non. 59. b.

¶ Postmodum altera die rediens dictus Bernardus ad confitendum coram eodem domino penitenciario adgessit ad predicta dicens quod quadam die de mane ante auroram ad inductionem dicti Poncii conpatris sui associavit cum eodem conpatre predictum seniorem de uno loco ad alium, & tunc quando recessit ab eo edoctus per dictum Poncium fecit eidem seni reverenciam flexis genibus capite inclinato quasi prostratus cum manibus vestimenta dicti senioris tangens dicendo tribus vicibus benedicite, & qualibet vice dictus senior respondebat Deus vos benedicat. Interrogatus, si sciebat dictum seniorem esse hereticum, respondit quod sic, quia conpater suus predictus dixerat sibi quod illi boni homines vocabantur gentes alio modo heretici. Item alia vice dedit predicto heretico de pecunia sua. Conmittens predicta à IIII°r annis citra antequam confiteretur de predictis.

¶ Bernardus Hugonis, filius quondam Arnaldi Hugonis de Hugonibus, sicut

legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Junii, anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi à Poncio de Hugonibus hereticos inducendo eum quod vellet videre eos, & conceſſit eidem. Item poſtmodum vidit pluries in domo dicti Poncii & in quodam orto prope dictam domum tres hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium dicti Petri & Amelium ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit predicationem & doctrinam ipſorum, quando veniebat ad eos & quando recedebat ab eis ſalutabat eos modo hereticali amplexando ponendo manus ad utrumque latus & vertendo caput ter ad utrumque humerum ipſorum dicendo qualibet vice benedicite. Item Petro Auterii heretico, petenti & requirenti ſi volebat in infirmitate ſeu in fine ſuo recipi per eos ad ſectam & ordinem ipſorum, promiſit & conceſſit quod ſic. Item quadam vice portavit ex parte Arnaldi Hugonis patris ſui hereticis unam inſtam vini in domo dicti Poncii. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & iſtud credidit à principio, & quando audivit quod heretici vocabant capellanos & illos de eccleſia Romana Phariſeos dubitavit, & ex tunc non credidit firmiter ut dixit. Predicta conmiſit à VI. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & in carcere detentus & per alios accuſatus.

¶ Bernardus Mancipii de luganno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VII°. ydus Maji, anno Domini M°. CCCIX°. vidit in domo matris ſue & fratrum ſuorum Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, ſciens quod erant de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem eorum & errores contra fidem catholicam, ſcilicet quod nullus debebat adorare crucem, & quod Deus non habebat in iſto mundo niſi ſpiritus & reſiduum erat de parte luciferi, & quod Deus non faciebat florere nec germinare nec fructifficare ſet virtus terre. Item alia vice vidit ibidem Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos & audivit errores ipſorum, ſcilicet quod dicebant quod capellani faciunt pluries deos de paſta & poſtea comedunt eos. Item quod nullus poterat ſalvari niſi per viam
60. quam ipſi heretici tenebant qui ſerviebant eccleſie Dei, & capellani & religioſi ſerviebant eccleſie dyaboli & adorabant crucem & ymagines de ligno & lapide & ydola, & omnes illi qui credebant fidem eccleſie Romane erant ceci & ſurdi & muti. Item ſemel Valencia mater ſua dedit ſibi aliquantulum de pane dicens quod erat de pane benedicto hereticorum & ipſe accepit & comedit. Item alia vice quadam die in via cum Guilielmo porcelli juniore vidit & audivit & loqutus fuit cum quodam homine, de quo audivit & ſcivit tunc à predicto Guilielmo porcelli quod vocabatur Amelius & erat hereticus: & iſtud non dixit in prima confeſſione, cum tamen hoc fuiſſet & vidiſſet per IIII^or^ menſes ante. Predicta conmiſit à quinque annis & ab uno & à IIII^or^ menſibus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

¶ Predictus Bernardus negat adorationem & convenienciam ſeu pactum & credenciam hereticorum & reputatur male confeſſus quia Petrus Auterii & Jacobus filius ejus dixerunt & ſcripſerunt quod dictus Bernardus & alii fratres ſui fecerunt eis pactum & audiverunt predicationem ipſorum & adoraverunt eos, unde dictus Bernardus ſtetit diu in muro detentus, nec fuit abſolutus à vinculo exconmunicationis nec aliud voluit confiteri, cum tamen ſteterit per duos annos & amplius in muro quamvis pluries fuerit requiſitus. Poſtmodum vero ſub anno Domini M°. CCCXII°. XV°. Kalendas Maji preffatus Bernardus in judicio conſtitutus confeſſus fuit, ſe olim credidiſſe hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſet ſalvari, & quod fuit in illa credencia per annum.

¶ Guilielmus de baynaco, filius quondam Guilielmi de baynaco de lantario, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XVII°. Kalendas Septembris, anno Domini M°. CCCX°. vidit & recepit in domo ſua Jacobum Auterii & Petrum Auterii patrem Jacobi & Philippum hereticos, non ſimul ſet diverſis temporibus & quemlibet per ſe ſciens eſſe hereticos, & Jacobus comedit ibi-

dem

dem cum quibusdam aliis quos nominat, & ibidem adoravit predictum Jacobum hereticum flectendo genua ter coram ipso & dicendo qualibet vice benedicite junctis manibus & extracto capucio, & Philippus comedit & bibit & jacuit ibidem. Item alibi vidit & visitavit & scivit Petrum Auterii, & audivit verba & predicationem ejus contra fidem ecclesie Romane. Item alibi in domo cujusdam quem nominat in confessione sua vidit & audivit & scivit quendam alium hereticum qui vocabatur Petrus Raymundi, & ibidem ipsum adoravit modo hereticali predicto. Item comedit semel de pane benedicto per Jacobum Auterii hereticum predictum quem dictus hereticus dedit ei, & vidit modum benedictionis. Item consentiit quod uxor sua Aycelina in infirmitate de qua obiit haberet aliquem hereticum qui reciperet eam ad sectam & ordinem suum, & ipsemet procuravit quod aliquis hereticus adduceretur ad dictam infirmam, & fuit adductus Philippus hereticus qui dictam infirmam recepit in fine ad sectam & ordinem suum secundum modum hereticorum presente & vidente ipso Guilielmo. Item ipse Guilielmus solvit legatum post mortem uxoris quod fecerat hereticis. Item scivit aliquos esse credentes & receptores hereticorum, cum quibus fuit loqutus de facto hereticorum familiariter & secrete conmendando & aprobando vitam & sectam hereticorum. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & quod homo posset salvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per tres annos. Conmittens predicta à sex annis & citra antequam confiteretur de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus & per alios detectus, & negavit à principio veritatem.

¶ Sibilia uxor Petri Rabastela de lautario, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, nonis Octobris, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Raymundi de Salvetate patris sui in quodam cellario duos hereticos sciens ipsos esse de illis qui vocantur heretici, quorum alter erat antiqus & alter juvenis, & audivit ibidem verba & predicationem alterius ipsorum qui legebat in quodam, & ibidem adoravit eos sicut fuit edocta inclinando se profunde coram dictis hereticis ter junctis manibus super quandam bancam & dicendo qualibet vice benedicite cum quibusdam aliis personis quas nominat in confessione sua. Item alia vice vidit predictum hereticum juniorem in domo patris sui predicti. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eos usquequo vidit quod gentes vexabantur propter factum heresis. Conmittens predicta à sex annis citra, nec fuit confessa donec fuit vocata & citata & per alios nominata. 60. b.

¶ Petrona filia Guilielmi Aliguerii senioris de mirapiste, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, die dominica ante festum beati Thome apostoli, anno Domini M°. CCCV°. vidit pluries in domo patris sui tam apud Mirapistem quam apud Bolhacum Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium ejus & Guielmum Auterii & Andream hereticos, & adoravit eos modo hereticali flectendo genua junctis manibus coram ipsis tribus vicibus dicendo benedicite qualibet vice, & vidit ab aliis personis quas nominat similiter adorari, & audivit verba & predicationem dictorum hereticorum. Item fecit pactum seu convenienciam hereticis quod in fine suo peteret eos ut reciperent eam secundum modum suum. Item credidit hereticos esse bonos homines, dixit tamen quod non credebat magis salvari in fide eorum quam in alia. Predicta conmisit à tribus annis & à duobus & ab uno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

¶ Arnaldus de prato de mirapiste prope carnum, filius Thome de prato qui fuit oriundus de monte astrugo, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, XII°. Kalendas Julii, M°. CCCIX°. item XIIII°. Kalendas Januarii, M°. CCCX°. recepit in domo sua duos homines quorum alter erat senex & alter juvenis & comederunt & biberunt ibidem, & audivit ab Hugone Maurandi qui adduxerat eos illuc quod erant de amicis Dei. Item alia vice vidit predictos duos homines in domo Hugonis Murandi & audivit ibidem verba & predicationem ipsorum contra fidem ecclesie Romane specialiter de sacramento altaris, & quod ipsi

tenebant meliorem vitam & ſectam quam clerici & capellani. Item adoravit eos ibidem inclinando ſe profunde tribus vicibus coram ipſis dicendo qualibet vice benedicite. Item conceſſit eis quod ſi venirent ad ipſum in infirmitate ſua quod reciperent eum ad ſectam ſuam, & tunc credebat dictos duos homines eſſe hereticos. Item Petrum Auterii hereticum recepit in domo ſua, ubi jacuit una nocte & ſtetit una die comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & audivit verba & predicationem dicti heretici & adoravit eum modo hereticali predicto. Item ſemel juvit cum quibusdam aliis dictum hereticum ad tranſeundum cum navi fluvium tarni. Item comedit ſemel de pane benedicto dicti heretici. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia paucis diebus. Item venit primo ad confitendum & celavit ſcienter in confeſſione ſua veritatem contra proprium juramentum, & ex hoc perdidit gratiam ſibi promiſſam. Predicta conmiſit à quinque annis & à tribus citra antequam confiteretur integre judicialiter de predictis.

¶ Guilielmus turques filius quondam Guilielmi turques de mirapiſte ſupra tarnum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XVIII°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCX°. fuit requiſitus per Guilielmum Aliguerii ſi volebat videre de bonis hominibus qui ab aliis vocabantur heretici, quos dictus Guilielmus Aliguerii conmendabat & aprobabat, & ipſe conceſſit ei quod volebat eos videre, & ivit cum dicto Guilielmo ad domum ejus, ubi in quodam ſolario vidit duos homines tales quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Jacobus Auterii filius ejus, & ibidem ſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & ibidem audivit predicationem & doctrinam ipſorum & adoravit eosdem ſicut fuit
61. doctus inclinando ſe profunde coram dictis hereticis tribus vicibus junctis manibus dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis perſonis quas nominat ibidem ſimiliter adorari. Item quadam vice duxit & aſſociavit Amelium hereticum cum quodam animali ſuo de Mirapiſte ſupra tarnum usque Tholoſam, & de Tholoſa reduxit eum usque villam murum, & audivit ab eodem heretico quod ibat ad quandam puellam infirmam Tholoſe quam invenerunt mortuam fuiſſe, & comedit & bibit cum dicto heretico, & iſtud celavit in prima confeſſione ſua ſcienter contra proprium juramentum. Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum, quem Guilielmus Aliguerii tradidit ſibi. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia aliquanto tempore donec audivit quod heretici & credentes eorum capiebantur. Predicta conmiſit à ſeptem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec fuit confeſſus donec fuit citatus, & donec aliqui ex hiis qui cum eo fuerant ſimul cum hereticis predictis fuerunt condempnati ad murum.

¶ Beatrix uxor Johannis Capus de Mirapiſce ſupra tarnum, filia quondam Petri Yſarni, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVI°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCX°. audivit à quibusdam perſonis quas nominat in confeſſione ſua conmendari & aprobari ſibi hereticos ut vellet eos videre & credere eis, & tandem conſentiit, & poſtmodum vidit & viſitavit aliquociens in domo Guilielmi Aliguerii duos hereticos quorum unus vocabatur Jacobus & alter Petrus Auterii non ſimul ſet quemlibet per ſe in diverſis vicibus & diebus, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum cum quibusdam aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua, & adoravit dictum Petrum Auterii hereticum inclinando ſe ter verſus terram junctis manibus coram eo, & dicendo qualibet vice benedicite, & fecit eidem heretico convenienciam quod in infirmitate ſua vel in fine ſuo vellet eum ut juvaret eam ad ſalutem. Item dictum Petrum Auterii hereticum vidit quadam nocte in domo Hugonis Maurandi. Item alia vice vidit eundem hereticum in domo ſua & mariti ſui qui adduxit eum illuc quadam nocte, ſet non remanſit ibi. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta

cta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Predicta conmiſit à ſeptem & à quinque annis antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios revelata & detecta, venit tamen antequam vocaretur vel citaretur.

¶ Johannes Capus de mirapiſce ſupra tarnum, oriundus de alvernia in quadam villa que vocatur mons acutus prope ermencs, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio xv°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. cccx°. audivit à Guilielmo Aliguerii conmendari & aprobari ſibi hereticos & vitam & ſectam ipſorum ut induceret eum ad amorem & credenciam ipſorum, & conſentiit quod volebat eos videre, & poſtmodum vidit aliquociens & viſitavit in domo predicti Guilielmi Aliguerii Petrum Auterii hereticum & Jacobum Auterii filium dicti Petri, quos ſcivit eſſe de illis qui vocantur heretici, aliquando ambos ſimul aliquando unum ſolum, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum cum aliis perſonis quas nominat, & fecit pactum & convenienciam dicto Petro Auterii heretico quod volebat recipi in fine ſuo ad ſectam & ordinem ipſorum hereticorum, & adoravit ipſum hereticum inclinando ſe profunde ter junctis manibus coram eo dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ſimiliter ab aliis adorari. Item vidit in domo Hugonis Maurandi predictum Petrum Auterii hereticum, & miſit ſibi poſtea aliquos piſces. Item predictus Petrus Auterii hereticus fuit in domo ſua una vice. Item ipſe Johannes induxit verbis ſuis uxorem ſuam ad amorem hereticorum, & Petrum filium ſuum duxit ad domum Guilielmi Aliguerii ad videndum & audiendum ibi hereticos. Item accepit & tenuit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam 61. b.
& quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citatus & per alios accuſatus.

¶ Guilielma Hyſpana uxor Arnaldi de prato de Mirapiſce ſupra tarnum, filia quondam Raymundi eſpa, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, xiiii°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. cccix°. audivit conmendari ſibi hereticos ab Hugone Maurandi ut vellet videre eos & conſentire, & audivit ab eodem quod Petrus Auterii erat de illis bonis hominibus qui vocantur heretici. Item dictum Petrum Auterii vidit in domo Guilielmi Aliguerii & in domo dicti Hugonis Maurandi. Item in domo ſua & viri ſui vidit predictum Petrum Auterii hereticum duabus vicibus in diverſis diebus, & jacuit ibi comedendo & bibendo de bonis domus ipſorum, & audivit ibidem verba & predicationem dicti heretici, & adoravit eum inclinando ſe ter coram ipſo junctis manibus dicendo bone Chriſtiane benedictionem Dei & veſtram, & vidit à duabus perſonis aliis quas nominat ſimiliter adorari. Item ſemel accepit de pane benedicto hereticorum & comedit. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam ſectam & bonam fidem & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per unum annum. Predicta conmiſit à iiii^{or} & à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata & per alios accuſata.

¶ Petrus Capus, filius Johannis Capus de Mirapiſce ſupra tarnum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, vii°. ydus Januarii, anno Domini M°. cccx°. audivit conmendari ſibi hereticos à quibusdam perſonis quas nominat, & poſtmodum in domo Guilielmi Aliguerii vidit duos homines quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Jacobus filius ejus, & ibidem audivit & ſcivit quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici, & dictus Jacobus dixit ibidem aliqua verba de doctrina ſua. Item in domo ſua & patris & matris ſue vidit alia vice predictum Petrum Auterii hereticum, & audivit ibidem verba & predicationem ejus qui legebat in quodam libro. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſo-

rum

rum, & fuit in illa credencia per unum annum. Predicta conmisit à sex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus & per alios nominatus.

¶ Magna uxor Hugonis Maurandi de Mirapisce supra tarnum, filia Raymundi Espa, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, anno Domini M°. cccx°. III°. ydus Januarii, audivit pluries conmendari sibi hereticos ab aliquibus personis quas nominat in confessione sua, inducendo eam ut consentiret in facto hereticorum. Item postmodum vidit & visitavit in domo Guilielmi Aliguerii Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & scivit ipsos esse hereticos, & audivit verba & predicationem & doctrinam cujuslibet ipsorum, & adoravit eos inclinando se profunde ter coram eis junctis manibus dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis personis quas nominat similiter adorari. Item dictus Petrus Auterii una vice post stetit in domo sua & mariti sui per quatuor dies & noctes & comedendo & bibendo & jacendo ibidem, ubi ipsa & maritus suus serviebant sibi & & ministrabant necessaria, & tunc audivit verba & predicationem ipsius. Item alia
62. vice & alio tempore predictus Petrus Auterii hereticus stetit in domo ipsius & mariti sui tribus diebus & noctibus comedendo & bibendo & jacendo ibidem sicut prius, & credit quod dictus maritus suus fecerit venire tunc dictum hereticum ut reciperet ad sectam & ordinem suum quandam filiam ipsorum que tunc infirmabatur, si contingeret eam mori. Item alia vice & alio tempore Petrus Auterii predictus & Petrus Sancii qui similiter se habebat in victu fuerunt in domo sua & viri sui, & steterunt ibi comedendo & bibendo & jacendo in quodam cosserio dicte domus per unum mensem, & ipsa & vir suus serviebant & ministrabant eis necessaria, & ibidem audivit verba & predicationem & doctrinam dicti Petri Auterii heretici & adoravit eum modo hereticali predicto. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia per tres annos. Predicta conmisit à sex vel septem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Venit autem ad confitendum non citata, erat tamen prius nominata & accusata & maritus suus per sentenciam inmuratus.

¶ Johannes Mercaderii de chauleto, filius quondam Raymundi Mercaderii de monte Galhardo prope bornum de parochia sancti Antonini, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, VIII°. ydus Octobris, anno Domini M°. cccx°. ivit ad videndum & visitandum hereticos ad domum Hyspanorum, ubi in quodam solario invenit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & ibidem audivit verba & predicationem ipsorum, & adoravit eos inclinando se tribus vicibus coram eis dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis personis quas nominat similiter adorari. Item in domo Baranhone vidit Petrum Auterii hereticum predictum alia vice. Item in domo Raymundi Dominici de borno vidit Jacobum Auterii & Petrum Raymundi hereticos & audivit verba & predicationem ipsorum, & adoravit eos modo hereticali predicto cum aliis personis quas nominat. Item in domo Johannis Mercaderii de borno vidit alia vice Petrum Auterii hereticum supradictum. Item Petrus Auterii hereticus prima vice qua vidit eum petivit ab ipso Johanne si volebat sibi facere convenienciam, cui concessit quod sic, sed non recordatur de verbis conveniencie. Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia per annum. Predicta conmisit à VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & prima vice qua venit adconfitendum fuit confessus ficte & palliate contra proprium juramentum, IIII°. Kalendas Junii, M°. CCCIX°.

¶ Guilielma bertriga uxor quondam Bernardi rubei de Marnhaco pr ope montem clarum dyocesis Caturcensis, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, VI. ydus Novembris anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari sibi vitam & sectam & factum hereticorum à Raymundo de Lantario de rotgeriis, & in domo ejus in quodam solario dictus Raymundus ostendit sibi duos homines de quibus audivit & scivit

ſcivit ibidem quod alter illorum vocabatur Petrus Auterii & nomen alterius neſcivit, & audivit ab eisdem quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici, & ibidem audivit dictum Petrum Auterii legentem in quodam libro. Item in domo ſua poſtmodum recepit Petrum Auterii hereticum predictum, & jacuit ibi & comedit de bonis domus ſue. Item illo tempore audivit quod dictus Petrus Auterii hereticus ivit inde ad hereticandum Guilielmum filium Petri de lantario apud Rotgerias & inde rediit ad domum ipſius Guilielme. Item circa idem tempus in infirmitate Guilielmi filii ipſius Guilielme de qua obiit fuit miſſum pro dicto heretico ſciente ipſa Guilielma ut veniret ad hereticandum dictum filium ſuum infirmum, qui fuit mortuus antequam hereticus fuiſſet adductus. Item poſtmodum Hugo filius dicte Guilielme in infirmitate de qua convaluit hereticatus & receptus ad ſectam & ordinem hereticorum predictum Petrum Auterii hereticum, preſente & vidente & conſenciente dicta Guilielma, & dictam hereticationem tenuit & ſervavit poſtea per tres dies. Item tunc dicta Guilielma fecit convenienciam ſeu pactum dicto heretico quod in fine ſuo debebat recipi ad ſectam dicti heretici per ipſum vel aliquem alium de ſociis ſuis, & ibidem adoravit dictum hereticum inclinando ſe junctis manibus coram ipſo dicendo ter benedicite petendo benedictionem à dicto heretico. Item vidit & interfuit hereticationi Lombarde matris ſue in domo ipſius Guilielme, & ipſa vidente Petrus Sancii hereticus recepit ad ſectam & ordinem ſuum dictam Lombardam matrem ſuam in infirmitate de qua obiit. Item poſt predicta recepit dicta Guilielma Petrum Sancii hereticum predictum in domo ſua, ubi ſtetit dictus hereticus per ſeptem ſeptimanas comedendo & bibendo & jacendo, & ipſa miniſtravit & ſervivit ſibi multociens cum Raymunda filia ſua, & audivit verba & predicationem dicti heretici ſemel. Item venit ad viſitandum dictum hereticum quidam alius qui vocabatur Sancius, de quo credidit quod eſſet hereticus. Item fuit ibidem dictus hereticus per quasdam perſonas alias quas nominat viſitatus. Item dictus hereticus timens ibi capi mutavit ſe inde ad quoddam nemus quod eſt ibi prope, ubi ipſa viſitavit eum bis, & portavit ſibi de pane & de vino & unum paſtillum. Item illa die vel ſequenti, in qua ultimo viſitaverat dictum hereticum in nemore, venerunt nuncii inquiſitoris Tholoſani ad ipſam requirentes dictum hereticum ab eadem, quem nullo modo voluit indicare nec revelare, & ſic fuit capta & Tholoſam perducta. Item ipſa conſentit & conceſſit quod Raymunda filia ſua recederet cum heretico ad ſerviendum ſibi per unum menſem vel duos. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam vitam & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo Hugo filius ſuus fuit receptus in ſectam hereticorum, ſicut dictum eſt ſupra, quousque Raymundus bertrici frater ipſius Guilielme fuit captus per unum annum cum dimidio. Predicta conmiſit à VII. annis citra, & perſeverabat in predictis quando fuit capta & Tholoſam perducta, antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri nec hereticum revelare donec fuit capta & in carcere detenta. 62. b.

¶ Raymunda bertriga filia quondam Bernhardi Rubei de Marnhaco prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. Kalendas Septembris, item pridie Kalendas Marcii, anno Domini M°. CCCIX°. vidit in domo ſua & matris ſue quendam hominem ſenem qui ſtetit ibi aliquibus diebus, de quo audivit & ſcivit quod vocabatur Petrus Auterii & erat de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſius & errores contra fidem expreſſe cum aliis perſonis quas nominat, & ſervivit ei aliquando. Item comedit de pane benedicto per dictum hereticum bis vel ter. Item poſt in eadem domo vidit & ſcivit Petrum Sancii hereticum qui venit illuc ante feſtum ſancti Johannis, & ſtetit ibi usque ad diem Mercurii poſt feſtumbeati Laurentii comedendo & bibendo, & audivit & ſcivit quod erat de illis quivocantur heretici, & ſervivit ſibi & miniſtravit multociens, & audivit verba & predicationem & errores heretici predicti expreſſe contra hoſtiam conſecratam & contra baptiſmum & contra eccleſiam Romanam, & ſcivit quaſdam perſonas quas nominat que viſitaverunt

ibi dictum hereticum. Item ibidem vidit Sancium Mercaderii, de quo audivit & ſcivit quod erat hereticus. Item quadam vice audiens dictus hereticus quod erant capti quidam qui receperant eum, timens quod caperetur receſſit inde ad quoddam nemus ubi ipſa portavit dicto heretico panem & vinum bis, ſemel cum matre ſua & alia vice ſine matre ſua. Item dicta Raymunda conſentiit quod recederet cum dicto heretico & Bernardo Sicardi. Item alia vice viderat predictum Petrum Sancii hereticum in domo Raymundi bertrici, & audivit predicationem ipſius. Item vidit & interfuit hereticationi Lombarde avie ſue. Item comedit de pane benedicto dicti heretici. Predicta conmiſit ab uno anno & dimidio perſeverando in eis, donec mater ſua fuit capta & alii qui dictum hereticum receperant & tenuerant.

63. ¶ Hugo Rubei, filius quondam Bernardi Rubei de Marnhaco prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. Kalendas Septembris, item VIII°. Kalendas Marcii, anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Raymundo bertrici avunculo ſuo, inducendo eum ad amorem & credenciam eorum. Item poſt predicta verba dictus Raymundus bertrici quadam die in domo ſua oſtendit ſibi quendam hominem de quo audivit & ſcivit quod vocabatur Petrus Auterii & quod erat de illis bonis hominibus quos conmendaverat ſibi dictus Raymundus bertrici qui vocantur heretici, & ibidem ſicut fuit edoctus per avunculum ſuum predictum extracto capucio & junctis manibus inclinando coram dicto Petro Auterii bis vel ter dixit benedicite, & inde dictus Hugo & avunculus ſuus duxerunt dictum Petrum Auterii ad domum ipſius Hugonis & Guilielme matris ſue, ubi ſtetit dictus Petrus Auterii per quinque dies vel circa abſconditus comedendo & bibendo de bonis dicte domus, & ibidem audivit & ſcivit quod dictus Petrus Auterii erat de illis qui vocantur heretici, & aliquociens inclinavit ſe coram junctis manibus ter dicendo benedicite, & audivit verba dicti heretici & ipſum legentem in quodam libro, & conmendavit eccleſiam ſuam & reprobabat eccleſiam Romanam. Item aſſociavit dictum hereticum cum predicto avunculo ſuo de domo dicti avunculi ſui usque ad Verlhacum. Item de domo ſua & matris ſue vidit Petrum Sancii de quo audivit & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici, & ſtetit ibi dictus hereticus ab illo tempore quo fuit ibi adductus ultima vice per Raymundum bertrici multis diebus usque ad diem Mercurii poſt feſtum beati Laurentii comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & fuit ibidem dictus hereticus viſitatus per aliquas perſonas quas nominat, & audivit verba & doctrinam dicti heretici erroneam contra baptiſmum & hoſtiam conſecratam & quod capellani nullum poterant abſolvere à peccato ſet tantummodo ipſi heretici, & quod Deus non faciebat florere nec germinare. Item interfuit hereticationi Lombarde avie ſue, quam hereticavit & in ſectam recepit Petrus Sancii hereticus predictus in infirmitate de qua obiit, & ipſe Hugo cum aliis perſonis quas nominat ibidem adoravit dictum hereticum inclinando ſe tribus vicibus coram eo & dicendo qualibet vice benedicite. Item in infirmitate de qua Guilielmus frater ipſius Hugonis obiit ipſe Hugo ivit apud campmaſium de Rotgieras ad procurandum cum Bernardo Rocas aliquem hereticum qui veniret ad dictum infirmum hereticandum, ſet non fuit factum quia dictus infirmus obiit antequam hereticus poſſet haberi. Item dictus Hugo in quadam infirmitate de qua convaluit fuit hereticatus per Petrum Auterii hereticum & receptus ad ſectam & ordinem dicti heretici quam aliquibus diebus in dicta infirmitate tenuit & ſervavit ſtando in endura, ſet poſtmodum ad inſtantiam matris ſue comedit & convaluit. Item iſto anno dictus Petrus Sancii hereticus invitavit ipſum quod vellet ſe ponere in endura & facere bonum finem, ſet ipſe non conſentiit tunc ſet quando eſſet in ultimo vite ſue. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item ſcivit & vidit quod Sancius Mercaderii de borno, de quo audivit quod erat hereticus, viſitavit dictum Petrum Sancii hereticum in dicta domo, qui Sancius tunc procurabat & accelerabat ſibi mortem per minutionem & balnea-

neationem & frigidationem ipſo vidente. Item hoc anno Finas uxor Raymundi bertrici avunculi ſui dixit ſibi quod timebat capi per inquiſitores & volebat recedere & rogavit eum quod aſſociaret eam & aſſociavit eam usque Galliacum. Item celavit & ſuppreſſit veritatem ſcienter de multis in confeſſione quam primo fecit in judicio contra proprium juramentum. Predicta conmiſit à duobus| fere annis citra & ab uno & à dimidio & ab uno menſe antequam confiteretur judicialiter de predictis nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec mater ſua & avunculus ſuus predictusfuerunt capti & ipſe fuit citatus.

¶ Raymundus de Morovilla filius quondam Guilielmi de Morovilla qui mora- 63. b.
tur in quodam Campmaſio vocato de Morovilla in parochia ſancti Andree, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, quinto Kalendas Januarii, anno Domini M°. cccxi°. recepit & tenuit in quadam borda ſua Petrum Sancii hereticum tribus diebus & tribus noctibus in quadrageſima in illa epdomada in qua dominica ſequenti inquiſitor Tholoſanus debebat facere ſermonem Tholoſe ſicut eſt moris. Item in eadem quadrageſima in die Veneris ſancta predictus hereticus venit ad ipſum Raymundum de nocte quod daret ſibi conſilium, & ipſe Raymundus ſurgens de lecto duxit inde dictum hereticum apud Aurinum ad domum Raymundi Geraldi, ubi dimiſit eum, & ubi ſtetit dictus hereticus per menſem & amplius, & ipſe Raymundus viſitavit ibidem ter vel quater dictum hereticum in illo menſe. Item alia vice adduxit dictum hereticum de domo Raymundi Geraldi predicti ad domum ſuam ubi tenuit dictum hereticum in quadam borda abſconditum per duos menſes vel circa, & ſervivit & miniſtravit de neceſſariis dicto heretico. Item in feſto ſancti Cirici hereticus predictus cum Petro ſtopa mutavit ſe inde alibi iſto anno, & in ſequenti feſto beati Bartholomei ipſe Raymundus procuravit & adduxit barbitonſorem ut minueret dictum hereticum in quodam loco prope aurinum quem in confeſſione ſua nominat. Item alia vice ipſo anno ipſe Raymundus duxit dictum hereticum de Tholoſa apud Salyeths ad domum Guilielmi Sicredi pro quadam perſona infirma pro qua petebatur, ſcilicet pro matre Guilielmi ſicredi & fratrum ſuorum. Item alia vice poſt iſto anno circa feſtum ſancti Michaëlis duxit predictum hereticum de nocte de domo Raymundi Geraldi apud Salyeths ad domum Perri ſicredi qui tunc infirmabatur ad hereticandum ipſum, ubi ſtetit dictus hereticus aliquibus ſeptimanis. Item nuper in adventu Domini audita captione Petri eſtopa qui ſciebat dictum hereticum receptari in domo Raymundi Geraldi de aurino ipſe Raymundus de Morovilla ivit ad domum dicti Raymundi Geraldi, & adduxit inde dictum hereticum ad domum Guilielmi ſicredi & fratrum ſuorum, ubi jacuit cum heretico in eodem lecto in quodam loco abſcondito, & ſequenti die dictus Raymundus de Morovilla fuit captus de mandato inquiſitoris, & fuit ſibi oblata & promiſſa gratia immunitatis pene ſi dictum hereticum revelaret, nec voluit revelare dictum hereticum, & ſic hereticus fuit amiſſus nec potuit inveniri. Item ſcivit plures perſonas credentes & amicas hereticorum & quoſdam fugitivos pro facto hereſis, & procuravit dicto heretico noticias aliorum credentium & loca in quibus receptaretur & abſconderetur. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum. Predicta conmiſit à duobus annis citra perſeverando continue in facto dicti heretici, antequam confiteretur judicialiter de predictis, & fuit captus & deprehenſus in facto, nec voluit confiteri donec fuit detentus in carcere & per alios complices nominatus & accuſatus, & ſciverat & viderat olim patrem ſuum & patruum portantes cruces propter factum hereſis. Item celavit veritatem de aliquibus in judicio in prima confeſſione ſua contra proprium juramentum.

¶ Guilielmus bruni junior, filius Guilielmi bruni ſenioris de pruneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, iii°. ydus Aprilis, anno Domini M°. cccix°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Petro Sanchas de pruneto, & conceſſit eidem quod volebat videre ipſos & intravit domum ejus ad videndum hereticos, & invenit ibi duos hereticos

quorum unus vocabatur Petrus & erat ſenex & alterius nomen neſcivit & erat juvenis, & audivit ibidem cum aliis perſonis quas nominat predicationem & doctrinam predictorum hereticorum, & dictus hereticus junior legebat in quodam libro illa que dicebat & docebat, & ibidem dictus Guilielmus adoravit hereticos junctis manibus & flexis genibus inclinando ſe tribus vicibus coram ipſis & dicendo qualibet
64. vice benedicite, & vidit ibidem ab aliis perſonis quas nominat ſimiliter adorari. Item quadam vice de nocte poſt predicta aſſociavit duos hereticos de pruneto usque ad nemus de brolio prope viride folium cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per tres menſes donec audivit quod aliqui heretici erant capti Carcaſſone. Predicta conmiſit à IIII^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

¶ Johannes de ſalvetate de pruneto, filius quondam Raymundi de ſalvetate inmurati pro crimine hereſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi hereticos & vitam & ſectam ipſorum per Petrum Guilielmi de pruneto, inducendo ipſum ad amorem & credenciam hereticorum. Item poſt vidit cum eodem Petro Guilielmi Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & fecit eis pactum quod vocant convenienciam quod volebat in fine ſuo recipi ad ordinem ipſorum, & ibidem adoravit eos flectendo ter genua coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite. Item illo tempore quo Jacobus Auterii hereticus fuit captus ipſe Johannes cum Petro Guilielmi predicto mutaverunt Petrum Auterii hereticum in diverſis domibus quas nominat pluribus vicibus de nocte ne poſſet dictus hereticus inveniri & capi per inquiſitores. Item vidit & ſcivit multas perſonas conſencientes in facto hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & quod haberent bonam fidem, & fuit in illa credencia per duos annos. Predicta conmiſit à VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec fuit confeſſus donec fuit adductus captus & in muro detentus.

¶ Arnaldus Sanchas juvenis, filius quondam Petri Sanchas de pruneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, ydibus Januarii, anno Domini M°. CCCXI°. item X°. Kalendas Auguſti anno Domini M°. CCCXV°. audivit à Petro Guilielmi de pruneto fratre ſuo conmendari ſibi multociens hereticos & vitam & ſectam ipſorum, quos nominabat bonos homines, inducendo ipſum ad amorem & credenciam ipſorum, & poſtmodum dictus Arnaldus cum dicto Petro Guilielmi fratre ſuo vidit quendam hereticum in domo Raimunde Granete Tholoſe & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici per dictum Petrum Guilielmi, & fuit pranſus ibidem cum dicto heretico, & inde aſſociavit dictum hereticum cum Petro Guilielmi uſque prope viride folium ad domum cujusdam mulieris quam nominat. Item nuper in adventu Domini recepit in domo ſua Adzemarium Petri de banheriis quem ſciebat eſſe pro hereſi fugitivum, & quem alias ipſe incantaverat & fecerat recedere & fugere quando querebatur ad capiendum per inquiſitorem Tholoſanum tres anni erant elapſi, & quem etiam Adzemarium promiſerat inquiſitori Tholoſano ſe revelaturum & redditurum quandocunque ſciret & poſſet eum invenire. Item dictus Adzemarius fugitivus fuit captus in domo dicti Arnaldi, & ipſe Arnaldus aufugit & poſtmodum fuit captus & adductus ad inquiſitorem Tholoſanum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia donec Petrus Guilielmi frater ſuus fuit captus, qui poſtmodum fuit combuſtus. Predicta conmiſit à tribus annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & in carcere detentus. Item vidit in domo patris ſui & Sibilie matris ſue duos homines, quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Jacobus filius dicti Petri Auterii & alter Jacobus filius dicti Petri, de quibus mater ſua dixit ſibi quod erant boni homines & inducebat eum quod diligeret eos, & incantavit

tavit eum quod non loqueretur alicui extraneo de eis, quia caperentur ſi ſcirentur ibi eſſe, & predictos duos homines vidit ibi pluries de nocte & de die diverſis vicibus & temporibus infra ſpacium duorum annorum antequam pater ſuus & mater ſua fuiſſent citati coram inquiſitore Tholoſe, & tunc audivit publice dici quod predicti duo homines erant heretici. Item poſt predictum tempus, dum mater ſua teneretur capta in muro inquiſitorum Tholoſe, tunc quadam vice cum Petro Guilielmi fratre ſuo vidit predictum Petrum Auterii hereticum Tholoſe in quadam domo, ubi fuerunt pranſi cum dicto heretico. Predicta conmiſit à decem annis, & à VII. citra antequam confiteretur ultima vice judicialiter de predictis, & negavit pluries in judicio quod nunquam viderat predictos duos hereticos in domo patris ſui & matris ſue contra proprium juramentum, & quod nunquam audiverat nomina eorum, & ſtetit in negativa predicta poſtquam fuit per ſentenciam inmuratus per tres annos cum dimidio.

¶ Na neus filia quondam Petri Sanchas de pruneto etatis xx. annorum vel circa, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi à Petro Guilielmi fratre ſuo hereticos quod erant boni & tenebant viam Dei & apoſtolorum, & nominavit ſibi unum ex illis quem vocabat dominum Petrum, & poſt ipſa cum dicto fratre ſuo vidit dictum Petrum hereticum in domo ſua apud prunetum, & comedit ibi ipſa vidente & ſciente, & audivit tunc dici à dicto fratre ſuo quod ille erat de quo alias fuerat ſibi loqutus de illis qui vocantur heretici, & incantavit eam quod nulli revelaret, & ipſa promiſit ſibi quod non revelaret alicui. Item diu ante predicta vidit aliquas perſonas, quas nominat in confeſſione ſua, in domo patris ſui & matris ſue, de quibus credidit poſtea quando pater & mater fuerunt capti quod venirent illuc propter factum hereticorum. Item nuper in adventu Domini venit ad domum ipſius & Arnaldi fratris ſui Adzemarius Petri de banheriis quem ſciebat & audiverat prius eſſe fugitivum pro facto hereſis, & ſtetit ibi comedendo & bibendo de bonis domus & jacuit, & tunc dictus Azemarius & ipſa Neus fuerunt capti & ducti apud Tholoſam ad inquiſitorem. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum propter illa verba que dixerat ſibi frater ſuus predictus, & fuit in illa credencia uſquequo dictus frater ſuus fuit captus. Predicta conmiſit à IIII^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis & fuit adducta capta, & negavit à principio ſe de facto hereſis aliquid ſcire in judicio pluries requiſita. 64. b.

¶ Raymunda filia Raymundi de Lantario de Rotgeriis prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Lune in feſto beati Nicholay, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo Raymundi de Lantario patris ſui apud Rotgerias IIII^{or} hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum ejus filium & Amelium & Petrum Raymundi, non ſimul ſet aliquando tres, & una vice unum in diverſis temporibus & diebus, & audivit verba & predicationem dicti Jacobi & ſciebat illos eſſe de illis qui vocantur heretici, & adoravit eos flectendo genua ter junctis manibus coram ipſis petendo benedictionem eorum, & vidit ab aliis ſimiliter adorari. Item comedit de pane benedicto hereticorum bis. Item fecit pactum hereticis quod requireret in infirmitate ſua & in fine ſuo ut reciperent eam ad ſectam ſuam. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari. Predicta conmiſit à duobus annis & ab uno & dimidio citra antequam confiteretur de predictis.

¶ Galharda uxor Petri de Lantario, que conſuevit morari in quadam boria apud Sanger juxta bazetum, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Mercurii poſt feſtum beate Lucie anno Domini M°. CCCV°. vidit in boria in qua morabatur juxta buzetum cum Petro de lantario marito ſuo quendam hominem ſenem qui vocabatur Petrus & alium juvenem cum eo cujus nomen neſcivit quod erant de illis qui vocantur heretici & comederunt ibi cum aliis perſonis

quas nominat. Item dictum Petrum ſenem hereticum vidit ibidem alias duabus vicibus, & una vice jacuit ibi & in alia fuit ibi pranſus cum aliis perſonis quas nominat. Predicta conmiſit à v. annis & à IIII^{or} citra antequam confiteretur ultima vice plenius judicialiter de predictis quia antea fuerat confeſſa ſemel de predictis judicialiter, ſet non plene. Item prima vice qua fuit confeſſa judicialiter de predictis anno Domini M°. CCCV°. die Mercurii poſt feſtum beate Lucie juravit parere mandatis eccleſie & abjuravit omnem hereſim.

¶ Predicta Galharda, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VIII°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCCIX°. poſtquam alias confeſſa fuerat de hereſi & abjuraverat hereſim ex tunc Petrus de lantario maritus ſuus in infirmitate de qua obiit rogavit ipſam quod non inpediret eum nec deviaret à via dans ſibi intelligere quod volebat recipi ad ſectam & ordinem hereticorum in illa infirmitate, & ſic ipſa intelligebat & conceſſit dicto marito ſuo quod non inpediret eum ab illo facto, & poſtmodum audivit & cognovit & firmiter credidit quod illa que vidit & audivit quod dictus maritus ſuus fuit receptus ad ſectam & ordinem hereticorum per Petrum hereticum predictum in illa infirmitate de qua obiit & vidit & ſcivit quod dictus maritus ſuus in craſtino poſtquam dixerat ſibi predicta verba & ipſa conceſſerat quod non deviaret eum dixit ſibi quod à modo non invitaret eum de aliquo, quia de cetero non comederet nec biberet, & tunc ipſa intellexit quod erat receptus ad ſectam hereticorum, nec ex tunc comedit nec bibit. Item audivit dici quod Raymundus de lantario ſocer ſuus & Bernarda ſocrus ſua fuerunt hereticati, & credit idem de Bernardo & Arnaldo ſororiis ipſius Galharde. Item audivit à Raymundo bertrici quod Petrus de lantario maritus ſuus legaverat dicto Petro heretico XVIII. ſolidos. Predicta conmiſit à duobus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

65.

¶ Raymundus Sancii, filius quondam Raymundi Sancii de Roca ſireria, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. ydus Febroarii, anno Domini M°. CCCX°. vidit in domo ſua quadam vice Petrum, & Perum Sancii de garda & audivit & ſcivit ibidem quod dictus Petrus Auterii erat de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ſuam, & adoravit eum flectendo genua bis vel ter coram ipſo dicendo qualibet vice benedicite. Item conceſſit dicto Petro Auterii quod volebat eſſe de ſocietate & credencia ſua. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in ea, & fuit in illa credencia per IIII^{or} menſes & amplius. Predicta conmiſſit à ſex vel ſeptem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit nominatus & in carcere detentus.

¶ Johannes Raynes, filius quondam Poncii Raynes de ſancto Sulpicio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. Kalendas Febroarii anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari factum hereticorum à Poncio fratre ſuo & à Petro Sancii, & poſtmodum conſenciit quod Amelius hereticus veniret illuc ad recipiendum ad ſectam & ordinem hereticorum Guilielmam matrem ipſius in infirmitate de qua obiit, & ſtetit ibi in boria dicti Johannis dictus hereticus aliquibus diebus & noctibus comedendo & bibendo de bonis domus, & hereticavit dictam infirmam preſente & vidente & conſenciente dicto Johanne, & genuflexit bis ibidem dicendo benedicite ſicut hereticus docuit ipſum & alios quod facerent & dicerent ita. Item in domo Baranhone de ſancto Sulpicio alia vice poſt vidit predictum Amelium hereticum & duos alios cum eo de quibus poſtea audivit & ſcivit per dictam Baranhonam quod erant de illis qui vocantur heretici, & ſenior vocabatur Petrus Auterii & junior vocabatur Jacobus filius ejusdem Petri. Item alia vice recepit in boria ſua Petrum Auterii hereticum, & jacuit ibi una nocte. Item alia vice duxit & aſſociavit Petrum Sancii cum roncino ſuo ad quandam boriam, juxta buzetum, ubi vidit illa vice Petrum Auterii & Amelium hereticos predictos. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide

&

& ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia quaſi per tres annos. Predicta conmiſit à quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec fuit per alios accuſatus & poſtmodum captus & detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum, & condixerat prius cum Poncio fratre ſuo quod nullo modo confiteretur de predictis.

¶ Stephana uxor Adzemarii de Cauſſencs de ſancto Sulpicio, qui moratur in Campmaſio prope dictam villam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie ydus Febroarii anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam hereticorum à Baranhona matre ſua inducendo eam ad amorem & credenciam ipſorum, & conceſſit ſibi quod volebat videre eos, & poſtea quadam die dicta mater ſua oſtendit ſibi quendam hominem qui ſtabat abſconditus in domo ſua in quodam ſotulo, de quo dixit ſibi quod vocabatur Amelius & erat de illis bonis hominibus qui vocantur heretici, & audivit ibidem verba & monitiones dicti heretici qui conmendabat eccleſiam ſuam & condempnabat eccleſiam Romanam. Item alia vice poſt predicta vidit in predicta domo matris ſue duos hereticos ſimul, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſorum cum aliis perſonis quas nominat, & ſicut fuit edocta ibidem adoravit eos inclinando ſe profunde tribus vicibus coram eis junctis manibus dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis perſonis ibidem ſimiliter adorari. Item in quadam infirmitate Baranhone matris ſue predicte Petrus Auterii hereticus predictus recepit predictam infirmam in ſectam ſuam & hereticavit eam preſente & vidente dicta Stephana, & inhibuit dictus hereticus ne à modo aliquis cibus miniſtraretur dicte infirme hereticate ſecundum modum ipſorum hereticorum, & dicta Stephana cum quadam alia perſona quam nominat que ſerviebant dicte infirme obſervaverunt quod de tota nocte nec de die ſequenti nullus cibus vel potus fuit ei miniſtratus, ne dicta infirma perderet bonum quod receperat & ne faceret contra ordinationem dicti heretici quamvis dicta infirma requireret quod darent ſibi cibum, & tandem tertia die comedit & convaluit. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit & audivit eos, quousque dicta mater ſua receſſit & aufugit de ſancto Sulpicio. Predicta conmiſit à quinque annis & à IIII^{or} citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit acuſata & citata. 65. b.

¶ Bernarda uxor Poncii Raynes de ſancto Sulpicio filia quondam Baranhone, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. Nonas Febroarii anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Baranhona matre ſua & à quibuſdam aliis perſonis quas nominat, & conſentiit quod volebat videre eos, & conmendavit factum hereticorum Poncio Raynes marito ſuo. Item recepit in domo ſua & viri ſui Jacobum Auterii & Petrum Auterii patrem dicti Jacobi hereticos, & ſteterunt ibi multis diebus comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & multociens ſervivit eis & miniſtravit neceſſaria, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum, & induxit Guilielmam ſocrum ſuam ad conſenciendum in facto dictorum hereticorum. Item viſitavit in domo Baranhone predictos duos hereticos, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos petendo benedictionem ab eis inclinando ſe tribus vicibus coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis ſimiliter adorari, & induxit Guilielmam uxorem Johannis Raynes ad videndum predictos hereticos. Item alia vice vidit & viſitavit in eadem domo Petrum Auterii & Amelium hereticos ſimul, & dictum Amelium ſolum alia vice, & audivit verba & predicationem ipſorum. Item vidit & ſcivit quod Baranhona mater ſua poſuit ſe in endura quadam vice in quadam infirmitate in qua fuit hereticata per Petrum Auterii hereticum preſente & vidente dicta Bernarda, ſet poſtmodum dicta Baranhona

con-

convaluit que ibidem dictum hereticum adoravit. Item interfuit hereticationi Guilielme ſocrus ſue quam fecit Amelius hereticus, qui ſtetit in eadem domo aliquibus diebus pro dicta infirma hereticanda, & ipſa ſervivit ſibi & miniſtravit neceſſaria, & ipſa audiente & preſente legavit dicta infirma heretico ſupertunicale ſuum & tunicam. Item ſcivit quaſdam perſonas quas nominat eſſe fugitivas pro facto hereſis in ſancto Sulpicio. Item ſcivit alias perſonas familiares & conſencientes in facto hereticorum. Item ivit ad videndum & viſitandum Petrum Sancii in domo Guilielmi porcelli, ubi ſtabat abſconditus in quodam ſolario. Item comedit de pane benedicto hereticorum ter vel quater, quem Petrus Auterii dedit ſibi. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per quinque annos. Predicta conmiſit à ſex annis citra perſeverando in eis antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adducta capta & detenta in muro, & fuit multum dura ad confitendum & negavit veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Arnaldus de Artigiis, filius quondam Petri de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam IIII^{or} Kalendas Novembris anno Domini M°. CCCX°. vidit pluries & in pluribus locis Petrum Sancii & Petrum Auterii hereticos ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur hereticí, & vidit eos aliquando ſimul & aliquándo unum ſine alio, & aſſociavit eos aliquando de nocte de loco ad locum ambos, & aliquando unum ſine alio, & ſcivit
66. quasdam alias perſonas familiares & credentes hereticorum & que recipiebant hereticos quos nominat in confeſſione ſua, & ſcivit quosdam quos nominat eſſe ductores hereticorum. Item ſcivit & vidit hereticationem matris ſue & conſentiit quod fieret per Petrum Sancii hereticum. Predicta conmiſit à IIII^{or} annis & à tribus citra antequam confiteretur de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in carcere & per alios conplices acuſatus, & celavit in prima confeſſione quam fecit de hereticatione matris ſue predicte contra proprium juramentum.

¶ Beatrix uxor Geraldi de artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVI°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCCXI°. vidit in domo ſua & viri ſui Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & jucuerunt ibi & comederunt & biberunt, & ipſa ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & genuflexit coram dicto Petro Auterii heretico, & ibidem ad requiſitionem dicti heretici conceſſit & promiſit eidem heretico quod volebat in fine ſuo recipi & indui per eundem ad ſectam & ordinem ſuum. Item alia vice vidit & recepit in domo ſua & viri ſui Petrum Sancii hereticum duobus diebus & duabus noctibus. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia uſque ad illud tempus in quo vir ſuus predictus fuit captus propter factum hereſis. Predicta conmiſit à V. & a IIII^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit detecta per alios & in muro detenta.

¶ Galhardus fabri textor, filius quondam Arnaldi fabri de ſoricinio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. Kalendas Octobris anno Domini M°. CCCX°. audivit pluries conmendari ſibi hereticos familiariter & ſecrete per quasdam perſonas quas nominat in confeſſione ſua, & conceſſit eis quod volebat videre aliquem ex eis, & poſt quadam die adduxerunt ad domum ſuam quendam hereticum qui vocabatur Petrus Auterii qui fuit pranſus in domo ſua cum quibusdam aliis perſonis que ibant cum eo, & ibidem vidit predictum hereticum adorari ab aliquibus de illis qui tunc ibant cum dicto heretico, & ibidem dictus hereticus traxit ipſum Galhardum ad partem & dixit ei quod nullus poterat ſalvari niſi reciperetur per eos in fine ſuo & qui faciebant convenienciam eis, & interrogavit ipſum ſi volebat ſtare in conveniencia ipſorum, & ipſe reſpondit ſibi quod ſic. Item audivit & ſcivit ibidem quod dictus hereticus tunc ibat ad recipiendum quandam perſonam infirmam, quam tamen non audivit nominari, nec locum. Item

cre-

credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta eorum, & fuit in illa credencia per medium annum. Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & in muro detentus.

¶ Petrus Ycherii de ſenilh, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, v°. Kalendas Decembris anno Domini M°. cccx°. vidit in domo ſua quendam hereticum qui vocabatur Jacobus, & ſcivit ipſum eſſe hereticum & quod fuerat illuc adductus ad videndum & viſitandum Stephanam matrem ſuam infirmam decumbentem in lecto, & ibidem audivit verba & predicationem dicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, & quando hereticus receſſit inde tunc ipſe & omnes alii qui erant ibi quos nominat dixerunt coram dicto heretico benedicite bis vel ter, ſicut hereticus dixerat eis quod dicerent. Predicta conmiſit à ſeptem vel octo annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec fuit confeſſus donec fuit adductus captus & in muro detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Petrus Dominici, filius quondam Guilielmi Dominici minoris de ſancto Johanne de heremo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVI°. Kalendas Decembris anno Domini M°. cccx°. vidit in domo Vitalis Gilaberti avunculi ſui Petrum Auterii & Jacobum Auterii hereticos ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici & ſunt ab eccleſia Romana perſequti, non quidem ſimul ſet quemlibet per ſe diverſis diebus, & audivit predicationem cujuslibet, & adoravit utrunque inclinando ſe profunde tribus vicibus junctis manibus dicendo benedicite cum quibusdam aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item fecit pactum ſeu convenienciam dicto Petro Auterii heretico. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in dicta credencia per annum usquequo Jacobus Auterii hereticus predictus fuit captus. Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & per alios conplices nominatus. 66. b.

¶ Lombarda uxor Petri Arnaldi de Rialh de laſſolada, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII°r Kalendas Decembris anno Domini M°. cccx°. recepit in domo ſua quendam hereticum ſciens ipſum eſſe talem, & fuit ibi pranſus dictus hereticus cum quibusdam aliis perſonis quas nominat, & ipſa dedit eis de pane ſuo ibidem. Item alia vice vidit Jacobum hereticum in domo Baranhone cum multis aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Predicta conmiſit ab octo & à ſeptem annis citra antequam confiteretur de predictis, nec voluit confiteri donec fuit citata & arreſtata diu in porta domus inquiſitionis. Interrogata, ſi credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, reſpondit quod quando fuit in domo predicte Baranhone quantum ſtetit ibi cum heretico predicto & aliis tantum credidit & non plus.

¶ Raymunda uxor Bernardi nigri de laſſolada, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, v°. Kalendas Decembris anno Domini M°. cccx°. vidit & recepit hactenus in domo ſua Petrum Sancii hereticum fratrem ſuum & alium hereticum cum eodem ſciens ipſos eſſe hereticos, & fuerunt ibi tribus diebus & tribus noctibus in quodam ſolario dicte domus, ubi ipſa miniſtravit eis neceſſaria, & viſitavit eos & audivit verba & predicationem ipſorum. Item alia vice vidit & viſitavit predictum Petrum Sancii hereticum in quadam borda, ubi audiverat ipſum eſſe à quadam perſona, quam nominat cum qua illuc ivit. Item miſit predicto Petro Sancii heretico pannum pro caligis. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia à feſto ſancti Johannis baptiſte quando primo vidit hereticos usque ad ſequentem quadrageſimam. Predicta conmiſit à duobus vel tribus annis citra, nec voluit confiteri donec fuit per alios accuſata & vocata & arreſtata in porta domus inquiſitionis.

¶ Guilielmus ſicredi junior, filius quondam Petri ſicredi de Salyeth prope ſeguer villam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. ydus Januarii anno Domini M°. CCCXI°. conſentiit quod Aycelina mater ipſius hereticaretur in fine in infirmitate de qua obiit, & ivit ad querendum hereticum pro dicta infirma, & hereticus fuit adductus de nocte ad domum patris ipſius Guiliel. mi, ubi ipſe Guilielmus vidit ipſum hereticum, ſet dicta infirma non fuit hereticata quia perſone alie quas nominat inpediverunt. Item conſentiit & procuravit quod Petrus ſicredi pater ſuus hereticaretur in infirmitate illa de qua obiit, & ivit ad querendum hereticum ad Raymundum de Morovilla qui adduxit hereticum pro dicto infirmo, & preſente ipſo Guilielmo ſicredi dictus hereticus recepit dictum infirmum ad ſectam & ordinem ſuum, & poſt hereticationem dicti infirmi dictus hereticus ſtetit in eadem domo aliquibus diebus & noctibus, & audivit verba & predicationem dicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, & ipſe Guilielmus aliquociens ſervivit & miniſtravit ſibi. Item poſt predicta tractavit & procuravit quod dictus hereticus iterato rediret illuc ad ſtandum, & paravit cum fratribus ſuis locum ſecretum in quo hereticus ſtaret abſconditus ubi fecit ipſe Guilielmus cum fratri-
67. bus ſuis quoddam foramen in pariete per quod dictus hereticus intraret & exiret ſecrecius, & ibi tenuerunt dictum hereticum abſconditum donec audiverunt quod erat captus per inquiſitorem Tholoſanum Raymundus de Morovilla qui duxerat ibi dictum hereticum, & timentes quod revelaret inquiſitori dictum hereticum eſſe ibi fuit ordinatum quod mutaret ſe & recederet inde, & tunc fuit mutatus inde dictus hereticus de nocte, & ſequenti die venerunt illuc nuncii inquiſitoris miſſi pro dicto heretico & queſiverunt & non invenerunt, & dictus Guilielmus requiſitus per dictos nuncios quod indicaret & revelaret dictum hereticum promiſſa gratia dicto Guilielmo per notarium inquiſitoris ex parte dicti inquiſitoris ſi hereticum revelaret & redderet noluit facere nec fecit, & ſic hereticus non potuit inveniri. Item ſcivit aliquas perſonas eſſe conſencientes in facto hereticorum, quas nominat in confeſſione ſua. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam vitam & bonam ſectam & bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, quamvis ſciret quod heretici erant perſequti per eccleſiam Romanam & per inquiſitores, & quamvis audiviſſet dici conmuniter quod Tholoſe fuerat conbuſtus non erat diu Petrus Auterii hereticus cum Petro Guilielmi de pruneto, & fuit in dicta credencia ab illo tempore quo ivit pro dicto heretico ut veniret ad matrem ſuam infirmam usque ad illud tempus in quo dictus hereticus ultimo receſſit de domo ipſius. Predicta conmiſit infra dimidium annum in quo fuit deprehenſus, nec voluit confiteri judicialiter de predictis donec fuit detentus in carcere & in corda levatus aliquantulum & per alios detectus & accuſatus, & pejeravit à principio celando in judicio veritatem de predictis.

¶ Raymundus ſicredi, filius quondam Petri ſicredi de ſalyeth prope ſeguer villam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. nonas Febroarii anno Domini M°. CCCXI°. Raymundus de morovilla fuit ſibi loquutus de eccleſia hereticorum inducendo eum quod vellet benefacere dictis hereticis. Item conſentiit quod Petrus ſicredi pater ſuus hereticaretur in infirmitate de qua obiit & ſcivit quando miſſum fuit pro heretico adducendo, & fuit preſens quando pater ſuus fuit hereticatus. Item vidit pluries dictum hereticum in domo dicti patris ſui ubi ſtetit hereticus illo tempore per XV. dies comedendo & bibendo de bonis domus ipſius Raymundi & fratrum ſuorum, & ipſe Raymundus in illis diebus aliquociens ſervivit & miniſtravit dicto heretico de neceſſariis, & audivit verba & predicationem dicti heretici ibidem cum aliis perſonis quas nominat, qui hereticus vocabatur Petrus. Item credidit dictum hereticum eſſe bonum hominem & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per v. ſeptimanas. Predicta conmiſit à IIII^{or} vel à tribus menſibus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & detentus & fratres ſui fuerunt capti, in quorum domo dictus hereticus fuit perquiſitus & aufugerat inde eadem die.

¶ Pe-

¶ Petrus ſicredi, filius quondam Petri ſicredi de ſalyeth prope ſeguer villam, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Nonis Febroarii anno Domini M°. cccxi°. conſentiit quod Petrus ſicredi pater ſuus hereticaretur in infirmitate illa de qua obiit, & vidit & ſcivit quando hereticus fuit adductus pro dicto patre ſuo hereticando, & quando dictus hereticus qui vocabatur Petrus Sancii faciebat dictam hereticationem patri ſuo tunc dictus Petrus ſicredi cuſtodiebat portam domus in qua jacebat infirmus ne aliquis ſuperveniens tunc intraret. Item dictus hereticus ſtetit in eadem domo tunc per xv. dies comedendo & bibendo de bonis domus, & in illis diebus dictus Petrus ſicredi pluries ſervivit eidem & audivit verba & predicationem & doctrinam erroneam dicti heretici contra fidem eccleſie Romane cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua, & vidit dictum hereticum legentem in libro illa que docebat & dicebat. Item conſentiit poſtmodum quod dictus hereticus rediret ad domum predictam, in qua ipſe Petrus ſicredi cum Arnaldo fratre ſuo paraverunt quendam locum ſecretum in quo dictus hereticus poſſet ſtare abſconditus, & fecerunt ibi unum foramen in pariete per quod dictus hereticus ſecrecius intraret & exiret, & ibi tenuerunt dictum hereticum, 67. b.
& ipſe Petrus ſicredi jacuit cum dicto heretico in eodem lecto. Item audita captione Raymundi de Morovilla, qui duxerat eum illuc, fuit mutatus inde dictus hereticus ne poſſet inveniri ſi dictus Raymundus revelaret eum, & eadem nocte qua receſſit inde dictus hereticus ipſe jacuerat cum eodem heretico, & ſcivit quod hac de cauſa recedebat inde quia timebat ibi inveniri & capi, & ſequenti die venerunt nuncii iuquiſitoris ad querendum & capiendum dictum hereticum, nec ipſe aliquo modo voluit eis indicare de dicto heretico veritatem nec dirigere ad habendum, quamvis ſibi gracia promitteretur ſi hereticum revelaret. Item dedit dicto heretico ſupertunicale quod fuerat patris ſui defuncti hereticati. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo habuit noticiam dicti heretici quando hereticavit patrem ſuum donec fratres ipſius fuerunt capti propter factum dicti heretici. Predicta conmiſit à IIII^or^ menſibus citra perſeverando in facto antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus.

¶ Guilielmus ſicredi ſenior de ſalyeth, filius quondam Petri ſicredi prope ſeguer villam, ſicut legitime nobis conſtat per libros & acta inquiſitionis fuit olim confeſſus de hiis que conmiſerat in hereſi coram fratre Guilielmo Bernardi Aquenſi ordinis predicatorum inquiſitore ſe duos hereticos vidiſſe, ſcilicet Gancelimum & ſocium ſuum, & ipſos adoraſſe flexis genibus ſecundum modum hereticorum dicendo benedicite. Item dixit & recognovit ſe credidiſſe hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem, & coram predicto inquiſitore abjuravit hereſim, anno Domini M°. cclxii°. in craſtino ſancti Vincentii. Require libro ſexto decimo, folio xxxiii°. Item poſtmodum pro conmiſſis in hereſi fuit finaliter inmuratus.

¶ Predictus Guilielmus ſicredi, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio xii Kalendas Marcii anno Domini M°. cccxi°. poſtquam fuit olim confeſſus de hiis que conmiſerat in facto ſeu crimine hereſis coram inquiſitoribus heretice pravitatis, ſcilicet fratre Guilielmo Bernardi & fratre Reginaldo ordinis fratrum predicatorum, & per eoſdem inquiſitores fuit inmuratus in publico ſermone facto Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani, & poſtmodum per inquiſitores fuit eductus de muro & cruceſſignatus & habuit peregrinationes in penitenciam, & tandem per fratrem Hugonem Amelii ordinis predicatorum inquiſitorem fuerunt ſibi depoſite cruces in ſermone facto in limoſo in cimiterio dicti loci, & coram preffatis inquiſitoribus hereſim in judicio abjuravit.

¶ Extunc nuper iſto anno tempore vindemiarum, dum Petrus ſicredi frater ipſius Guilielmi infirmaretur infirmitate de qua obiit, quadam die Veneris vel die ſabbati, ut ſibi videtur, de die viſitavit dictum infirmum, & tunc quando exivit de domo dicti infirmi Guilielmus ſicredi filius dicti infirmi & nepos ipſius predicti Guilielmi ſi-

credi exivit cum eo, & tunc dictus nepos dixit sibi si volebat videre de probis seu bonis hominibus, & ipse Guilielmus predictus intellexit ut in judicio dixit & recognovit quod hoc volebat sibi dicere de hereticis, & tunc non consentiit quod vellet videre aliquem de illis bonis hominibus per quos intelligebat de hereticis ut dixit, & postea ibidem dictus nepos suus dixit sibi quod predictus infirmus fuerat in illa infirmitate receptus per hereticos ad sectam & ordinem ipsorum hereticorum & erat hereticatus, & tunc ipse Guilielmus dixit nepoti suo predicto quod male fecerat, & quod si habebat aliquem de hereticis in domo sua quod expelleret eum quia malum posset ei evenire, & sic recessit à dicto nepote suo. Item dictus infirmus super vixit usque ad sequentem diem Jovis, ut sibi videtur de die, & in illis diebus dictus Guilielmus visitavit dictum infirmum fratrem suum qualibet die semel ad minus, & dictus infirmus intelligebat & cognoscebat ipsum & audivit dici ab illis qui astebant dicto infirmo quod in illis diebus non comedit aliquid set bibebat aquam frigidam, nec ipse Guilielmus reprehendit dictum infirmum de hoc quod erat hereti-
68. catus prout dixerat sibi dictus nepos suus filius dicti infirmi, nec admonuit eum quod peniteret & à dicta hereticatione recederet & eam dimitteret, & hoc fecit propter hoc ut dixit quia nolebat amplius scire de facto ipsius infirmi, nec amplius cavare, set quod iret ad fortunam suam ut dixit. Item post predicta post mortem dicti infirmi per xv. dies vel circa ipse Guilielmus quodam sero venit ad domum dicti fratris sui tunc defuncti, & invenit ibi dictum Guilielmum nepotem suum & alios fratres suos & sederunt juxta ignem, & fuit ibi quidam homo quem non novit, & tunc ille homo extraxit quendam librum & legit in dicto libro multa verba, & videbatur sibi quod loquebatur de euangeliis, & statim quando ipse Guilielmus audivit hoc perpendit & credidit quod ille homo erat de hereticis de quibus fuerat sibi loqutus predictus nepos suus, & qui receperat & hereticaverat dictum infirmum fratrem ipsius, & timuit valde, & postmodum recessit dimissis ibidem nepotibus suis juxta ignem cum dicto homine. Interrogatus, si dictus homo quem credidit esse hereticum legebat in libro cum lumine & cum quo lumine, respondit quod cum lumine cruciboli. Interrogatus, quis tenebat crucibolum, respondit quod aliquis de predictis nepotibus suis & videtur sibi magis de Petro. Interrogatus de libro in quo legebat dictus homo utrum esset parvus vel magnus, & cum postibus vel sine postibus, respondit quod erat parvus, & videtur sibi quod non erant ibi postes. Interrogatus, quare non fecit capi dictum hereticum vel non cepit eum, & quare non venit ad revelandum hoc inquisitoribus ut hereticus caperetur, respondit quod propter nepotes suos quia nolebat quod dicti nepotes sui haberent dampnum propter eum quamvis ipse crederet ut dixit dictum hominem esse hereticum.

¶ Guilielmus Monachi alias cognominatus de peytes, filius quondam Guilielmi de peytes alias cognominati Monachi de luganno, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio pridie Kalendas Junii anno Domini M°. CCC IX°. vidit in domo Valencie de luganno duos homines de quibus audivit ibidem quod erant de illis qui vocantur heretici, & postmodum audivit quod unus vocabatur Petrus Auterii & alter Petrus Sancii, & audivit verba & predicationem dicti Petri Auterii cum aliis personis quas nominat. Item consentiit quod dicti heretici venirent ad domum suam & quod teneret eos ibi, & venerunt ad domum suam & steterunt ibi duobus diebus & duabus noctibus, & fuerunt visitati per aliquas personas quas nominat. Item ipse duxit & associavit Petrum Sancii hereticum de ferrus usque Assum semel de nocte ad domum Petri Raymundi de podio Githonis. Item in infirmitate uxoris sue voluit & procuravit quod Petrus Sancii hereticus veniret ad dictam infirmam hereticandam, & ipse adduxit dictum hereticum ad dictam infirmam, set tunc non fuit hereticata quia non fuit visum heretico quia dicta infirma adhuc erat fortis. In eadem infirmitate post dicta infirma fuit quadam vice multum gravata, & tunc iterato misit pro dicto heretico ut veniret ad dictam infirmam, & fuit adductus hereticus ad dictam infirmam, set non fuit hereticata quia convaluit. Item quadam vice ivit apud assum ad querendum Petrum San-

cii

cii hereticum de nocte quem adduxit ad quendam locum de quo condixerat cum Vitale Sancii qui volebat habere dictum hereticum pro quodam infirmo hereticando. Item alia vice duxit dictum Petrum Sancii hereticum apud assum ad domum Petri Raymundi de podio Gitbo. Item scivit plures personas, quas in confessione sua nominat, esse familiares & amicas hereticorum. Item audivit verba & predicationem dictorum hereticorum & aliquos errores expresse ab eis, scilicet quod homo non debebat adorare crucem, item quod Deus non faciebat florere nec germinare, item quod nullus baptismus valebat aliquid nisi ille quem ipsi dabant. Item credidit hereticos esse bonos homines, & quod possent salvari in fide & secta quam tenebant, & alii qui tenerent vitam & sectam ipsorum, & fuit in illa credencia quousque audivit ab eis quod crux non debebat adorari & quod Deus non faciebat florere. In quadam vero confessione sua dixit quod fuit in dicta credencia per VIII°. dies, cum tamen inveniatur quod multo majori tempore participavit cum predictis hereticis. Predicta conmisit ab uno anno & dimidio fere citra antequam confiteretur prima vice judicialiter de predictis, & celavit primo veritatem de multis in judicio contra proprium juramentum. Juravit parere mandatis ecclesie & abjuravit omnem heresim & fuit reconsiliatus. 68. b.

¶ Predictus Guilielmus Monachi, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, III°. ydus Aprilis anno Domini M°. CCCX°. postquam confessus fuerat de conmissis in heresi & post heresim à se in judicio abjuratam, ex tunc quadam vice Tholosana fizansa de asso venit ad ipsum ad domum suam ex parte Petri Sancii heretici predicti dicens quod dictus hereticus mittebat ipsam pro hoc quod ipse Guilielmus sciebat, per quod dictus Guilielmus intellexit quod pro quadam pecunia quam sibi antea mutaverat seu acomodaverat hereticus, & tunc dictus Guilielmus respondit dicte Tholosane quod tunc non habebat in promtu, set in crastino vel in alia die sequenti ipse portaret eam dicte Tholosane, & in crastino vel tercia die dictus Guilielmus misit dicte Tholosane XXV. solidorum regalium per quendam quem nominat. Interrogatus, qua de causa misit dictam pecuniam dicte Tholosane, respondit quod ideo quia dicta Tholosana petierat ab eo dictam pecuniam ex parte predicti heretici & ut dicta Tholosana solveret eam dicto heretico qui eam sibi mutuaverat prius.

¶ Pros uxor Vitalis Sancii de garda, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio die Lune post festum epiphanie anno Domini M°. CCCV°. vidit pluries in domo sua & mariti sui tres hereticos, scilicet Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium ejus & Amelium hereticos, & scivit quod erant de illis qui vocantur heretici. Item in domo baranhone de sancto sulpicio vidit quadam vice Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos. Item audivit verba & predicationem hereticorum. Item adoravit hereticos inclinando se tribus vicibus junctis manibus coram ipsis dicendo qualibet vice benedicite. Item comedit semel de pane benedicto hereticorum. Predicta conmisit à duobus annis & ab uno citra antequam confiteretur. Predicta Pros juravit parere mandatis ecclesie & inquisitorum, & abjuravit omnem heresim anno & die quibus supra.

¶ De credencia non fuit facta interrogatio prima vice, postmodum in judicio constituta, confessa est se credidisse hereticos esse bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam sectam in qua homo posset salvari, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa.

¶ Predicta Pros, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio III°. Kalendas Octobris anno Domini M°. CCCX°. postquam alias fuerat confessa de facto heresis & abjuraverat omnem heresim, ex tunc quadam vice & quadam die Poncius de hugonibus fuit loqutus cum ea ad partem de Petro Sancii & dixit sibi quod si videret eum diceret ei ex parte sua quod si vellet venire ad domum ejus dictus Poncius reciperet eum & custodiret ibi. Item dicta Pros sequenti die dixit Guilielme uxori quondam Raymundi de Cumba Guilha predicta verba que dixerat sibi dictus Poncius de hugonibus de Petro Sancii quod reciperet eum. I-

tem poſt predicta per tres ſeptimanas predicta Pros dum eſſet apud calidum furnum quodam ſero dicta Guilielma vocavit ipſam & dixit ſibi quod avunculus ipſius Guilielme erat ibi, per quem dicta Pros intellexit & credidit quod hoc diceret de Vitale Sancii marito ipſius Pros, & ſic dicta Pros intravit domum dicte Guilielme, & vidit ibi in hoſtio cujusdam cellarii Petrum Sancii, & ſalutaverunt ſe mutuo modo conmuni, & tunc dictus Petrus Sancii dixit ſibi quod ipſe audiverat quod ipſa Pros fuerat in domo Poncii de hugonibus, & quod dictus Poncius dixerat ſibi quod libenter reciperet ipſum Petrum Sancii in domo ſua, & volebat dictus Petrus Sancii ſcire hoc ab ore ipſius Pros, que reſpondit dicto Petro Sancii quod verum erat quod ſic dixerat ſibi dictus Poncius. Et ibidem ipſa Pros audivit à dictos Petro Sancii quod ipſe ſteterat tunc in domo dicte Guilielme per duo dies, & quod venerat de ſancto menna. Interrogata, ſi tunc ſciebat dictum Petrum Sancii eſſe hereticum, reſpondit & in judicio confeſſa fuit quod & predicta Guilielma dixit ſibi illa vice qua vidit Petrum Sancii quod non tangeret ipſum, & dedit ſibi intelligere, & ipſa que loquitur intellexit quod erat de ſecta
69. Petri Auterii heretici & aliorum hereticorum, de quibus ipſa alias ſciverat & audiverat quando veniebant ad domum ſuam & viri ſui, quod dicunt quod non tangunt mulierem nec permittunt ſe tangi à muliere, & ideo ipſa non tetigit tunc dictum Petrum Sancii quia reputabat ipſum eſſe hereticum & de ſecta hereticorum. Predicta conmiſit ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec fuit capta, & aufugit & in fuga capta fuit.

¶ Arnalda uxor quondam Raymundi hugonis de ruppe Vitalis qui nunc moratur Tholoſe, ſicut legitime nobis conſtat per libros & acta inquiſitionis, ac per ipſius confeſſionem factam in judicio XII°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCCXI°. fuit olim confeſſa de hiis que conmiſerat in crimine hereſis, & pro conmiſſis in dicto crimine fuit per ſentenciam inmurata per inquiſitores qui tunc erant fratres Rampnulphum de placiaco & Poncium de parnaco ordinis fratrum predicatorum in publico ſermone facto Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani, M°. CC°. LXXIIII°. dominica poſt feſtum omnium ſanctorum pridie nonas Novembris, & coram ipſis inquiſitoribus dicta Arnalda omnem hereſim in judicio abjuravit. Item poſt fuit educta de muro, & fuerunt ſibi inpoſite cruces & peregrinationes per fratrem Petrum de Mulceone ordinis fratrum predicatorum tunc inquiſitorem in publico ſermone facto Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani anno Domini M°. & poſtmodum per eundem inquiſitorem fratrem Petrum fuerunt ſibi depoſite cruces in ſermone publico in eccleſia ſancti Stephani facto anno Domini M°.

¶ Predicta Arnalda poſt predicta, & poſt hereſim ab ipſa in judicio abjuratam, ex tunc quando Guilielma que alias vocabatur Auſtorga uxor Petri Andree de beſſeta obiit, modo eſt annus vel circa, poſt mortem ejus audivit à quadam muliere que vocatur Bonaſſias que ſerviverat dicte Auſtorge quando infirmabatur quod dicta Auſtraga non habuerat de bono nec voluerat habere, quando erat ſibi paratum, & tunc ipſa Arnalda petivit à dicta Bonaſſias de quo bono volebat hoc dicere, que reſpondit quod de bonis hominibus, & tunc ipſa Arnalda intellexit ut dixit quod hoc volebat dicere de hereticis, & quod dicta Auſtorga fuiſſet recepta per aliquem de hereticis, ad ſectam & ordinem ipſorum ſi voluiſſet habere. Item iſto anno in Auguſto dicta Arnalda fuit infirma, & in illa infirmitate viſitavit eam dicta Bonaſſias, & petivit ab ea dicta Bonaſſias ſi volebat habere aliquem de hereticis ad hoc ut reciperent dictam Arnaldam ad ſectam & ordinem ipſorum hereticorum, & quelibet ipſarum conmendabat hereticos quos vocabant bonos homines, & quod tenebant bonam vitam & bonam ſectam & quod homo poterat ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & tunc dicta Arnalda reſpondit & dixit dicte Bonaſſias quod ipſe vellet videre & habere aliquem ex eis, & petivit à dicta Bonaſſias ſi poſſet ei dare conſilium de dictis hereticis, & dicta Bonaſſias reſpondit quod videret hoc, & poſt tres vel IIII^{or} dies dicta Bonaſſias rediit ad ipſam Arnaldam, & ipſa Arnalda tunc petivit

tivit ab ea ſi inveniebat aliquem de dictis hereticis, que reſpondit ſibi quod non, & quod non erant in loco in quo poſſent haberi. Dicta Arnalda dixit quod predicta verba dicebat dicte Bonaſſias, & predicta concedebat ei ad hoc ut poſſet capere & reddere dictos hereticos inquiſitori. Interrogata vero quare ergo quando fuit curata non revelavit predicta que ſibi dixerat dicta Bonaſſias inquiſitori, reſpondit quia expectabat evenire in hoc quod redderet dictos hereticos. Interrogata poſtmodum quare non revelavit pro tempore antequam dicta Bonaſſias eſſet capta per inquiſitorem predictum, & quare non venit ad denunciandum & ſignificandum predicta ſi intendebat ſicut dixit habere hereticum ad reddendum inquiſitori, reſpondit quod cogitabat quod ſi non eveniret quod poſſet habere aliquem de hereticis quod ex hoc reputaretur fallax & mendax. Interrogata, ſi dicta Bonaſſias viderat aliquem de hereticis illo tempore quo dicebat ſibi predicta verba, reſpondit quod ipſa credebat tunc & credit nunc quod ſic, & ex verbis ſuis perpendebat quod vidiſſet aliquem de hereticis. Item addidit quod in quadrageſima proxime preterita fuit annus quod in infirmitate Guilielme uxoris Petri Andree de beſſeta de qua obiit ipſa viſitavit eam & tunc ad dictam Bonaſſias que ſerviebat dicte infirme, dixit dicte infirme ſi volebat habere de hereticis qui reciperent eam ad ſectam & ordinem hereticorum, & dicta infirma reſpondit ſibi quod faceret negocia ſua & non intromitteret ſe de negotiis alienis. Item hoc anno in menſe Septembris mortuus eſt quidam puer filius Guilielmi huſgonis filii ſui, & poſt mortem ejus dicta Bonaſſias petivit ab ea quare non fecerat eum recipi per aliquem de bonis hominibus, & tunc ipſa petivit à dicta Bonaſſias quis feciſſet hoc, que reſpondit ſibi quod ipſa bene habuiſſet qui feciſſet hoc. Item hoc anno ante feſtum nativitatis Domini per unum menſem dicta Arnalda fuit infirma, & viſitavit eam dicta Bonaſſias cui dixit quod timebat ſibi, & altera reſpondit quod non timeret uſque ad menſem Marcii, & infra illud tempus Dominus dediſſet ſibi bonum conſilium, ita quod bene facerent tunc facta ſua, per quod dicta Arnalda intellexit quod dicta Bonaſſias haberet hereticum qui reciperet dictam Arnaldam ad ſectam & ordinem ſuum. 69. b.

¶ Et eſt ſciendum quod predicta verba fuerunt in Auguſto, & poſt in adventu Domini fuit capta dicta Bonaſſias, & poſtmodum in ſequenti menſe Febroarii fuit capta dicta Arnalda, & negavit à principio ſe ſcire aliquid quod pertineret ad factum hereſis.

¶ Guilielmus More de taravello filius quondam Guilielmi more, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Januarii anno Domini M°. CCCXI°. vidit pluries Petrum Filii de Taravello, quem ſciebat eſſe fugitivum pro facto hereſis, & receptavit eum in domo ſua, & recepit ab ipſo pecuniam ut conſervaret & per partes traderet Raymundo de Morovilla ad opus Petri Sancii heretici, & audivit ab eodem Petro Filii quod dictus hereticus erat in domo dicti Raymundi de Morovilla, ubi Petrus Roneti de taravello qui aliter cognominatur boerii duxerat eum, & quadam nocte ivit ad dictum hereticum videndum & loquendum cum eo in quodam loco quem nominat, & vidit & fuit loqutus cum eo. Item cum quibuſdam credentibus & conſencientibus in facto hereticorum fuit loqutus multociens de facto hereticorum familiariter & ſecrete, & audivit conmendari ſibi vitam & ſectam hereticorum. Item recepit ſemel à Bonaſſyas quinque ſolidos pro dicto heretico, quos poſtea tradidit cum alia pecunia Raymundo de Morovilla pro dicto heretico. Item à quadam perſona, quam nominat, diverſis vicibus & temporibus recepit pecuniam, quam dicta perſona mittebat heretico predicto & cuidam ſocio dicti heretici, videlicet una vice x. ſolidorum regalium, item alia vice XII. ſolidorum regalium in obolis argenteis. Item alia vice C. turonenſes argenteos, & omnia reddidit & miſit dicto heretico preter x. ſolidorum regalium per perſonas quas nominat. Item à dicta perſona, quam nominat, que mittebat predicta heretico, recepit dictus Guilielmus aliquos libros parvos de facto hereticorum ad portandum heretico, & unum librum dicti heretici portavit eidem perſone, & audivit à Petro Filii, qui ſibi tradidit dictum librum, quod fuerat liber

ille

lle Petri Auterii heretici. Item dictus Petrus Sancii hereticus cum Adzemario de banheriis, fugitivo pro hereſi, fuit quadam nocte in domo ipſius Guilielmi more, ſet non remanſit ibi illa nocte. Item audivit & ſcivit à Petro Filii quod dictus Petrus Filii morabatur & ſtabat cum dicto Petro Sancii heretico, ut addiſceret vitam & ſectam dicti heretici, & quod volebat & proponebat eſſe & fieri hereticus perfectus ſeu veſtitus ſicut ille erat, qui vocant ſe bonos homines, nec dictus Guilielmus diſuaſit hoc dicto Petro Filii. Item ſcivit quod Petrus Andree de Verduneto miſit ad ipſum Guilielmum nuncium ut procuraret & mitteret predictum hereticum pro quadam perſona Aſtorga ſeu Guilielma uxore alterius Petri Andree infirma hereticanda, quamvis non fuerit factum tunc. Item credidit dictum hereticum & alios de ſecta ſua eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, quamvis ſciret ipſos eſſe fugatos & perſequtos per eccleſiam Romanam & per inquiſitores, & ſtetit in illa credencia per annum cum dimidio donec fuit captus pro predictis. Predicta conmiſit à duobus annis antequam confiteretur judicialiter de predictis, in quibus perſeverabat & ſtabat tempore captionis ſue, nec voluit confiteri donec fuit captus & per alios detectus, & negavit à principio veritatem de predictis pluries in judicio requiſitus.

70. ¶ Petrus boneti corraterius alias cognominatus Aſtarac qui moratur Tholoſe oriundus de lantario, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, die Veneris ante feſtum ſancte Margarite anno Domini M°. CCCVI°. audivit conmendari ſibi à Petro Raymundi de hugonibus & à Bernardo lereti hereticos & vitam & factum ipſorum multociens. Item poſt predicta vidit & viſitavit in diverſis locis & hoſpiciis, que in confeſſione ſua nominat, & in diverſis temporibus & diebus IIII^or hereticos, ſcilicet Petrum & Jacobum filium ejus & Petrum Raymundi & Amelium, non tamen ſimul ſet aliquando unum aliquando duos ex predictis, & audivit & ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum contra eccleſiam Romanam. Item ſemel adoravit hereticos flectendo genua & dicendo ter benedicite coram ipſis. Item comedit & bibit cum hereticis, & dedit eis vinum. Item ſcivit multas quas nominat in confeſſione ſua eſſe familiares & credentes hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia per unum annum. Predicta conmiſit à duobus annis & ab uno & dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus & per alios accuſatus.

¶ Bernardus de Gomervilla habitator Tholoſe, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, anno Domini M°. CCCX°. VIII°. ydus Junii, audivit pluries & in pluribus locis quendam hominem clericum, quem nominat in confeſſione ſua, qui conmendabat ſibi vitam & ſectam hereticorum familiariter & ſecrete inclinando eum verbis ſuis quod vellet videre eos, & audivit ab eodem quod aliqui de dictis hereticis erant in Savarteſio & venerant apud Tholoſam, & ſi vellet videre aliquem ex eis ipſe procuraret hoc ſibi. Item ille idem homo tradidit ſibi quendam librum ad legendum, in quo erant aliqui errores hereticorum, & ſpecialiter legit ibi quod baptiſmus quem facit eccleſia Romana nichil valebat. Item ab eodem homine audivit aliquos errores, quos heretici tenebant contra eccleſiam Romanam. Item quadam vice dicto homine clerico procurante ipſe fuit loqutus cum quodam homine ſene in quodam loco quem nominat, & audivit verba illius hominis ſenis, de quo ſcivit poſtea quod vocabatur Petrus Auterii, inter que dicebat aliqua verba de euangelio exponendo, & poſt predicta verba dictus homo ſenex requiſivit eum quod faceret ſibi pactum ſeu promiſſionem ſeu convenientiam quod in infirmitate ſua requireret eum vel aliquem de ſociis ſuis quod venirent ad ipſum Bernardum ut reciperent eum ad ſectam ſeu ordinem ſuum, & dictus Bernardus fecit dictum pactum ſeu dictam convenientiam dicto homini ſeni, de quo credebat tunc & tunc credit quod eſſet de illis qui vocantur heretici, de quibus fuerat ſibi loqutus clericus predictus. Item poſtquam fecerat eidem Petro Auterii heretico promiſſio-

miſſionem ſeu pactum predictum, tunc facta dicta conveniencia voluit ſe recommendare eidem Petro Auterii, & voluit ſibi dicere quod oraret Dominum pro eo, & incepit flectere genua coram dicto Petro Auterii, & tunc dictus Petrus Auterii dixit ſibi non faciatis quia non eſt hic locus, & ſic dimiſit quod non flecteret genua coram eo, quod volebat & inceperat facere. Item idem predictus clericus poſtquam fuerat captus per inquiſitorem & confeſſus miſit ſibi quandam literam in qua incantabat eum quod eſſet conſtans quia ipſe nichil dixerat contra eum, & poſtmodum dictus Bernardus ivit ad loquendum cum eo ſuper hoc, & audivit ſimilia ab eodem. Item in infirmitate cujusdam perſone, quam nominat dictus clericus de voluntate & concenſu ipſius Bernardi ivit ad querendum quendam hominem qui daret conſilium predicte perſone infirme, & fecit venire dictus clericus quendam hominem apud Tholoſam, ſet non venit ad dictam perſonam infirmam quia curata fuit, & dictus Bernardus dedit pecuniam dicto clerico, licet non eſſet medicus nec pro medico quereretur homo ille, & dictus Bernardus fuit in quadam cogitatione quod ille dictus clericus intelligeret per illum hominem pro quo ivit ad querendum pro dicta perſona infirma de aliquo heretico quod veniret ad dictam infirmam. Item vidit Petrum Raymundi pluries & in pluribus locis & ſcambiavit ſibi pecuniam & portavit ſibi doblerium de Tholoſa uſque Avinionem ubi reddidit ſibi 70. b.
quem credebat eſſe credentem hereticorum. Item Petrum Sancii vidit aliquociens & fuit ſibi loqutus & ſcambiavit ſibi pecuniam, & jacuit in quadam domo Tholoſe quam dictus Petrus Sancii cum quodam alio tenebat conductam, ubi vidit tunc Petrum Raymundi predictum, & audiverat dici de dicto Petro Sancii à predicto clerico quod erat familiaris & amicus hereticorum. Item cuidam perſone de genere ſuo, quam in confeſſione ſua nominat, fuit loqutus pluries & in pluribus locis familiariter & ſecrete de hereticis conmendando vitam ipſorum, & quod tenebant viam ſalvationis, intendens inducere dictam perſonam quod crederet quod via hereticorum eſſet via ſalvationis, quia ipſe Bernardus tunc hoc credebat. Item illa eadem perſona dedit ſibi duos cultellos, de quibus dixit ſibi quod Petrus Raymundi predictus dederat eos illi perſone, ſeu quod habuerat eos à dicto Petro Raymundi. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces, & quod tenerent bonam vitam & docerent viam ſalvationis, & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in dicta credencia per annum & dimidium. Predicta conmiſit dictus Bernardus à ſex vel ſeptem annis citra ante confeſſionem ſuam de predictis. Item de predictis noluit confiteri donec fuit detectus & delatus & captus & detentus in muro inquiſitorum Tholoſe, & negavit à principio contra proprium juramentum veritatem in judicio pluries requiſitus ut confiteretur illa que ſciebat de facto hereſis, quamvis ſciret illum clericum predictum, qui fuerat ſibi loqutus de hereticis, fuiſſe captum per inquiſitores, qui etiam clericus poſtmodum tandem in facie ſua dixit ſibi in muro quod confiteretur preſente tenente locum inquiſitoris ad ejus duriciam emolliendam.

¶ Laurencius bernerii filius quondam Raymundi bernerii de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III°. ydus Septembris anno Domini M°. CCCX°. vidit & ſcivit in domo ſua & fratrum ſuorum duos hereticos ſciens ipſos eſſe tales, & ibidem ſicut fuit edoctus, & vidit fieri à quibusdam aliis perſonis duabus quas nominat in confeſſione ſua, adoravit eos inclinando ſe ter coram eis ſuper quandam bancam & dicendo qualibet vice benedicite junctis manibus & amoto capucio. Item alia vice vidit & ſcivit in eadem domo ſua Petrum Raymundi hereticum, & ibidem audivit verba & predicationem dicti heretici, & adoravit eum modo hereticali predicto cum quibusdam aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. Item alia vice vidit in domo ſua quandam hereticam cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. Item alia vice vidit & ſcivit in eadem domo ſua alium hereticum qui vocabatur Amelius, qui ſtetit ibi per VIII°. dies vel circa. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum, donec audivit quod gentes capiebantur per inquiſitores propter factum hereticorum. Predicta conmiſit à ſex

annis citra antequam confiteretur de predictis, nec voluit confiteri donec fuit citatus & arreſtatus & detentus in muro, & per alios detectus, & negavit à principio pluries veritatem contra proprium juramentum in judicio conſtitutus.

¶ Bernarda filia quondam Raymundi bernerii de Verduneto uxor Hugonis de pradinis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, nonis Septembris anno Domini M°. cccx°. vidit ſcivit & audivit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in domo ſua & Johanne matris ſue ſciens ipſos eſſe tales, & ibidem ſicut fuit edocta adoravit hereticos inclinando ſe ter coram eis ſuper quandam bancam & dicendo qualibet vice benedicite. Item alia vice vidit & ſcivit & audivit ibidem alium hereticum, qui vocabatur Petrus Raymundi. Item alia vice vidit & audivit & ſcivit in eadem domo quendam hereticum & quandam hereticam ſciens ipſos eſſe tales, & ibidem adoravit ipſum hereticum modo hereticali predicto cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. Item audivit verba & monitiones hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & fideles & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo fuit inſtructa de facto hereticorum, usquequo fuerunt capti fratres ſui & alii de Verduneto pro facto hereſis, & hoc fuit per unum annum. Predicta conmiſit in hereſi à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit prius detecta per alios & citata & arreſtata, & negavit in judicio veritatem contra proprium juramentum.

71. ¶ Bonaſſyas uxor quondam Guilielmi Guidonis de Verduneto, filia quondam Arnaldi geraudi, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie ydus Febroarii anno Domini M°. cccxi°. Genſers uxor quondam Petri Andree de Verduneto conmendavit ſibi hereticos inducendo eam ſi volebat videre ipſos, & conſentiit, & in domo dicte Genſers vidit Petrum Raymundi de ſancto papulo hereticum, ſciens ipſum eſſe de illis qui vocantur heretici, cum aliis perſonis quas nominat. Item quidam quem nominat mandavit per ipſam Petro Andree predicto quod ſi ſciebat ubi erat predictus hereticus vel aliquis alius de ſecta ſua quod ſignificaret ſibi quia duos libros hereticorum habebat quos volebat eis reddere & dare eis de pecunia ſua, & ipſa Bonaſſyas fecit ſicut dixerat ſibi, & dictos libros & vi. turonenſes albos portavit & tradidit dicto Petro Andree ad reddendum hereticis. Item poſtmodum ad requiſitionem Petri filii de taravello recepit in domo in qua morabatur Tholoſe quendam hereticum qui vocabatur Petrus Sancii, & ſtetit ibi xii. diebus comedendo & bibendo & jacendo, & ipſa ſervivit ſibi aliquociens. Item alia vice recepit & tenuit ibidem predictum hereticum per viii°. dies vel circa. Item quedam filia ſua infirmabatur quam dictus hereticus voluit ad ſectam ſuam in illa infirmitate ſi appropincaret ad finem, & ipſa conſenſiſſet niſi oporteret quod dicta filia ſua poneretur in endura. Item comedit de pane benedicto per hereticum bis vel ter. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo audivit hereticos conmendari ſibi quousque fuit capta. Item ſcivit aliquas alias perſonas eſſe familiares amicas hereticorum, & ſcivit aliqua ſecreta ipſorum. Item ſcivit quod quedam perſona infirma cui ipſa ſervivit, ſcilicet Aſtorga uxor Petri Andree de beſſeta que alias fuerat inmurata voluit hereticari in infirmitate de qua obiit, & ipſa Bonaſſyas conſentiit in hoc & tractavit ſi hereticus poſſet haberi, ſet non potuit haberi. Idem ſcivit dicta Bonaſſyas de Arnalda uxore quondam Raymundi Hugonis infirma que voluit & petiit ab ipſa Bonaſſyas hereticum, & ipſa Bonaſſias dixit hoc Petro Sancii qui tunc erat in domo dicte Bonaſſyas, ſet hereticus timuit illuc ire ad dictam infirmam, & non ivit. Predicta conmiſit à vii. annis & à dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta in muro, & negavit à principio veritatem de predictis.

¶ Raymunda uxor B^i. de Clayraco de Verlhaco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie nonas Aprilis anno Domini M°. cccx°.

re-

recepit cum marito ſuo in domo ſua Petrum Auterii de quo audivit & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici, & ſtetit ibi VIII°. diebus comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & ipſa multociens ſervivit & miniſtravit ſibi de hiis que habebat in domo ſua, & audivit verba & monitiones dicti heretici. Item alia vice ſtetit ibidem dictus hereticus per tres dies comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & ipſa aliquociens miniſtravit & ſervivit ſibi, & audivit multociens verba & predicationem dicti heretici, & vidit & ſcivit aliquas perſonas, quas nominat, que viſitaverunt ibidem dictum hereticum. Item predictum Petrum Auterii ante omnia predicta viderat ſemel in domo Bertrandi Salas. Item credidit hereticos habere bonam vitam & bonam ſectam & bonam fidem. Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit vocata & arreſtata ad portam & maritus ſuus & alii fuerunt confeſſati, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Raymundus dons de Vite, filius quondam Petri dons de Vite dyoceſis lectorenſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio IX°. Kalendas Maji anno Domini M°. CCCXI°. audivit conmendari ſibi multum vitam & ſectam & factum hereticorum à Guilielmo Aliguerii de Mirapiſce, inducendo eum quod vellet eos videre & eis credere, & dictus Raymundus conceſſit ſibi quod libenter videret eos. Item VII. vel VIII. anni erant tempore quo fuit confeſſus quod vidit in domo patris ſui Petrum Sancii & quendam alium hominem ſecum de quo audivit & ſcivit ibidem quod vocabatur Petrus Raymundi & quod erat de illis qui vocantur heretici, & ſtetit ibi dictus hereticus illa die qua venit & jacuit nocte ſequenti. Item in Auguſto fuerunt quinque anni quod pater ſuus in infirmitate de qua deceſſit procuravit habere aliquem hereticum, & dictus Raymundus dons vidit & ſcivit quod Petrus Sancii fuit ibi in quadam borda dicti patris ſui cum quodam homine ſene de quo audivit & ſcivit ibidem quod vocabatur Petrus & quod erat hereticus, & quod venerat ad mandatum patris ſui qui petiverat eum ut veniret ad abſolvendum dictum infirmum à peccatis ſuis, & tunc vidit dictum hereticum cum dicto Petro Sancii in ſolario dicte borde, & eadem die Petrona ſicarda ſoror dicti infirmi & Raymunda uxor Arnaldi bovis receſſerunt ab ipſo Raymundo dons de quodam orto qui erat ibi prope juxta dictam bordam ad dictum infirmum, & credit quod tunc duxerunt dictum hereticum de dicta borda ad infirmum ad hoc ut dictus hereticus abſolveret eum à peccatis ſuis, ſicut audiverat dici prius à Guilielmo Aliguerii quod heretici faciebant. Item poſt circa feſtum omnium ſanctorum fuerunt quinque anni quod dictus vidit predictum Petrum hereticum in domo Durandi de barrio de cumba Rotgier in quadam camera ad quam introduxit eum dictus Durandus ubi erat dictus hereticus, & ibidem audivit verba & predicationem dicti heretici cum dicto Durando. Item eodem anno per unum menſem poſt alia vice in domo ejuſdem Durandi vidit dictum Petrum hereticum, & cum eo Petrum Sancii, quem tunc ſcivit quod erat fugitivus pro facto hereſis & ſtabat cum heretico predicto. Item eodem anno in ſequenti quadrageſima alia vice vidit Petrum Auterii hereticum predictum & Petrum Sancii, & fuit loqutus cum eis in quadam vinea ad quam Arnaldus ſororius dicti Raymundi dons fecit illos venire, quia nolebat quod videret eos in domo ſua. Item circa feſtum ſancti Johannis baptiſte erant futuri tres anni tempore confeſſionis ſue quod dictus Raymundus de dons altera vice vidit in bolhaco predictum Petrum Auterii hereticum, & fuit loqutus cum eo, & petivit ab eo ſi ſciebat de Petro Sancii ubi erat. Item ſcivit multas perſonas, quas in confeſſione ſua nominat, que ſciebant factum hereticorum & erant familiares ipſorum. Interrogatus, ſi credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta hereticorum, reſpondit quod nunquam credidit firmiter ſet fuit in dubio ſuper hoc per unum annum vel duos propter verba que audivit à dicto Petro Auterii heretico & à Guilielmo Aliguerii. Poſtmodum iterum in judicio conſtitutus interrogatus de dicta credencia confeſſus eſt, quod credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fi-

71. b.

dem & bonam ſectam & bonam credenciam in qua ipſi & credentes ipſorum poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa. Predicta conmiſit à VI. annis vel VII. citra, & à V. & à IIII^{or} & à tribus antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri aliquid de predictis donec fuit detentus & per alios detectus. Predictus Raymundus negat ſe feciſſe adorationem & convenienciam heretico, ſet Petrus Auterii dixit quod fecit ſibi pactum ſeu convenienciam. Predictus Raymundus ante confeſſionem factam de predictis per IIII^{or} annos conſtitutus in judicio coram inquiſitore Tholoſano requiſitus de facto hereſis, interrogatus reſpondit ſe nichil ſcire, & negavit veritatem contra proprium juramentum pridie ydus Aprilis anno Domini M°. CCCVII°. Item poſtquam fuerat tunc coram preffato domino inquiſitore & celaverat & negaverat veritatem de hiis que tunc conmiſerat in facto hereſis, ex tunc vidit & ſcivit Petrum Auterii hereticum & Petrum Sancii ſimul in quadam vinea apud bornum, & fuit loqutus cum eis ſicut ſuperius continetur.

¶ Michaël Mironis filius quondam Raymundi Mironis de viridi folio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Decembris anno Domini M°. CCCX°. audivit à Petro Sancii de garda conmendari & aprobari hereticos & vitam & ſectam ipſorum inducendo ipſum ad amorem & credenciam ipſorum, & conceſſit ei quod libenter videret eos. Item fuit preſens & vidit quod Petrus Auterii hereticus recepit ad ſectam & ordinem ſuum Raymundum Mironis patrem ſuum in quadam vinea ubi iverat hac de cauſa quia hereticus predictus fuit ibi adductus per Petrum Sancii propter dictam cauſam, & ibidem ad petitionem ſeu requiſitionem dicti heretici ipſe Michaël conceſſit dicto heretico quod volebat eſſe de fide & credencia ipſius, & tunc dictus pater ſuus legavit dicto heretico XX. ſolidorum regalium, quos ipſe Michaël poſtea ſolvit. Item quadam vice poſt hereticationem patris ſui predicti rogavit Geraldum de Artigiis quod quando ſciret aliquem de hereticis ſignificaret ei quia volebat eos videre, & poſtmodum dictus Geraldus duxit eum ad quendam locum de nocte ubi adduxit Petrum Auterii hereticum & Petrum Sancii cum eo, & fuit loqutus ibidem cum dicto heretico.
72. Item conmendavit aliquociens hereticos & vitam & ſectam ipſorum aliquibus perſonis, quas in confeſſione ſua nominat, inducendo eas ad amorem ipſorum. Item celavit ſcienter in prima confeſſione ſua aliqua, & aliquas perſonas, que poſtea in judicio recognovit. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per duos vel tres annos. Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Sentencia inmuratorum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Qum nos preffati inquiſitores ac vicarii domini epiſcopi Tholoſani, & nos Guilielmus de ſancto Amancio archipresbyter podii Celſi ac officialis Caturcenſis pro domino Raymundo epiſcopo Caturcenſi vicarius in negocio inquiſitionis, & Bernardus de Verranno officialis lectorenſis deputatus per vicarios domini Guilielmi epiſcopi lectorenſis vicarius in negocio inquiſitionis, quibus Guilielmo & Bernardo nos preffati vicarii Domini epiſcopi Tholoſani conceſſimus in preſenti negocio hac vice & hoc die & loco poſſe diffinire & ſententiare quantum ad perſonas & de perſonis dumtaxat ſuarum dyoceſum predictarum, per inquiſitionem legitime invenerimus & in judicio nobis conſtat, ¶ quod tu Raymunde Vaſconis, ¶ & tu Bernarda Guilielma uxor quondam Guilielmi fizanſa de Aſſo, ¶ & tu Guilielma uxor Bernardi de pibras de lagaſſier de parochia ſancte Sirge, ¶ & tu Raymunde Geraldi fili quondam Geraldi de Aurino, ¶ & tu Petre Geraldi, fili quondam Geraldi de aurino, ¶ & tu Raymunda uxor Jacobi Geraldi de aurino, ¶ & tu Guilielme de mazeriis de merlato, ¶ & tu

Petre

Petre de bayſſas, ¶ & tu Petrona uxor dicti Petri de bayſſas, ¶ & tu Johanna uxor Guilielmi de boſco, ¶ & tu Arnalda uxor Raymundi eſpineti ſenioris de borno; ¶ & tu Garſendis uxor Guilielmi de Verduno, ¶ & tu Arnalde de Verduno; ¶ & tu Raymunde Teulerii, ¶ & tu Bona uxor Raymundi Teulerii, ¶ & tu Condors uxor quondam Arnaldi Molinerii, ¶ & tu Alazayt uxor quondam Guilielmi de monte lauro, ¶ & tu Guilielme Teulerii, ¶ & tu Bernarda uxor Pauli de Verduno de bolhaco filia quondam Arnaldi Molinerii vos predicti de bolhaco; ¶ & tu Adzemari Petri de banheriis, ¶ & tu Arnalde Maurelli burgunde de bello podio de garneſio, ¶ & tu Guilielme Girardi, ¶ & tu Guirauda uxor dicti Guilielmi, ¶ & tu Arnalde Girardi de francart villa, ¶ & tu Petre Gilaberti ſenior, ¶ & tu Johannes Gilaberti, ¶ & tu Raymunda uxor Johannis Gilaberti, ¶ & tu Bernarda uxor quondam Arnaldi Gilaberti, ¶ & tu Johanna filia Johannis Gilaberti vos predicti de ferrus, ¶ & tu Raymunde pellicerii fili quondam Raymundi Pellicerii ſenioris, ¶ & tu Alazayt uxor quondam Raymundi Pellicerii ſenioris, ¶ & tu Petrona uxor B^{i}. Amelii de garda, ¶ & tu Bernarde Rocas fili Arnaldi Rocas de guiraudia de rotgeriis, ¶ & tu Condors uxor Petri Raymundi filiaque Arnaldi Vitalis de Gaſconia, ¶ & tu Raymunda uxor Raymundi Vitalis de Gaſconia; ¶ & tu Petre hugonis fili quondam Raymundi hugonis, ¶ & tu Bernarde hugonis alias cognominatus den Adam, ¶ & tu Bernarde hugonis fili quondam Arnaldi hugonis de hugonibus, ¶ & tu Bernarde Mancipii de luganno, ¶ & tu Guilielme de baynaco, ¶ & tu Sibilia uxor Petri Rabaſtela de lantario, ¶ & tu Petrona filia Guilielmi Aliguerii, ¶ & tu Arnalde de prato, ¶ & tu Guilielme turques, ¶ & tu Beatrix uxor Johannis Capus, ¶ & tu Johannes Capus, ¶ & tu Guilielma hyſpana uxor Arnaldi de prato, ¶ & tu Petre Capus fili Johannis Capus, ¶ & tu Magna uxor Hugonis Maurandi de mirapiſce ſupra tarnum, ¶ & tu Johannes Mercaderii de Chauleto de monte Galhardo prope bornum, ¶ & tu Guilielma bertriga, ¶ & tu Raymunda filia dicte Guilielme, ¶ & tu Hugo rubei fili dicte Guilielme bertrice de Marnhaco prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, ¶ & tu Raymunde de Morovilas, ¶ & tu Guilielme bruni junior, ¶ & tu Johannes de ſalvetate fili quondam Raymundi de ſalvetate, ¶ & tu Arnalde ſanchas fili quondam Petri ſanchas, ¶ & tu Neus filia quondam Petri Sanchas de pruneto, ¶ & tu Raymunda filia quondam Raymundi de lantario, ¶ & tu Galharda uxor quondam Petri de lantario de Rotgeriis prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, ¶ & tu Raymunde Sancii de Roca ſireria, ¶ & tu Johannes Raynes, ¶ & tu Stephana uxor Adzemarii de Cauſencs, ¶ & tu Bernarda uxor Poncii Raynes de ſancto Sulpicio, ¶ & tu Arnalde de Artigiis fili quondam Petri de Artigiis, ¶ & tu 72. b.
Beatrix uxor Geraldi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ¶ & tu Galharde fabri de ſoricinio, ¶ & tu Petre Ycherii de ſenilh, ¶ & tu Petre Dominici fili quondam Guilielmi Dominici de ſancto Johanne de heremo, ¶ & tu Lombarda uxor Petri Arnaldi de Rialh, ¶ & tu Raymunda uxor B^{i}. nigri de laſolada, ¶ & tu Guilielme ſicredi junior, ¶ & tu Raymunde ſicredi, ¶ & tu Petre ſicredi fratres, ¶ & tu Guilielme ſicredi ſenior de ſalyeth prope ſeguer villam, ¶ tu Guilielme monachi de peytes de luganno, ¶ & tu Pros uxor Vitalis Sancii de garda, ¶ & tu Arnalda uxor quondam Raymundi hugonis de rupe vitali, ¶ & tu Guilielme More fili quondam Guilielmi more de taravello, ¶ & tu Petre boneti corraterie qui alias cognominaris Aſtarat, ¶ & tu Bernarde de gomer villa, ¶ & tu Laurenti bernerii, ¶ & tu Bernarda filia quondam Raymundi bernerii uxorque Hugonis de pradinis, ¶ & tu Bonaſſyas uxor quondam Guilielmi Guidonis de Verduneto, ¶ & tu Raymunda uxor B^{i}. de Clayraco de Verlhaco, ¶ & tu Raymunde dons de vite in lomannia dyoceſis lectorenſis, ¶ & tu Michaël Mironis de viridi folio. Tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes perſonaliter coram nobis in hac die & loco vobis ad recipiendum penitentiam & ad audiendum diffinitivam ſententiam perhemptorie aſſignatis redire volentes ſicut aſſeritis de corde bono & fide non ficta

ad eccleſiaſticam unitatem & omnem hereſim omnemque favorem ac credenciam hereticorum cujuscunque ſecte ac omnia pertinencia ad credenciam ritumque ac favorem heretice pravitatis nunc publice iterum abjurantes promittentesque fidem ſervare tenere & deffendere orthodoxam & perſequi hereticos detegere ac revelare ubicunque ſciveritis eos eſſe, & jurantes ſuper premiſſis mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter & fideliter obedire abſolutionis beneficio vobis inpenſo ab exconmunicatione qua pro dictis culpis tenebamini aſtricti, ſi tamen ad eccleſie unitatem ex corde redieritis & injuncta vobis mandata ſervaveritis, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali, de bonorum virorum ac peritorum in utroque jure conſilio ad perpetuum carcerem muri in hiis ſcriptis ſententialiter condempnamus, ad peragendum ibidem in pane doloris & aqua tribulationis penitenciam ſalutarem. ¶ Et quia tu Garſendis uxor quondam Guilielmi de Verduno, ¶ & tu Guilielme Monachi, ¶ & tu Guilielme ſicredi ſenior, ¶ & tu Arnalda uxor quondam Raymundi hugonis, ¶ & tu Pros uxor Vitalis Sancii, ¶ & tu Raymunde de Morovilas amplius & gravius deliquiſtis, & ideo eſtis merito gravius puniendi, vos in muro ſtricto & in loco artiori in vinculis & cathenis perpetuo decernimus includendos. Precipientes omnibus vobis ſub virtute preſtiti juramenti, quod ſine omni dilatione ad murum Tholoſe hujusmodi culpabilibus deputatum vos transferatis & ibidem perſonaliter includatis, quod ſi hoc mandatum noſtrum contempſeritis adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temere poſt ingreſſum absque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum licentia exeundo, aut alias contra jurata vel abjurata per vos quocunque tempore veniendo per hoc veſtram converſionem fictam & veſtram inpenitenciam oſtendendo, vos ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes culpisque aſtrictos prioribus, nec non omnes qui ſcientes vos eſſe tales receptaverint aut deffenderint aut vobis predicta mandata noſtra non conplentibus ne conpleatis ea conſilium auxilium inpenderint vel favorem, auctoritate predicta qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus, decernentes abſolutionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe. Retinemus autem nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus plenam & liberam poteſtatem mitigandi, diminuendi agravandi conmutandi vel etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint malicioſe aliqua de facto hereſis ſuppreſſiſſe ſeu aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco predictis preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Culpe defunctorum ſi viverent inmurandorum

73. ¶ Tholoſana fizanſa uxor quondam Guilielmi fizanſa de aſſo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie ydus Febroarii anno Domini M°. CCCIX°. audivit ſibi conmendari vitam & ſectam hereticorum à Guilielmo porcelli ſeniore, & conceſſit ei quod libenter videret eos. Item prius audiverat eosdem conmendari ſibi à Petro Sancii de garda. Item poſtmodum vidit & viſitavit pluries hereticos in diverſis locis, ſcilicet Petrum Auterii & Petrum Sancii & Jacobum Auterii, non ſimul ſet aliquando unum & aliquando duos, & ſciebat quod erant de illis qui vocantur heretici. Item ſemel portavit dictis hereticis panem & vinum. Item audivit verba & predicationem hereticorum. Item adoravit Jacobum Auterii hereticum inclinando ſe coram eo & dicendo benedicite. Item interfuit hereticationi Johannis uxoris quondam Petri Vaſconis de Aſſo. Item ivit ad procurandum aliquem hereticum pro Bernardo Guilielmi fizanſa de Aſſo in infirmi-

tate

tate de qua obiit antequam hereticus perveniſſet ad infirmum. Item ſcivit plures perſonas eſſe familiares & credentes hereticorum quas nominat in confeſſione ſua. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari. Predicta conmiſit à x. annis à VII. à V. & duobus citra perſeverando in eis antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit citata & detenta in muro, & celavit & negavit pluries in judicio veritatem.

¶ Raymundus eſpineti de borno ſenior, filius quondam Johannis eſpineti de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio III°. nonas Octobris anno Domini M°. CCCX°. vidit & viſitavit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & ſcivit ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos inclinando ſe coram eis tribus vicibus dicendo benedicite, & vidit ab aliis quos nominat ſimiliter adorari. Item recepit in domo ſua & tenuit tribus diebus & tribus noctibus Petrum Auterii & Amelium hereticos, ubi fuerunt dicti heretici per aliquas perſonas quas nominat viſitati. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum; & fuit in illa credencia per unum annum. Predicta conmiſit à VI. annis cum dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & celavit & negavit veritatem prima vice in judicio contra proprium juramentum.

¶ Arnaldus ſicardi qui alias cognominatur de boyſſa, filius quondam ſicardi de la boyſſa de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCCIX°. vidit pluries & in pluribus locis Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, non tamen ſimul ſet quemlibet per ſe, & raſit barbam Petro Sancii heretico pluries & minuit eum, & Petro Auterii ſimiliter raſit barbam & minuit eum. Item fecit nunciationes aliquas pro dicto Petro Sancii heretico. Item ſolvit eidem heretico partem legati quod mater ſua fecerat hereticis. Item paravit quandam tunicam & quasdam caligas pro dicto heretico ſciens ipſas eſſe dicti heretici. Item vidit Sancium mercaderii de borno cum Petro Sancii heretico, & raſit ſibi barbam, de quo poſtea ſcivit quod erat hereticus. Item ſcivit plures perſonas, quas nominat, eſſe conſentientes in facto hereticorum, & que recipiebant eos. Item perſeverabat in facto hereticorum quamvis haberet tunc fratrem inmuratum pro facto hereſis. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere & tenere bonam fidem & veracem & bonam ſectam in qua poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo vidit & audivit eos donec fuit captus. Predicta conmiſit per tres annos & per duos & per unum antequam confiteretur judicialiter de premiſſis, nec voluit confiteri donec fuit detectus per alios & tandem captus & diu detentus in carcere.

¶ Geralda uxor Vitalis de Tholoſa de Caſtro ſarraceno, filia quondam Guilielmi Arnaldi de podio Armerio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. nonas Maji anno Domini M°. CCCIX°. audivit commendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Guilielmo de proaudo de coquinis, & oſtendit ſibi unum ex illis qui vocabatur Jacobus prima vice cum dicta Geralda dedit duos turonenſes argenteos pro elemoſina, & eadem die in quadam domo quam nominat vidit dictum Jacobum hereticum & audivit ejus predicationem cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. Item condixit cum quibusdam mulieribus, quas nominat, quod vigilarent in eccleſia ſancte crucis Tholoſe ut ibi ſecretius poſſent tractare & loqui de facto hereticorum propter quod venerat tunc apud Tholoſam, & habuerunt ſecum illa nocte in dicta eccleſia Jacobum hereticum predictum, & ibi audivit verba & predicationem & doctrinam erroneam dicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, ſpecialiter quod in hoſtia conſecrata non erat corpus Chriſti, & quod princeps hujus mundi dyabolus fecerat omnia corruptibilia. Item contra baptiſmum & contra matrimonium, & contra eccleſiam Romanam, & ibidem dicta Guilielma adoravit dictum hereticum inclinando ſe tribus vicibus coram 73. b.

ram eo dicendo qualibet vice benedicite. Item ibidem fecit fieri de pane benedicto per dictum hereticum propter devocionem & fidem quam habebat quod poſſet ſalvari in fide dicti heretici, & accepit de dicto pane & comedit, & partem reſervavit, & multis annis conſervavit & aliquando de illo pane comedit. Item fecit promiſſionem & pactum dicto heretico, quod in fine ſuo volebat recipi ad ordinem hereticorum. Item ibidem fuerunt date dicte Guilielme cirotece, de quibus dictum fuit ſibi quod fecerat eas quedam heretica, quas devotione multis annis conſervavit, & in eis de pane benedicto heretici tenebat & conſervabat in archa ſua. Item ante omnia predicta pluries & in diverſis temporibus Guilielmus de podio Armerio avunculus ipſius Geralde conmendavit ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum, inducendo eam ad amorem & credenciam eorum, & quod faceret bonum amicis & credentibus illius ſecte, ſcilicet hereſis, & ipſa Geralda multa dedit & miſit in pecunia & in pannis talibus quos audiebat eſſe amicos ſecte hereticorum, & qui fuerant penitenciati propter factum ipſorum, que in confeſſione ſua nominat. Item aliquibus perſonis ſibi conjunctis, quas in confeſſione ſua nominat, conmendavit & aprobavit vitam & ſectam & factum hereticorum, inducendo eas ad amorem & credentiam eorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam vitam & tenere & docere viam ſalvationis & quod homo poſſet ſalvari in fide ipſorum, & incepit eſſe in dicta credencia xv. annis antequam confiteretur judicialiter de predictis, & fuit in dicta credencia magis confirmata quando audivit predicationem dicti Jacobi heretici, & fecit ſibi pactum, & perſeveravit in dicta credencia quousque fuit citata, & incepit de predictis confiteri, & negavit à principio veritatem de predictis in judicio requiſita.

¶ Bernardus de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. ydus Febroarii anno Domini M°. CCCIX°. vidit & viſitavit pluries & duxit & aſſociavit de loco ad locum duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Petrum Sancii de garda, ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & aliquando ambos ſimul, & aliquando unum ſolum. Item ſcivit plures perſonas eſſe credentes & familiares hereticorum, & que recipiebant eos in domibus ſuis. Item audivit verba & monitiones dictorum hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere & tenere bonam ſectam & bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari. Item fecit pactum ſeu convenienciam Petro Auterii heretico. Predicta conmiſit per tres annos perſeverando in eis antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & diu in carcere detentus.

¶ Bernardus nigri de laſolada, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. ydus Novembris anno Domini M°. CCCX°. rogatus per Raymundam uxorem ſuam concentiit & recepit in domo ſua Petrum Sancii & quendam alium cum eo ſimul hereticos, ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & ſteterunt ibi tribus diebus & tribus noctibus comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & qualibet nocte viſitabat eos ibi. Item conceſſit uxori ſue predicte quod daret unum par caligarum hereticis de ſargia quam fecerant in domo ſua. Item credidit hereticos eſſe bonos homines, non tamen credidit quod homo poſſet ſalvari in fide ipſorum. Predicta conmiſit per duos annos antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Raymundus Rialh filius Vitalis Rialh de laſolada, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVII° Kalendas Januarii anno Domini M°. CCCX° vidit in domo Blanche de ferrus avie ſue in quodam ſolario dicte domus duos homines, quorum unus erat ſenex & alter juvenis, de quorum nominibus non fuit recordatus tempore confeſſionis ſue, & audivit & ſcivit per eoſdem quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici, & audivit ibidem verba & monitiones ipſorum, & ipſemet temptavit legere in quodam libro ipſorum ibidem, & ſicut fuit edoctus adoravit ſeu reverenciam fecit dictis hereticis inclinando ſe bis vel ter ſuper quan-

74.

quandam bancam coram eis & dicendo qualibet vice aliqua verba de quibus non fuit recordatus tempore quo fecit confeſſionem de predictis, & vidit ibidem predictos duos hereticos ſimiliter adorari per duas perſonas quas nominat in confeſſione ſua. Predicta conmiſit à VII. annis citra antequam confiteretur de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citatus.

¶ Guilielma Molineria uxor Petri bolha de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Veneris in craſtino apoſtolorum Symonis & Jude, anno Domini M°. cccv°. vidit in domo ſua & mariti ſui Jacobum Auterii hereticum & ſcivit ipſum eſſe talem, & audivit verba & predicationem ipſius, & vidit ipſum ab aliis perſonis quas nominat ibidem adorari, & ipſa flexit genua coram dicto heretico ſemel vel bis petendo benedictionem. Item alia vice vidit in campmaſio ubi morabatur maritus ſuus & ipſa Petrum Raymundi & Amelium hereticos, & ſteterunt ibi duobus dyebus. Item ſemel vidit dictum Jacobum in domo Sicardi bolha quaſi in tranſitu. Predicta Guilielma dicit quod nunquam credidit hereticos eſſe bonos homines nec habere bonam fidem, nec poſſe ſalvari in fide eorum. Item non confitetur ſe vidiſſe aliquos alios hereticos nec alias nec alibi, nec ſe feciſſe pactum & convenienciam eiſdem. Contra predictam Guilielmam invenitur quod fecit hereticis pactum ſeu convenienciam, & quedam alia conmiſiſſe de quibus non invenitur fuiſſe confeſſa.

¶ Guilielma berneria uxor quondam Bernardi bernerii de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Jovis in octabis beati Martini, anno Domini M°. cccv°. audivit conmendari ſibi hereticos à Raymunda matre Sicardi bolha & à Petro bernerii filio ſuo, & poſtmodum vidit in domo ſua Jacobum Auterii quem ſcivit eſſe hereticum. Item in domo berneriorum vidit Jacobum Auterii & Petrum Raymundi hereticos, & audivit ibidem dictum Jacobum legentem in quodam libro. Predicta conmiſit ab uno anno cum dimidio, & ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Contra predictam Guilielmam invenitur per alios complices, quod in domo ſua recepit Petrum & Jacobum Auterii hereticos, & audivit predicationem eorum & adoravit eos. Item cum Petro bernerii filio ſuo vidit & adoravit Philippum hereticum.

¶ Guilielma Rigauda, filia quondam Mathie que alias cognominatur Pelaprada ex parte cujuſdam mariti quem habuit in rapiſtangno dyoceſis Albienſis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, tam coram penitenciario majori domini pape, XII°. Kalendas Septembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno IIII°. in Avinione, quam etiam coram inquiſitore Tholoſano IIII°. nonas Septembris, anno Domini M°. CCCIX°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum ab Aymengarde ſorore ſua. Item in domo predicte Aymengardis in Rapiſtangno vidit duos hereticos, unum qui vocabatur Petrus, cui miſit unam viſtam de vino Item alia vice vidit ibidem alium hereticum qui vocabatur Raymundus, & audivit verba & predicationem dicti heretici, & coram eo flexis genibus & junctis manibus dixit benedicite bone Chriſtiane rogate Dominum pro me, & dedit heretico unum turonenſem argenti. Item alia vice vidit ibidem dictum hereticum, & flexis genibus & junctis manibus coram ipſo dixit benedicite & audivit verba & predicationem ipſius, & dedit eidem heretico pannum lineum pro camiſia illa vice. Item altera vice vidit & viſitavit ibidem primum hereticum, ſcilicet Petrum, & audivit verba & predicationem ipſius, & fecit eidem heretico reverenciam ſupradictam, & dedit ſibi pannum de bruneto pro caligis. Item alia vice vidit & viſitavit in eadem domo eundem Petrum hereticum & comedit ibidem, & poſtea eadem die dicta ſoror ſua aportavit ſibi quandam petiam panis dicens quod erat panis benedictus ſeu ſignatus per dictum hereticum quem mittebat ſibi, & accepit & conſervavit in archa ſua per aliquos menſes. Item quadam vice dedit & miſit de agreſta ſua pro aliquo heretico de quo audivit quod infirmabatur. Item quadam vice tradidit unum turonenſem argenti Raymundo Durandi ut traderet ex parte ſua hereticis. Item credidit hereticos eſſe bonos homines

& habere bonam ſectam & bonam fidem in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per unum annum & amplius. Predicta conmiſit à
74. b. à duobus annis citra perſeverando antequam confiteretur judicialiter de predictis. Item vidit & ſcivit quod Aymengardis ſoror ſua predicta & Raymundus Ruphi maritus dicte Aymengardis fuerunt capti in Rapiſtangno propter factum hereticorum, quibus captis ivit ad curiam Romanam ad confitendum de predictis & non ante.

Sentencia contra defunctos ſi viverent inmurandos.

IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen. Qum nos inquiſitores, vicarii & conmiſſarii ſupradicti, ac Rocabrunus Dauce canonicus lectorenſis vicarius in negocio inquiſitionis heretice pravitatis domini Geraldi epiſcopi Albienſis cui nos vicarii domini epiſcopi Tholoſani conceſſimus in preſenti negocio hac vice & hac die & loco poſſe diffinire & ſentenciare quantum ad perſonas & de perſonis dumtaxat dyoceſis Albienſis, per inquiſitionem legitime factam invenimus & in judicio nobis conſtat, ¶ quod defuncti Tholoſana fizanſa de aſſo, ¶ Raymundus eſpineti ſenior de borno, ¶ Arnaldus ſicardi de borno, ¶ Geralda uxor Vitalis de Tholoſa de caſtro ſarraceno, ¶ Bernardus de Artigiis filius Raymundi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, ¶ Bernardus Niger de laſolada, ¶ Raymundus Rialhii filius Vitalis Rialhii de laſolada, ¶ Guilielma Molineria uxor Petri bolha, ¶ Guilielma berneria uxor quondam Bernardi bernerii dyoceſis Tholoſane, ¶ & Guilielma Rigauda de Rapiſtagno dyoceſis Albienſis, tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis dum viverent deliquerunt, ſicut recognoverunt & confeſſi ſunt publice & in judicio legitime tempore quo vivebant, & recitatum eſt publice intelligibiliter in vulgari, de quibus culpis conmiſſis per ipſos ipſi morte preventi penam ſeu penitenciam dum viverent minime habuerunt. Ideo nos inquiſitores vicarii & conmiſſarii ſupradicti, cum iſtud crimen tam deteſtabile tam nephandum propter ſui inmanitatem & enormitatem non ſolum in vivos ſet etiam in mortuos per jura promptiſſima vindicetur, & maxime in caſu in quo delinquentis heredes ob culpam ſui actoris ad ſucceſſionem admitti non debent, non obſtante quod ipſis viventibns interveniente ipſorum morte per ſentenciam non extitit declaratum, ¶ eoſdem Tholoſanam ſizanſa, ¶ Raymundum eſpineti ſeniorem, ¶ Arnaldum ſicardi, ¶ Geraldam uxorem Vitalis de Tholoſa, ¶ Bernardum de Artigiis, ¶ Bernardum Nigri, ¶ Raymundum Rialhii, ¶ Guilielmam Molineriam, ¶ Guilielmam berneriam, ¶ & Guilielmam Rigaudam, fore inmurandos ſeu in perpetuo carcere detrudendos pro culpis ſuis predictis, propter bona tamen ſi que habebant ad quorum ſucceſſionem heredes ſeu alias ſucceſſores ipſorum ob culpas eorum predictas admitti non debent, ipſos Tholoſanam, Raymundum eſpineti, Arnaldum ſicardi, Geraldam uxorem Vitalis de Tholoſa, Bernardum de Artigiis, Bernardum Nigri, Raymundum Rialhii, Guilielmam Molineriam, Guilielmam berneriam, & Guilielmam Rigaldam in hiis ſcriptis preſentibus ſentencialiter declaramus ſi viverent inmurandos & in carcere perpetuo intrudendos.

Lata fuit hec ſententia anno & die & loco preffatis, preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (L.S.)

Sentencia defunctorum in hereſi.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Qum nos preffati inquiſitores ac vicarii reverendi in Chriſto patris preffati domini epiſcopi Tholoſani, ac Bernardus officialis lectorenſis, & Guilielmus officialis caturcenſis ſuperius nominati, quibus nos preffati vicarii domini epiſcopi Tholoſani conceſſimus in preſenti negocio

cio hac die & loco poſſe diffinire & ſententiare quantum ad perſonas & de perſonis dumtaxat ſuarum dyeceſum predictarum, per inquiſitionem factam invenimus ac per teſtes legitime receptis in judicio nobis conſtat,

¶ Quod Johanna uxor quondam Petri Vaſconis de Aſſo volens & petens fuit hereticata per Petrum Auterii hereticum & recepta in ſectam dampnatam hereticorum, & dampnabiliter obiit in eadem. ¶ *De Aſſo.*

¶ Item quod Aycelina, uxor quondam Bernardi fabri alias cognominati eſpanhol pluries vidit & viſitavit ac in ſuo hoſpicio receptavit hereticos, & predicationes eorum audivit, & more hereticali adoravit eosdem, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit fuit recepta in dampnatam ſectam hereticorum per Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem. 75. ¶ *De borno.*

¶ Item quod Guilielma uxor quondam Guilielmi Arnaldi eſpanhol nuruſque dicte Ayceline filiaque quondam Raymundi de lantario plura conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo & viſitando hereticos & receptando in domo ſua & viri ſui, predicationes eorum audiendo, & more hereticali eos adorando, & perſonas alias inducendo ad amorem & credenciam hereticorum.

¶ Item quod Arnaldus Molinerii de bolhaco multa conmiſit in hereſi videndo & viſitando hereticos & predicationes eorum audiendo, & pactum ſeu convenienciam eis faciendo, fuitque receptus in ſua ultima egritudine, qua deceſſit, per Petrum Auterii hereticum in dampnatam ſectam hereticorum, & dampnabiliter obiit in eadem. ¶ *De bolhaco.*

¶ Item quod Dulcia uxor quondam Guilielmi de Verduno ſenioris de bolhaco multa conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo viſitando & receptando hereticos & predicationes eorum audiendo, fuitque ſemel ficte & palliate confeſſa in judicio coram tenente locum inquiſitoris Tholoſe, celavitque veritatem in judicio contra proprium juramentum, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit fuit hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Petrum Sancii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Item quod Guilielmus de monte lauro de bolhaco tempore quo vivebat plura conmiſit in hereſi, videndo & viſitando hereticos in domo ſua receptando & predicationes eorum audiendo & more hereticali adorando eosdem, & de bonis ſuis dando & miniſtrando hereticis pactumque quod vocant conventionem ſeu convenienciam fecit hereticis, de quibus non conſtat ipſum Guilielmum fuiſſe confeſſum nec finaliter penitentem.

¶ Item quod Durandus de barrio de comba rotgier multa conmiſit in hereſi, videndo & viſitando hereticos in diverſis locis & hoſpiciis & in ſuo hoſpicio receptando, predicationes eorum audiendo, & de loco ad locum aſſociando, & vitam & ſectam hereticorum perſonis aliis conmendando, & credentes hereticorum ac fugitivos pro hereſi receptando, & hereticis de bonis ſuis dando & miniſtrando, de quibus non conſtat dictum Durandum fuiſſe confeſſum nec finaliter penitentem. ¶ *De comba rotgier prope grandem ſilvam.*

¶ Item quod Fabriſſa uxor quondam dicti Durandi de barrio filiaque Sancii borrelli de bolhaco voluit & petiit habere hereticos in fine ſuo, fuitque volens & petens hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Jacobum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Item quod Guilielma uxor quondam Petri Gilaberti de ferrus volens & petens in ſua ultima egritudine qua deceſſit fuit hereticata per Petrum Sancii hereticum & recepta in dampnatam ſectam hereticorum, & dampnabiliter obiit in eadem. ¶ *De ferrus prope gardam.*

¶ Item quod Raymundus pellicerii ſenior de garda viridi foleſii in ſua ultima egritudine, qua deceſſit, volens & petens fuit hereticatus per Petrum Sancii hereticum & in dampnatam ſectam hereticorum receptus, & dampnabiliter obiit in eadem. ¶ *De garda.*

¶ Item quod Aycelina, uxor quondam Guilielmi de baynaco, tempore quo ¶ *De lantario.*

vivebat vidit hereticos in domo ſua & viri ſui, & in ultima egritudine qua deceſſit voluit & petiit hereticari, fuitque hereticata & in ſectam dampnatam hereticorum recepta per Philippum hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

Item legavit hereticis mantellum ſuum ſeu capam, volens quod venderetur & pretium hereticis redderetur.

¶ *De mirapiſce ſupra tarnum.*

¶ Item quod Guilielmus Aliguerii ſenior tempore quo vivebat plura conmiſit in hereſi videndo & viſitando hereticos in diverſis locis & hoſpiciis, & in ſuo hoſpicio plures hereticos & pluries receptando, de bonis ſuis eis miniſtrando, predicationes eorum audiendo, & more hereticali adorando, pactumque ſeu conventionem eis fecit, de pane hereticorum benedicto pluries comedit, & plures perſonas ad amorem & credenciam hereticorum induxit, celavitque in confeſſione quam fecit in judicio veritatem contra proprium juramentum de multis perſonis quas cum hereticis viderat in domo ſua & alibi & ad amorem hereticorum induxerat. Itemque poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam conmiſit in eadem videndo hereticos & favorem inpendendo. Item in ſua ultima egritudine qua deceſſit hereticatus fuit per Petrum Auterii hereticum volens & petens, & dampnabiliter obiit ſic receptus.

75. b.

¶ Item quod Dominica uxor quondam dicti Guilielmi Aliguerii, filiaque quondam Guilielmi de Verduno ſenioris de bolhaco plura conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo & viſitando hereticos plures & pluries in ſuo hoſpicio receptando, verba & predicationes & errores ipſorum contra fidem audiendo, de pane hereticorum benedicto comedendo, & ipſos hereticos modo hereticali pluries adorando, celavitque veritatem in judicio contra proprium juramentum de multis que ſciebat de facto hereſis de perſonis aliis in confeſſione ſua quam coram tenente locum inquiſitoris Tholoſe. Itemque poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam conmiſit in eadem videndo hereticos & ſciendo in quibus locis heretici receptabantur & conſenciendo, & de bonis ſuis eis dando, & interfuit hereticationi Guilielmi Aliguerii viri ſui, & ipſa tandem fuit hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Petrum Sancii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem, legavitque hereticis de Veſtibus ſuis.

¶ *De merlato prope Bormum.*

¶ Item quod Raymunda uxor quondam Dominici de Mazeriis de Merlato, in ſua ultima egritudine qua deceſſit volens & petens habere hereticos fuit hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Petrum Auterii & Amelium hereticos, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ *De pruneto.*

¶ Item quod Petrus Raymundi de ſalvetate faber, filius quondam Raymundi de ſalvetate ſenioris de pruneto, multa conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo & viſitando hereticos & receptando eosdem, de quibus non conſtat ipſum fuiſſe confeſſum nec finaliter penitentem, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit invenitur receptus per Amelium hereticum in damptatam ſectam hereticorum & obiiſſe dampnabiliter in eadem.

¶ *De ſenil propre Garrigas & Aſſum.*

¶ Item quod Stephana de ſenilh, uxor quondam Petri Ycherii ſenioris & ſoror quondam Richarde de borno, multa conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo & viſitando hereticos, & predicationes eorum audiendo, & more hereticali adorando. Interfuitque hereticationi Richarde de borno ſororis ſue. Item in quadam infirmitate quam habuit voluit hereticari & recipi in ſectam dampnatam hereticorum, fuitque adductus Jacobus Auterii hereticus ad eandem in domo ſua apud ſenilh, quem hereticum vidit & ejus predicationem audivit & reverenciam quam potuit ſibi exhibuit illa vice, de quibus non conſtat ipſam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem.

¶ *De ſancto Johanne prope viride folium.*

¶ Item quod Guilielma uxor quondam Petri de Artigiis materque Arnaldi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, multa conmiſit in hereſi dum vivebat, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit volens & petens fuit heretica & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Petrum Sancii hereticum & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ *De ſalyeth prope caramannum.*

¶ Item quod Petrus ſicredi ſenior, qui olim pro hiis que conmiſerat in hereſi fue-

fuerat inmuratus & cruceſſignatus, poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam ex tunc multa conmiſit in hereſi relabendo, Petrum Sancii hereticum in ſuo hoſpicio tenendo & receptando, vitam & ſectam hereticorum perſonis aliis conmendando, & procurando quod Guilielma uxor ſua reciperetur ad ſectam hereticorum per dictum hereticum in illa egritudine qua deceſſit, niſi fuiſſet alias inpeditum. Item dictum Petrum Sancii hereticum voluit & petiit habere & pro ipſo heretico miſit & ipſum habuit in ſua ultima egritudine qua deceſſit, fuitque receptus per eundem hereticum in dampnatam ſectam hereticorum, & obiit dampnabiliter in eadem.

¶ Item quod Raymundus Mironis in ultima ſua egritudine qua deceſſit voluit & petiit hereticari & recipi in dampnatam ſectam hereticorum, ivitque ſicut potuit ad quandam ſuam vineam in qua Petrus Auterii hereticus ut ibi ſecretius fieret expectabat eum cum Petro Sancii coheretico, fuitque ibidem dictus Raymundus receptus in predicta ſecta hereticorum per eundem Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem, fecitque legatum Petro Auterii heretico ſupradicto. ¶ *De viridi folio.* 76.

¶ Item quod Raymunda mater Sicardi bolha uxorque quondam Gitberti bolha de Verduneto multa conmiſit in hereſi dum vivebat, hereticos videndo & viſitando & in ſuo hoſpicio plures & pluries receptando, predicationesque eorum audiendo, & more hereticali adorando eoſdem, nec non de bonis ſuis hereticis, dando & fovendo, de quibus non conſtat ipſam Raymundam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem, fuitque in ſua ultima egritudine qua deceſſit per Jacobum Auterii hereticum hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta, & in illa infirmitate de qua languit per alios hereticos viſitata, & ſic obiit dampnabiliter in ſecta dampnata hereticorum. ¶ *De Verduneto.*

¶ Item quod Bernarda uxor quondam Petri Nicholay de Verduneto poſt confeſſionem factam de hereſi, nec non poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam, conmiſit in hereſi videndo & viſitando hereticos & favorem inpendendo & in ſuo hoſpicio receptando, de quibus minime conſtat ipſam Bernardam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem, ferturque in ſua ultima egritudine qua deceſſit hereticum petiviſſe & habuiſſe & hereticata deceſſiſſe.

¶ Item quod Raymunda filia quondam Petri Yſabe de Verduneto, poſt confeſſionem factam de hereſi & poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam, conmiſit in hereſim relabendo, videndo & viſitando pluries Raymundum fabri hereticum, verba & predicationes ipſius audiendo, favorem & obſequium inpendendo eisdem, de quibus non conſtat ipſam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem, ferturque hereticum in ſua ultima infirmitate de qua obiit petiviſſe, ſet morte repentina preventa hereticus non potuit haberi.

¶ Item quod Bernarda uxor quondam Raymundi bernerii ſororque Petri Andree de Verduneto multa conmiſit in hereſi, videndo & viſitando hereticos & eis familiariter ſerviendo, predicationes eorum audiendo, pactum & convenienciam hereticis faciendo, de quibus non conſtat ipſam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem.

¶ Item quod Johanna berneria, uxor quondam Raymundi benerii de Verduneto ſenioris, multa conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo viſitando & receptando hereticos & pluries adorando, celavitque ſcienter & ſuppreſſit veritatem in judico contra proprium juramentum in confeſſione ſua quam fecit judicialiter de facto hereſis coram tenente locum inquiſitoris Tholoſani, videlicet quod Philippum hereticum & Audam borrela hereticam que faciebat ſe vocari Jacobam venientes de Lombardia in ſuo hoſpicio receptavit cum quibusdam perſonis aliis credentibus hereticorum, & pro hereſi fugitivis, & de bonis ſuis eis miniſtravit & ſervivit, & predicationes dicti heretici audivit, & hereticum & hereticam adoravit, de quibus ſuppreſſit in judicio veritatem, nec conſtat ipſam fuiſſe confeſſam nec finaliter penitentem.

¶ Item quod Genſers, uxor quondam Petri Andree de Verduneto ſororque Petri

tri filii de taravello, tempore quo vivebat multa conmiſit in hereſi, videndo viſitando & receptando hereticos, & modo hereticali adorando, & predicationes eorum audiendo, fecitque confeſſionem in judicio palliatam, in qua ſuppreſſit ſcienter & malitioſe veritatem in judicio, tam de ſe quam de aliis de facto hereſis, ſuper quibus poſtmodum pluries in judicio requiſita noluit confiteri de conmiſſis per eam in hereſi veritatem, ſicque obſtinata obiit infra murum Tholoſe, in quo perſone de hujusmodi crimine culpabiles detinentur.

¶ De Verlhaco. ¶ Item quod Raymunda, uxor quondam Petri de clayraco junioris de Verlhaco, poſt confeſſionem factam de hiis que conmiſerat in hereſi, & poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam, conmiſit in hereſi favendo hereticis & conſenciendo, & aliqua obſequia inpendendo ſeu procurando, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit voluit & petiit habere hereticum & habuit, fuitque hereticata & recepta in dampnatam ſectam hereticorum per Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

76. b. *¶ De Vaqueriis.* ¶ Item quod Dominica, uxor quondam Johannis de podio lobri habitatrix de Vaqueriis, conmiſit in hereſi dum vivebat, & in ſua ultima egritudine qua deceſſit voluit & petiit recipi ad ordinem & ſectam hereticorum, fuitque hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ DeRotgeriis prope montem clarum. ¶ Item quod Raymundus de lantario de Rotgeriis in confeſſione quam olim fecit de conmiſſis in hereſi per eundem ſuppreſſit de multis conmiſſis in hereſi tam de ſe quam de aliis in judicio veritatem. Item quod poſt confeſſionem factam & poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam conmiſit in hereſi, favendo hereticis & factum hereticorum aliis conmendando, fuitque receptus in dampnatam ſectam hereticorum in ſua ultima egritudine qua deceſſit per Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem, fecitque legatum heretico ſupradicto.

¶ Item quod Bernarda, uxor quondam dicti Raymundi de lantario, poſt confeſſionem factam in judicio de conmiſſis per eandem, in qua multa celavit de facto hereſis in judicio contra proprium juramentum nec non poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam conmiſit in hereſi, favendo hereticis, & hereticationi predicti Raymundi mariti ſui conſenciendo. Item in ſua ultima egritudine qua deceſſit fuit hereticata in dampnatam ſectam hereticorum recepta, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Item quod Bernardus de lantario filius quondam predicti Raymundi de lantario, poſt confeſſionem olim factam de hereſi & poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam, & tunc multa conmiſit in hereſi, videndo viſitando Petrum Auterii hereticum, & in ſuo hoſpicio & fratrum ſuorum receptando, & alibi viſitando & celando, & favorem & obſequium inpendendo. Item conſentiit hereticationi patris & matris ſue & eandem cum aliis procuravit, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit petens & volens fuit hereticatus & in dampnatam ſectam hereticorum receptus per Petrum Auterii hereticum.

¶ Item quod Petrus de lantario, filius quondam Raymundi de lantario, poſt confeſſionem olim factam de hereſi & poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam, multa conmiſit in hereſi, videndo & viſitando hereticos & favorem & obſequia inpendendo eiſdem. Item ſcivit conſentiit & etiam procuravit hereticationem fieri Raymundi patris ſui & Bernarde matris ſue & Arnaldi fratris ſui. Item in ſua ultima egritudine qua deceſſit fuit hereticatus & receptus in dampnatam ſectam hereticorum per Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Item quod Arnaldus de lantario filius quondam predicti Raymundi, poſt confeſſionem olim factam de hereſi & poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam, & tunc conmiſit in ipſa, videndo & viſitando hereticos & favorem inpendendo eiſdem, & conſenciendo patris ſui & Bernarde matris ſue. Item in ſua ultima egritudine qua deceſſit volens & petens fuit hereticatus & receptus in dampnatam ſectam hereticorum per Petrum Auterii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Item

¶ Item quod Guilielmus juvenis, filius quondam naturalis Petri de lantario de Rotgeriis, tempore quo vivebat vidit Petrum Auterii hereticum & participavit cum eodem, & pactum ſeu convenienciam fecit eidem heretico, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit receptus fuit ad ſectam & ordinem hereticorum per Petrum Auterii antedictum, & obiit dampnabiliter in eadem.

¶ Item quod Lombarda, mater quondam Raymundi bertrici de Rabinia, conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & verba & predicationes ipſorum audiendo. Item in ſua ultima egritudine qua deceſſit volens & petens fuit hereticata & in dampnatam ſectam hereticorum recepta per Petrum Sancii hereticum, & dampnabiliter obiit in eadem. ¶ *De Rabinia prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis.*

¶ Item quod Petrus dons ſenior de Vite, olim oriundus de monte aſtrugo dyoceſis Tholoſane, tempore quo vivebat multa conmiſit in hereſi, videndo & viſitando hereticos in pluribus locis & hoſpiciis; & in ſuo hoſpicio receptando, predicationes eorum audiendo, & de bonis ſuis hereticis tribuendo, & aliquas perſonas inducendo ad amorem & credenciam hereticorum, nec non in ſua ultima egritudine qua deceſſit fuit hereticatus volens & petens & receptus in dampnatam ſectam hereticorum per Petrum Auterii hereticum & dampnabiliter obiit in eadem. ¶ *De Vite in loramania dyoceſis lectorenſis.*

¶ Item quod Johannes converſus de judayſmo, qui dum erat Judeus vocabatur Joſſe, & conſuevit morari in florencia dyoceſis auxitane poſt ſacramentum fidei à ſe ſuſceptum fidem Chriſtianam abnegando & blaſemando deſeruit aſſerens ſe velle vivere & mori in fide ſeu magis perfidia Judeorum, nec admonitus & ortatus ſepius per multos bonos viros ab illa perfidia voluit reſilire, tandemque requiſitus judicialiter & canonice quod fidem Chriſtianam quam ſuſceperat & baptiſmum teneret & ſervaret & ore confiteretur noluit reſipiſci, ſicque predictus Johannes converſus poſtmodum verò perverſus & adverſus à fide catholica reverſusque ad vomitum judeiſmi in tali perfidia continue perſeverans dampnabiliter in eadem. 77.

¶ Poſtmodum vero citatis & vocatis filiis heredibus & parentibus ac bonorum detentoribus predictorum defunctorum & defunctarum & ſingillatim ſuperius nominatorum & nominatarum in propriis domiciliis, propoſitisque edictis publicis in eccleſiis parrochialibus eorundem certis diebus perhemptorie aſſignatis per nos inquiſitorem Tholoſanum preffatum filiis heredibus & parentibus ac bonorum detentoribus predictorum defunctorum & defunctarum ad defenſionem ipſorum & ipſarum ſi defendere poterant & volebant, nulloque legitimo deffenſore pro ipſis defunctis conparente qui ipſos vel aliquem ex ipſis defunctis ſuperius nominatis vellet defendere. Renunciatoque tandem & concluſo in cauſa defenſionis predictorum defunctorum & defunctarum per filios ſeu heredes ſeu bonorum detentores, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato, conmunicato & prehabito conſilio ſapientum & peritorum in jure, hac preſenti die ad diffinitivam ſententiam ſuper premiſſis perhemptorie aſſignata, attendentes quod crimen hereſis propter ſui immanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis per jura promptiſſima debeat vindicari, habentes Deum pre oculis & ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſententiam dicimus & declaramus predictos defunctos & predictas defunctas tanquam inpenitentes de crimine hereſis aut hereticatos ſeu hereticatas fuiſſe & in hereſi deceſſiſſe, & predictos viros & mulieres per hanc noſtram ſententiam in hiis ſcriptis tanquam tales ſententialiter condempnamus, precipientes ut in ſignum perditionis oſſa ipſorum ſi ab aliis catholicorum oſſibus poſſint diſcerni de ſacris cimiteriis exhumentur, & conburantur in deteſtationem criminis tam nephandi.

Lata fuit hec ſentencia anno die & loco preffatis, preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis, preſens interfui & recepi & manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Sen-

Sentencia contra domus.

IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, Amen. Qum nos preffati inquiſitores & vicarii per inquiſitionem legitimam invenimus & per depoſitonem teſtium juratorum in judicio nobis conſtat, ¶ quod in campmaſio & in domo Raymundi de lantario de Rotgeriis prope montem clarum fuerunt hereticati dictus Raymundus & Bernarda uxor ſua, & Petrus & Arnaldus & Bernardus fratres & filii predictorum conjugum, & Guilielmus filius naturalis Petri de lantario per Petrum Auterii hereticum. ¶ Item quod in domo Guilielme bertrice & Hugonis filii ſui fuit hereticata Lombarda mater predicte Guilielme per Petrum Sancii hereticum in infirmitate de qua obiit, & dictus Hugo ſemel fuit hereticatus in eadem domo per Petrum Auterii hereticum in quadam infirmitate de qua convaluit. ¶ Item quod in domo Guilielmi de Clayraco ſenioris de Verlhaco fuit hereticata Raymunda uxor quondam Petri de Clayraco junioris per Petrum Auterii hereticum. ¶ Item quod in domo in qua morabatur Raymunda uxor quondam Dominici de Mazeriis de merlaco materque Guilielmi & Bernardi de Mazeriis de merlaco fratrum fuit hereticata dicta Raymunda per Petrum Auterii & Amelium hereticos in infirmitate de qua obiit. ¶ Item quod in domo in qua Johanna uxor quondam Petri Vaſconis de Aſſo in infirmitate de qua decumbebat & obiit fuit hereticata per Petrum Sancii he-
77. b. reticum. ¶ Item quod in domo & campmaſio hyſpanorum de borno fuit hereticata Moncolina, & Aycelina mater hyſpanorum per Petrum Auterii hereticum & hereticate ibi deceſſerunt. ¶ Item quod in domo Arnoldi Molinerii de bolhaco fuit hereticatus dictus Arnoldus per Petrum Auterii hereticum in infirmitate de qua obiit. ¶ Item quod in domo in qua decumbebat Dulcia uxor quondam Guilielmi de Verduno ſenioris de bolhaco fuit hereticata dicta Dulcia per Petrum Sancii hereticum in infirmitate de qua deceſſit. ¶ Item quod in domo Sancii borrelli de bolhaco fuit hereticata Fabriſſa filia dicti Sancii uxorque quondam Durandi de barrio per Jacobum Auterii in infirmitate de qua deceſſit. ¶ Item quod in domo Petri Gilaberti ſenioris de ferrus fuit hereticata Guilielma uxor ſua per Petrum Sancii hereticum in infirmitate qua deceſſit. ¶ Item quod in domo Raymundi pellicerii de garda ſenioris idem Raymundus fuit hereticatus per Petrum Sancii hereticum. ¶ Item quod in domo Guilielmi de baynaco de lantario fuit hereticata Aycelina uxor ſua in infirmitate de qua obiit per Philippum hereticum ſciente & conſenciente dicto Guilielmo. ¶ Item quod in domo Arnaldi de Artigiis & fratris ſui fuit hereticata Guilielma mater ipſorum uxor quondam Petri de Artigiis per Petrum Sancii hereticum. ¶ Item quod in domo Petri ſicredi ſenioris de ſalyetz prope ſeguer villam fuit hereticatus idem Petrus ſycredi per Petrum Sancii hereticum. ¶ Item quod in domo Sycardi bolha de Verduneto fuit hereticata Raymunda mater ſua & Raymundus Rocatz. ¶ Item quod in domo Petri dons ſenioris de Vite fuit hereticatus idem Petrus per Petrum Auterii hereticum. Nos inquiſitores & vicarii preffati attendentes conſtitutionem apoſtolicam ſuper hoc editam, nec non etiam novitatem temporis & facti enormitatem, habito ſuper hoc cum ſapientibus & peritis conſilio & tractatu, autoritate qua fungimur predictas domos cum ſuis appendiciis pronunciamus in hiis ſcriptis per diffinitivam ſentenciam & mandamus funditus diruendas & ipſarum domorum materiam noſtro arbitrio conburendam ſeu alias piis uſibus aplicandam, ita quod de cetero nulla habitatio ſeu rehedificatio aut clauſio ibi fiat, & loca inhabitabilia & inculta & inclauſa ſemper exiſtant, & ſicut fuerunt receptacula perfidorum ſic ex nunc ſordium perpetuo loca fiant. Quoscunque autem contradictores ſeu rebelles, nec non qui rehedificare ſeu colere aut claudere preſumſerint dicta loca, vel ad hoc preſtiterint ſcienter conſilium vel favorem in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus.

Lata fuit hec ſentencia anno die & loco preffatis, preſentibus & aſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Culpe

Culpe relapſorum.

¶ Petrus Andree oriundus de Verduneto prope ſaxiacum habitator caſtri novi de Arrio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. ydus Julii, anno Domini M°. CCCVII°. item ydibus Junii anno Domini M°. CCCIX°. item anno Domini M°. CCCV°. inditione quarta, IIII° ydus Octobris coram penitenciario domini pape, vidit & receptavit pluries in domo ſua Petrum Auterii & Jacobum Auterii, de quibus audivit quod erant de illis qui vocantur heretici, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & fuerunt ibidem per quasdam perſonas alias quas nominat viſitati. Item in diverſis hoſpiciis & aliis locis que nominat vidit & viſitavit pluries predictos hereticos, & audivit verba & predicationem & doctrinam ipſorum, & vidit multas alias perſonas quas nominat in confeſſionibus ſuis videntes & viſitantes dictos hereticos, & aſſociavit eos aliquando de loco ad locum. Item adoravit dictos hereticos, & recepit benedictionem ab eis pluries & tociens quod de vicibus non recordatur flexis genibus inclinato capite dicendo ter benedicite coram ipſis, & vidit à perſonis aliis quas nominat ſimiliter adorari. Item credidit ſecte hereticorum. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam vitam & bonam ſectam in qua ipſi & credentes ipſorum poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per duos vel tres annos, & poſtea receſſit ab ea, & ivit ad confitendum domino cardinali bituricenſi. Item dedit duos vel tres turonenſes groſſos Martino Franciſci qui erat conſenciens cum hereticis. Predicta conmiſit à duobus annis cum dimidio & ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Predictus Petrus juravit coram penitenciario domini pape parere mandatis eccleſie, & renunciavit & abnegavit & abjuravit omnem pravitatem hereticorum, & fuit abſolutus ab exconmunicationis vinculo per eundem. 78.

¶ Predictus Petrus Andree, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio IIII°. ydus Febroarii anno Domini M°. CCCXI°. poſtquam alias confeſſus fuerat de facto hereſis tam coram penitenciario domini pape quam etiam poſtmodum coram inquiſitore Tholoſano, & abjuravit omnem hereſim coram preffato domino penitenciario in judicio, & ex tunc vidit pluries Petrum Filii de taravello quem ſciebat eſſe credentem hereticorum & fugitivum pro facto hereſis, & fuit pluries loqutus cum eo, & recepit eum in domo ſua, & dedit ſibi quinque turonenſes argenteos, & conceſſit eidem quod reciperet de pannis domus ſue ad jacendum quod & fecit. Item cum dicto Petro Filii vidit quendam alium quem ſciebat eſſe credentem hereticorum. Item cum Guilielmo More de taravello fuit loqutus de facto hereticorum, audiens eos conmendari & vitam & ſectam ipſorum, & audivit ab eodem quod unus ex illis erat in terra iſta quem nominavit ſibi Petrum Sancii de garda, & de quo dixit ſibi quod erat hereticus veſtitus, & rogavit ipſum Petrum Andree quod faceret bonum dicto Petro Sancii de garda, & ipſe reſpondit quod tunc non poterat ſet libenter faceret ſibi bonum quando poſſet. Item quedam mulier de Verduneto que vocatur Bonaſſias petivit ab eo ſi aliquis de illis bonis hominibus per quos intelligebat de hereticis erat in terra iſta qui quidam quem nominat eum quod ſciret hoc à dicto Petro Andree, & ipſe reſpondit dicte mulieri quod audiverat dici quod in terra iſta erant aliqui de hereticis, & poſtea per aliquos dies ipſe fuit loqutus cum dicta muliere que dixit ſibi quod ille homo habebat quendam librum qui erat de facto hereticorum, & deficiebant duo folia de dicto libro, & volebat eum mittere illi heretico ut conpleret eum ſi ſciret vel quod faceret hoc fieri per aliquem qui ſciret cui ipſa reſpondit quod dictus hereticus neſciebat legere neque ſcribere ſicut ipſa credebat, & poſtea per aliquos dies dictus Petrus Andree dixit predicta Guilielmo more, & dictus Guilielmus more reſpondit quod ſciret hoc cum dicto heretico & poſtea loqueretur cum ipſo Petro Andree, & poſtmodum dictus Guilielmus

More petivit ab ipſo dictum librum, & poſtea dictus Petrus Andree habuit dictum librum à dicta muliere & tradidit eum dicto Guilielmo More qui dixit ſibi quod ipſe traderet eum dicto Petro Sancii heretico. Item poſtmodum audivit quod dictus Guilielmus More & Raymundus de morovilla habebant verba inter ſe de dicto libro, & audivit à dicto Raymundo quod ille dominus per quem intellexit de Petro Sancii heretico timebat ſibi quod proderetur cum dicto libro & quod quidam quem nominat miſiſſet dictum librum ad hoc ut ſciret ubi erat dictus hereticus & quod revelaret eum, & tunc dictus Petrus Andree dixit dicto Raymundo quod diceret dicto heretico ex parte ſua quod non oportebat eum timere quia talis quem nominavit ſibi mittebat dictum librum. Item dixit predicte mulieri quando voluit ſe mutare de Verduneto apud Tholoſam quod diceret illi homini qui tradiderat ſibi dictum librum quod poterat confidere de Guilielmo More in dicto facto hereticorum. Item dicta Bonaſſias tradidit ſibi VII. vel IX. turonenſes albos cum dicto libro, & poſtmodum dixit ſibi quod ille dominus qui mittebat dictum librum mittebat etiam dictos turonenſes predicto heretico, & tunc ipſe tradidit valorem dictorum turonenſium predicto Guilielmo More ut traderet illam pecuniam dicto heretico. Item ſcivit & intellexit quod Petrus Filii cum Petro Sancii heretico fuerat in domo quam ipſe Petrus Andree tenebat conductam Tholoſe ubi morabatur dicta Bonaſſias, & audivit à dicto Petro Filii quod minuerat ſibi ibidem, cui reſpondit quod placebat ſibi. Item dictus Petrus Filii dixit ſibi iſto anno in vindemiis quod ille dominus per quem intelligebat de Petro Sancii heretico erat male indutus rogans eum quod daret ſibi aliquam raubam, & poſtmodum ipſe Petrus Andree fecit fieri quandam tunicam ad opus dicti heretici, & tradidit eam dicte Bonaſſyas ut traderet eam Petro Filii pro dicto heretico. Item alia vice dictus Petrus Filii iſto anno rogavit ipſum quod faceret aliquando bonum predicto Petro Sancii heretico, cui reſpondit quod tunc non poterat ſet in ſequenti carniprivio faceret ſibi aliquod bonum, & fuit condictum inter eos tunc quod adduceret dictum Petrum Sancii hereticum apud Tholoſam in ſequenti carniprivio ad domum in qua ipſe Petrus Andree morabatur. Item audivit & intellexit à dicto Petro Filii quod volebat fieri bonus Chriſtianus ſi haberet unde viveret, per quod ipſe intellexit quod volebat fieri hereticus, & promiſit ſibi quod in quocunque ſtatu eſſet provideret ſibi per unum annum. Item quedam perſona infirma rogavit ipſum quod haberet ſibi aliquem de hereticis, & ipſe promiſit ei quod haberet ſi poſſet, & miſit ad quendam hereticum ſet non potuit habere. Item iſto anno quadam vice Petrus Filii miſit ſibi aliquos denarios ut emeret piſces, ut mitteret ſibi ad domum in qua morabatur dicta Bonaſſyas ubi erat tunc quod & fecit, & intellexit & credidit quod illos piſces volebat habere pro Petro Sancii heretico, & eadem die ivit illuc, & tunc intellexit & perpendit quod dictus Petrus Sancii hereticus erat ibi in quadam camera dicte domus quam tenebat conductam ipſe Petrus Andree pro dicta Bonaſſyas que Bonaſſyas erat concubina ſua. Predicta conmiſit à duobus & ab uno anno & à dimidio & à minori tempore citra perſeverando in eis antequam confiteretur judicialiter de premiſſis.

78. b.

¶ Raymundus Sancii, filius quondam Petri Sancii ſenioris de garda viridi folheſii, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Veneris ante feſtum beati Thome apoſtoli, anno Domini M°. CCCV°. audivit pluries conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum à Petro Sancii fratre ſuo. Item poſtmodum vidit & recepit in domo ſua & fratrum ſuorum pluries Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium ejus & Amelium hereticos ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & ſteterunt ibi multis diebus per vices dicti heretici aliquando unus aliquando duo comedendo & bibendo de bonis domus ſue, & audivit multociens verba & predicationem hereticorum cum aliis perſonis. Item adoravit hereticos aliquociens flexis genibus junctis manibus inclinando ſe tribus vicibus coram eis benedictionem eorum petendo & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis perſonis ſimiliter adorari. Item ſemel ſalutavit eos modo hereticali dicen-

cendo benedicite. Item vidit in domo Bernardi beleti Tholoſe Petrum Raymundi de ſancto papulo & Philippum hereticos, & ſcivit ipſos eſſe tales. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & quod ſecta eorum erat bona, & fuit in illa credencia per x. menſes. Predicta conmiſit à duobus annis & ab uno & à dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Juravit parere mandatis eccleſie & abjuravit omnem hereſim, & fuit reconciliatus anno & die predictis.

¶ Predictus Raymundus Sancii, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Kalendis Aprilis anno Domini M°. cccxii°. poſtquam alias confeſſus fuerat de facto hereſis & omnem hereſim abjuraverat in judicio & fuerat reconciliatus, ex tunc in infirmitate de qua obiit Raymundus Gach rogatus & requiſitus per Raymundam Granetam ſororem dicti Raymundi Gach, quod quereret & adduceret aliquem de hereticis pro dicto infirmo qui volebat recipi ad ſectam & ad ordinem hereticorum, tractavit cum aliquibus perſonis quas nominat quomodo poſſet haberi hereticus pro dicto infirmo, & queſivit & invenit Petrum Auterii hereticum, & adduxit dictum hereticum de garda de quadam borda ſua in qua jacuit dictus hereticus usque Tholoſam ad dictum infirmum. Item alia vice ivit apud bolhacum ad querendum Petrum Sancii fratrem ſuum quem tunc ſciebat pro hereſi fugitivum, & ibidem loqutus eſt cum ipſo, & inter cetera dixit ſibi quod ipſe Raymundus & Vitalis frater ſuus & uxores eorum erant confeſſi inquiſitoribus de hereſi & quod nominaverant ipſum, & quod inquiſitores multum deſiderabant habere dictum Petrum Sancii, & incantavit eum quod caveret ſibi ne caperetur per inquiſitores. Item poſt predicta alia vice vidit dictum Petrum Sancii in quodam loco, quem nominat, cum quodam alio, ſcilicet Guilielmo porcelli qui tenebat in domo ſua dictum Petrum Sancii & fuit loqutus ibidem cum eo, & tunc erat fama conmunis in garda & in vicinia quod dictus Petrus Sancii erat hereticus, & ipſe Raymundus reputabat & credebat dictum Petrum Sancii eſſe hereticum. Item illo tempore quo duxit Petrum Auterii ad Raymundum Gach infirmum ſicut dictum eſt ſupra, tunc credebat dictum hereticum & alios de ſecta ſua eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari. 79.

¶ Raymunda uxor Bernardi de lantario de Rotgeriis prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, filiaque Johannis de Campmaſio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, die Lune in feſto beati Saturnini anno Domini M°. cccv°. vidit in domo in qua morabatur cum marito ſuo predicto & Raymundo de lantario ſocero ſuo quendam hereticum qui vocabatur Petrus, de quo ibidem audivit & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici, & ſtetit ibi dictus hereticus per unam ſeptimanam, & audivit cum aliis perſonis quas nominat verba & predicationem dicti heretici contra fidem eccleſie Romane expreſſe, & adoravit dictum hereticum flexis genibus junctis manibus ter petendo benedictionem ab eo & dicendo ter benedicite, & vidit ab aliis perſonis ſimiliter adorari. Predicta conmiſit infra dimidium annum antequam confiteretur judicialiter de predictis, & dicta Raymunda abjurata omni hereſi in judicio coram tenente locum inquiſitoris & notario & teſtibus ibidem preſentibus fuit reconciliata.

¶ Predicta Raymunda, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio v°. ydus Marcii anno Domini M°. cccx°. poſtquam confeſſa fuerat de predictis & reconciliata, & poſtquam abjuraverat omnem hereſim in judicio, ex tunc vidit Petrum Auterii hereticum in eadem domo, & vidit & ſcivit quod dictus hereticus hereticavit Bernardum de lantario maritum ſuum predictum, & vidit modum hereticationis, & poſtmodum vidit & ſcivit dictum maritum ſuum hereticum ſervantem & tenentem illa que Petrus Auterii hereticus inpoſuerat ſibi. Item poſtmodum alia vice dicta Raymunda viſitavit predictum Petrum Auterii hereticum in domo Guilielme bertrice apud Marnhacum, & portavit ad opus dicti heretici aliquam quantitatem farine. Item poſt predicta audivit & ſcivit Petrum Sancii quem ſciebat eſſe hereticum eſſe in domo Raymundi bertrici, & ivit ad dictum hereticum, & fuit loquta cum eo in quodam ſolario, & tradidit ſibi tres ſolidorum regalium

quos maritus suus legaverat Petro Auterii heretico, sicut ipsa audiverat dici à Raymundo bertrici qui interfuerat hereticationi dicti mariti sui. Item audivit dici a marito suo quod Raymundus de lantario socer suus & Bernarda socrus sua fuerunt hereticati per Petrum Auterii hereticum predictum. Item audivit à marito suo quod Arnaldus de lantario & Petrus de lantario fratres dicti mariti sui fuerunt hereticati per Petrum Auterii hereticum predictum in infirmitate de qua obierunt. Item celavit predicta & negavit veritatem de predictis alias in judicio requisita coram inquisitore Tholosano. Item credidit hereticos esse bonos homines & habere bonam fidem in qua homo posset salvari, & fuit in illa credencia per duos annos cum dimidio. Predicta conmisit post heresim à se in judicio abjuratam à IIII^{or} annis & à tribus & à duobus annis citra antequam confiteretur in judicio de predictis.

¶ Johanna uxor Arnaldi de lantario de Rotgeriis prope montem clarum dyocesis Caturcensis, que fuit oriunda de podio celsi filiaque Hugonis brossonis in parochia de Capella dyocesis Albiensis, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem in judicio factam, die Lune in festo beati Saturnini anno Domini M°. CCCV°. audivit conmendari sibi hereticos & vitam & sectam ipsorum à Martino Franciſci & à Bernarda socru sua, & postmodum vidit in domo in qua morabatur apud Rotgerias cum marito suo & socero suo & socru sua Petrum & Amelium & Jacobum filium dicti Petri hereticos, non simul set modo duos aliquando alios duos aliquando unum solum, & scivit ipsos esse de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem & errores ipsorum expresse contra fidem ecclesie Romane, & adoravit eos petendo benedictionem eorum flexis genibus & junctis manibus dicendo ter benedicite & vidit ab aliis personis quas nominat similiter adorari, & hoc fecit pluries, & steterunt dicti heretici ibidem aliquibus diebus & noctibus, ubi fuerunt visitati per aliquas personas quas nominat. Item audivit à Martino Franciſci & à Guilielma uxore Guilielmi espanhol de borno quod uxor dicti Martini fuerat hereticata in fine & recepit à dicto Martino anulum de quo audivit ab eodem Martino quod fuerat dicte uxoris hereticate. Predicta conmisit à duobus & ab uno & dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & ibidem abjuravit heresim in judicio coram tenente locum inquisitoris presente Notario & testibus, & fuit reconciliata.

¶ Predicta Johanna, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, V°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCCIX°. postquam confessa fue-
79. b. rat de heresi prima vice & postquam heresim abjuraverat in judicio & fuerat reconsiliata, ex tunc scivit quod in infirmitate de qua obiit Raymundus de lantario socer suus fuit adductus Petrus Auterii hereticus ad hereticandum dictum infirmum per Bernardum & Petrum de lantario fratres & filios dicti Raymundi & hoc scivit quod dicti duo Bernardus & Petrus venerunt ad ipsam que tunc erat in lecto de nocte & dixerunt sibi si volebat videre Petrum Auterii hereticum qui erat ibi scilicet in camera in qua jacebat dictus infirmus, set ipsa non ivit ad videndum eum, & audivit ab eisdem post quod tunc predictus hereticus hereticaverat dictum Raymundum patrem ipsorum, & hoc fuit in quadragesima inmediate sequenti postquam dicta Johanna fuerat confessa de heresi & abjuraverat eam in precedenti festo sancti Saturnini eodem anno. Item post eodem anno de qua obiit Bernarda socrus sua dicta Johanna vidit Petrum Auterii hereticum quem antea sciebat esse hereticum in camera coram dicta infirma in camera in qua jacebat dicta infirma cum aliis personis quas nominat, & audivit postea à Petro de lantario filio dicte Bernarde & à Finas filia dicte Bernarde uxore Raymundi bertrici quod predictus hereticus hereticaverat tunc dictam Bernardam. Item post predicta per duos annos in quadragesima in infirmitate illa de qua Arnaldus de lantario maritus suus obiit fuit adductus Petrus Auterii hereticus per Bernardum de lantario fratrem dicti mariti sui ad dictum infirmum ipsa presente que vidit dictum hereticum, & tunc ipsa exivit cameram, & post aliquam pausam rediit, & tunc recesserat inde hereticus, & credidit ipsa & adhuc credit quod dictus maritus suus fuerit hereticatus per dictum hereticum, qui maritus

suus

ſuus ex tunc non comedit ſet bibebat aquam cum zucara quam ipſa miniſtrabat ſibi, & quando miniſtrabat ipſa dicebat pater noſter. Item eodem anno & in eadem quadrageſima Petrus de lantario frater dicti mariti ſui fuit infirmus infirmitate de qua obiit, & Finas ſoror dicti Petri dixit eidem Johanne quod in precedenti nocte predictus Petrus Auterii hereticus fuerat ibi & hereticaverat predictum Petrum infirmum qui in ſequenti die vel in craſtino mortuus fuit. Item eodem anno & in eadem quadrageſima Bernardus de lantario frater mariti ſui fuit infirmus infirmitate de qua obiit, & Raymundus bertrici adduxit ad dictum infirmum hereticandum Petrum Auterii hereticum predictum, ſicut audivit ipſa Johanna à Raymundo bertrici predicto illo ſero quo adduxit dictum hereticum vel ſequenti die, ſet ipſa non vidit tunc hereticum. Item predicta celavit & negavit in judicio conſtituta coram inquiſitore Tholoſano apud villam murum & etiam Tholoſe quamvis recordaretur de predictis, ſicut poſtmodum in judicio recognovit. Predicta conmiſit poſt hereſim in judicio abjuratam à ſe, à IIII^{or} annis & à duobus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

¶ Finas uxor Raymundi bertrici de Rabinia prope montem clarum filiaque Raymundi de lantario de Rotgeriis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Mercurii poſt feſtum beate Lucie anno Domini M°. CCCV°. audivit conmendari ſibi primo vitam & factum hereticorum à Raymundo de lantario patre ſuo qui vocabat eos bonos homines, & oſtendit ſibi dictus pater ſuus duos ex illis in domo ſua in quodam ſolario quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius, de quibus dixit ſibi pater ſuus predictus quod non audebant ire nec ſtare manifeſte quia erant perſequti per inquiſitores, & ibidem quando receſſit ab eis edocta per dictum Amelium adoravit eos flectendo genua ter junctis manibus coram ipſis dicendo qualibet vice benedicite. Item poſt viderat dictos duos homines & adoraverat eos, ex tunc dictus pater ſuus conmendavit eos ſibi, inducendo eam quod vellet eis credere, & dixit ſibi quod erant perſequti per inquiſitores, qui vocabant eos hereticos. Item credidit dictos homines eſſe bonos & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, quamvis audiviſſet quod erant de illis qui vocantur heretici, & fuit in tali credencia per duos annos, & erat in dicta credencia quando prima vice venit Tholoſam ad confitendum judicialiter de predictis, & tunc receſſit à dicta credencia. Predicta conmiſit à duobus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, juravitque parere mandatis eccleſie & abjuravit omnem hereſim.

¶ Predicta Finas, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. ydus Marcii anno Domini M°. CCCIX°. poſtquam alias confeſſa fuerat de hereſi & abjuraverat hereſim in judicio, ex tunc recepit & tenuit in domo ſua & mariti ſui Petrum Sancii hereticum ſciens ipſum eſſe talem, & ſtetit ibi per VIII° dies vel circa, & miniſtravit ſibi ignem & aquam, & audivit verba & admoniciones ipſius. Item poſtmodum recepit & tenuit in eadem domo cum marito ſuo Petrum Auterii hereticum ſciens ipſum eſſe talem, quem alias viderat & adoraverat, & ſtetit ibi per VII. dies vel circa comedendo & bibendo & jacendo & ipſa & maritus ſuus ſerviebant ſibi aliquando, & tunc ipſa audivit & ſcivit quod venerat illuc ad recipiendum ad ſectam & ordinem ſuum Petrum de lantario fratrem ipſius fine tunc infirmum. Item expectavit ibidem dictus hereticus aliquibus diebus ad recipiendum ad ſectam & ordinem ſuum Bernardum de lantario fratrem dicte Fine, qui tunc inceperat infirmari donec propinquavit ad finem & tunc hereticavit eum. Item poſtmodum iſto anno quo fecit confeſſionem ſuam dicta Finas recepit & tenuit in domo ſua & mariti ſui tempore paſchali Petrum Sancii hereticum predictum, & ſtetit ibi dictus hereticus aliquibus ſeptimanis comedendo & bibendo & jacendo, & audivit verba & moniciones dicti heretici & ſervivit ſibi aliquando, & fuit ibi per aliquos credentes hereticorum quos nominat viſitatus. Item Sancius Mercaderii de borno venit & viſitavit ibidem dictum hereticum, & audivit tunc quod dictus Sancius erat factus hereticus. Item in illo tempore ſcivit predicta Finas quod dictus hereticus ivit ad hereticandum 80.

Lombardam ſocrum ſuam, & quando receſſit inde ſalutavit eum flexis genibus & junctis manibus. Item ſcivit quod dictus hereticus qum ultimo receſſit de domo ſua ivit ad domum Guilielme bertrice ſororie ſue, ubi ſtetit uſque prope ſequens feſtum aſſumptionis beate Marie & ubi ipſa viſitavit eum ſemel & portavit ſibi agreſtam & VIII°. ſolidorum regalium quos maritus ſuus debebat ei. Item in iſto anno menſe Auguſti quando nuncii domini inquiſitoris venerunt ad querendum & capiendum dictum hereticum ad domum ipſius, ipſa celavit & noluit indicare nec revelare dictum hereticum ubi erat, cum tamen hereticus tunc poſſet haberi & inveniri ibi prope in domo dicte Guilielme bertrice. Item audivit & ſcivit quod Raymundus de lantario pater ſuus & Bernarda mater ſua fuerant hereticati in infirmitate in fine ſuo, & de hoc celavit & negavit veritatem coram domino inquiſitore in judicio conſtituta apud villam murum. Item audivit aliquas perſonas quas nominat fuiſſe hereticatas. Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per IIII^or annos vel circa. Predicta conmiſit à IIII^or annis à tribus à duobus ab uno & à dimidio citra antequam conſiteretur ultima vice judicialiter de predictis. Item celavit & negavit ſepius veritatem de predictis in judicio contra proprium juramentum, nec voluit conſiteri donec fuit capta duabus vicibus & detenta & per alios detecta.

Sentencia relapſorum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Qum nos preffati inquiſitores & vicarii domini epiſcopi Tholoſani, & Guilielmus de ſancto Amancio officialis Caturcenſis & archipresbyter podii celſi pro domino epiſcopo Caturcenſi, & Bernardus de Verrano officialis lectorenſis Vicarii ac conmiſſarii ſupradicti per confeſſiones veſtras in judicio legitime receptas invenimus ac in judicio nobis conſtat ¶ quod tu Petre Andree de Verduneto, ¶ & tu Raymunde Sancii de garda, ¶ tu Raymunda uxor quondam Bernardi de lantario, ¶ & tu Johanna uxor quondam Arnaldi de lantario de Rotgeriis, ¶ & tu Finas uxor Raymundi bertrici de larabinia filiaque quondam Raymundi de lantario prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, omnes Vos ſuperius nominati & nominate, poſt hereſim à vobis in judicio abjuratam, tanquam canis ad vomitum redeuntes, culpis veteribus novas addere non verendo nec divinum judicium metuendo in abjuratam prius hereſim in judicio eſtis relapſi, per hoc vos falſo & ficte converſos & inpenitentes ac perjuros, & de tam enormi crimi-
80. b. ne manifeſte vos incorrigibiles oſtendendo, nec non omni gratia & miſericordia & audiencia tanquam relapſi in abjuratam hereſim feceritis vos indignos, ita quod promiſſionibus & juramentis veſtris nulla ſit fides penitus de cetero adhybenda. Ideo nos preffati inquiſitores & vicarii communicato & habito conſilio multorum bonorum virorum peritorum tam in jure canonico quam civili & religioſorum plurium diſcretorum, Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos preſentes in hac die preſenti coram nobis ad audiendam diffinitivam ſententiam perhemptorie aſſignata dicimus & per ſententiam diffinitivam in hiis ſcriptis pronunciamus & declaramus vos eſſe relapſos in hereſim in judicio abjuratam. Et cum eccleſia ultra non habeat quid faciat pro veſtris demeritis contra vos; Ideo in hiis & cum hiis ſcriptis vos relinquimus brachio & curie ſeculari, ſalvo vobis & retento quod ſi digne penitueritis vobis penitentibus ſacramentum penitencie & heuchariſtie non negamus.

Lata fuit hec ſentencia anno die & loco predictis, preſentibus & aſſiſtentibus quibus ſupra.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis preſens interfui & recepi, & manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Sen-

Sentencia condempnationis fugitivorum pro hereſi.

IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, amen. Quoniam Guilielmus Guidonis & Vitalis Guidonis fratres & filii Guilielmi Guidonis ſenioris de garda, item quod Vitalis Sancii de garda, item quod Petrus Filii de taravello, & Petrus boneti qui alias cognominatur boerii de eodem loco, dudum de hereſi diffamati ac vehementer ſuſpecti, nec non predictus Vitalis Sancii & Petrus Filii ac Petrus boerii confeſſi de hereſi poſtmodum aufugerunt & contumaciter ſe abſentaverunt, citati poſtmodum canonice & perhemptorie non comparuerunt certis diebus & locis, nec etiam poſtmodum diutius expectati tandem ipſorum contumacia exigente fuerunt exconmunicati & publice denunciati, quam exconmunicationem per annum & amplius & aliqui ex ipſis per duos annos ſuſtinuerunt animo pertinaci, demum verò citati canonice & perhemptorie cum publicis edictis factis in eccleſiis parochialibus eorundem ut comparerent certis diebus & locis diffinitivam ſententiam audituri prout premiſſa continentur plenius in proceſſibus inde factis. Idcirco nos inquiſitores & vicarii predicti ſedentes pro tribunali ſacroſanctis euangeliis Jeſu Chriſti poſitis coram nobis, ut de vultu divino noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, hac die & loco ſibi ad diffinitivam ſententiam audiendam perhemptorie aſſignatis, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen, predictos Guilielmum Guidonis Vitalem Guidonis fratres, Vitalem Sancii Petrum Filii & Petrum boneti, quamvis abſentes per contumaciam, tanquam hereticos in hiis ſcriptis pronunciamus & declaramus ac ſententialiter condempnamus.

Lata fuit hec ſententia anno die & loco predictis, preſentibus & aſſiſtentibus quibus ſupra in principio.

Et ego Petrus de Claveriis publicus Tholoſe notarius juraiuſque officii inquiſitionis preſens interfui omnibus graciis factis ſententciis latis penitenciis inpoſitis & injunctis & omnibus actis in iſto precedenti ſermone inquiſitorum & vicariorum ſuperius nominatorum facto in eccleſia ſancti Stephani Tholoſe nono Kalendas Maji in feſto ſancti Georgii quod fuit in dominica, anno Domini M°. CCCXII. *pretaxato. Et de mandato religioſi viri fratris Bernardi Guidonis inquiſitoris Tholoſani ſuperius nominati hic ſcripſi & manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anycio dyoceſis Albienſis notarius officii inquiſitionis preſens interfui omnibus premiſſis graciis factis ſententciis latis & penitencus inpoſitis & injunctis & omnibus aliis actis in precedente ſermone dominorum inquiſitorum & vicariorum ſuperius nominatorum facto in eccleſia ſancti Stephani Tholoſe nono Kalendas Maji in feſto ſancti Georgii quod fuit in dominica, anno Domini M°. CCC°. XII. *& premiſſa ex officio notarii & de mandato religioſi viri fratris Bernardi Guidonis inquiſitoris Tholoſani recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

Sermo. 81.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno ejuſdem Domini benedicti M°. CCCXII°. pridie Kalendas Maji dominica ante aſcenſionem Domini in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe, fuerunt educti de muro cum crucibus & peregrinationibus & aliis generalibus qui ſequntur & inpoſite penitencie per fratrem Bernardum Guidonis inquiſitorem Tholoſanum una cum venerabilibus viris Petro de lacu officiali Tholoſano & Barravo de peryſſaco vicario domini Galhardi epiſcopi Tholoſani.

Ad

Ad graciam de crucibus.

¶ Guilielma uxor Bernardi viu de blat alias cognominati de la gacha de Verlhaco filiaque quondam Baranhone de ſancto Sulpicio & conpleat peregrinationes & viſitationes eccleſiarum Tholoſe & alia generalia contenta in literis penitencie ſue.

Educti de muro.

¶ Yſarnus bolha filius Petri bolha † cum omnibus peregrinationibus minoribus & ſanctum Jacobum de compoſtella & viſitationes eccleſiarum Tholoſe.

¶ Sicardus bolha filius quondam Gitberti bolha de Verduneto † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe & ſanctum Jacobum de Conpoſtella.

¶ Guilielma uxor Sicardi bolha predicti † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Petrus bolha ſenior de Verduneto † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Guilielmus bolha filius Bernardi bolha ſenioris † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe & ſanctum Jacobum.

¶ Stephanus bolha filius B^{i}. bolha ſenioris † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe & ſanctum Jacobum.

¶ Bernarda bolha uxor B^{i}. bolha † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Johannes bernerii
¶ Arnaldus bernerii
¶ Bernardus bernerii
¶ Yſarnus bernerii

} fratres, & filii quondam Raymundi bernerii & Johanne bernerie de Verduneto † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe & ſanctum Jacobum de conpoſtella.

¶ Raymundus florencii de Verduneto † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Guilielmus de monte caprario de ſancto Sulpicio ‡ cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Geraldus Yſarni de villa muro † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Alexia uxor Stephani de prato de Tholoſa filiaque quondam Blanche de ferrus † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe.

¶ Guilielmus de Clayraco junior filius quondam Guilielmi de Clayraco ſenioris de Verlhaco † cum peregrinationibus minoribus & viſitationibus eccleſiarum Tholoſe. Retenta nobis ac noſtris in hoc officio ſucceſſoribus poteſtate in predictis omnibus & ſingulis addendi & diminuendi & remittendi, nec non reducendi ad murum omnes predictos & ſingulos etiam ſine nova cauſa ſi nobis vel eis viſum fuerit expedire.

81. b. ¶ Johanna filia quondam Vitalis de proaudo qui conſuevit morari apud bellum montem, & dicta Johanna fuit nutrita Tholoſe neptis Martini de proaudo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie ydus Febroarii, anno Domini M°. CCCVII°. vidit in domo Raymundi gach cum quo morabatur puella quaſi pro ancilla quasdam perſonas quas in confeſſione ſua nominat multociens que conveniebant ad loquendum ibidem ad partem ſine ipſa que tunc erat puella, & de aliquibus ipſarum poſtmodum audivit dici quod ſciebant de facto hereſis, & ſpecialiter audivit hoc de dicto Raymundo gach. Item vidit in dicto hoſpicio Petrum Auterii tribus vicibus, & cenavit ibi & jacuit una nocte. Item vidit ibi Jacobum Auterii filium dicti Petri Auterii duabus vicibus, & quando erant ibi dictus Petrus Auterii & dictus Jacobus predictus Raymundus gach &

Gui-

Guilielma uxor ſua loquebantur cum eis ad partem & ipſa neſciebat quid faciebant vel dicebant. Interrogata de dicto Petro Auterii & Jacobo filio ſuo ſi ſcivit vel audivit dici quod eſſent heretici, reſpondit quod non primo, ſet poſt per aliquod tempus audivit dici quod erant heretici, & ex tunc non vidit eos. Predicta celavit ex quo audivit dici quod erant heretici per duos annos vel circa, nec venit ad confitendum donec fuit vocata.

Penitencia peregrinationis.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Nos frater Bernardus Guidonis ordinis fratrum predicatorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatus, & Petrus de lacu officialis Tholoſanus & Barravus de peryſſaco vicarii reverendi in Chriſto patris domini Galhardi Dei gratia epiſcopi Tholoſani, quia legitime nobis conſtat quod tu Johanna filia quondam Vitalis de proaudo, qui conſuevit morari apud bellum montem & tu moraris Tholoſe, tam graviter in facto dampnato hereſis deliquiſti, ſicut lectum & recitatum eſt ibi intelligibiliter in vulgari, nunc abjurata prorſus coram nobis in judicio omni heretica pravitate abſolvimus te ſecundum formam eccleſie à ſentencia exconmunicationis, ſi tamen ad unitatem eccleſie de corde bono & fide non ficta redieris & injuncta tibi mandata ſervaveris. Et quia in Deum & ſanctam eccleſiam predictis modis temere deliquiſti, tibi conparenti hac die coram nobis ad recipiendum penitenciam, ſuper conmiſſis inponimus & injungimus pro penitencia & nomine penitencie tibi Johanne predicte, quia poſtquam audiviſti dici quod Petrus Auterii & Jacobus filius ejus erant de illis qui vocantur heretici non revelaſti inquiſitoribus quod ipſos videras in domo dicti Raymundi Gach cum quo morabaris, nec veniſti ad confitendum donec fuiſti vocata & per aliquos alios nominata coram nobis quod vadas apud rupem amatoris ad podium beate Marie, parcentes tibi Johanne à penitencia confuſibili ampliori ratione etatis in qua tunc eras. Retenta nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus poteſtate augendi minuendi conmutandi ſeu etiam remittendi predictam penitenciam, ſi nobis vel eis viſum fuerit expedire.

Data fuit hec penitencia anno die & loco preffatis preſentibus & aſſiſtentibus quibus infra.

Sentencia Petri Yſabe relapſi defuncti.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Qum Petrus Yſabe de Verduneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. nonas Aprilis, anno Domini M°. CCCXI°. poſtquam alias confeſſus fuerat de facto hereſis & abjuraverat omnem hereſim in judicio & fuerat reconſiliatus, ex tunc vidit & recepit & tenuit in domo ſua duos hereticos, ſcilicet Raymundum fabri & Philippum ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & audivit verba & predicationem ipſorum, & jacuerunt ibi una nocte ſimul, & poſt alia vice dictus Raymundus fabri hereticus ſtetit ibi per tres ſeptimanas & amplius ipſo Petro Yſabe 82.
ſciente & conſentiente. Item ſcivit aliquas alias perſonas quas nominat que ſciebant dictos hereticos ibi eſſe & conſenciebant in facto ipſorum. Item predictus Petrus Yſabe poſtquam fuerat ſentencialiter inmuratus pro hiis que conmiſerat pro hereſi ante relapſum fregit carcerem & aufugit de muro, & ſtetit in fuga per annum & amplius, poſtmodum vero in fuga exiſtens fuit captus & ad murum reductus, ubi obiit nulla ſibi adhuc penitencia injuncta ſeu inpoſita pro predictis que conmiſerat in relapſu. Ideo nos preffati inquiſitor & vicarii, cum iſtud crimen tam deteſtabile nephandum propter ſui inmanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis vindicetur, non obſtante quod dicto Petro Yſabe vivente interveniente ipſius morte per ſenteniam non extitit declaratum ipſum eſſe relinquendum judicioſeculari tanquam relapſum in hereſim in judicio abjuratam, eundem Petrum

Yſabe ſedentes pro tribunali ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis hac die & loco, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti amen, per diffinitivam ſententiam in hiis ſcriptis declaramus & pronunciamus relinquendum fore, ſi viveret, judicio & curie ſeculari.

Acta fuerunt predicta anno die & loco in principio predictis, per inquiſitorem & vicarios preffatos preſentibus & aſſiſtentibus domino Amelio dé lautrico canonico eccleſie ſancti Stephani Tholoſe archidiacono leſatenſi, domino Sicardo froterii canonico eccleſie ſancti Stephani Tholoſe priore inſule, magiſtro Hugone de caravello magiſtro Guilielmo de ſamatre judice domini epiſcopi Tholoſani, domino Bernardo de caſis procuratore domini epiſcopi Tholoſani domino Adzemario de plazano canonico ſancti Gaudencii, domino Amaluino de ſeſcariis theſaurariis preffati domini epiſcopi, domino Bermondo Petri priore de ſancto Martorio, magiſtro Garnerio procuratore domini regis, magiſtro Vitale de ſancto Leone, Hugone Stephani conſule Tholoſe, Vitale Geraldi, Raymundo fabri, Arnaldo de linariis, religioſis viris fratre Raymundo de jumato, fratre Petro bruni, fratre Bernardo de Calmetis, fratre Bernardo de monte alto, fratre Raymundo Arnaldi de Villario ordinis predicatorum, nec non alia multitudine copioſa religioſorum clericorum & laycorum in dicta eccleſia preſentium & aſiſtentium.

Et me Petro de Claveriis publico Tholoſe notario & jurato officii inquiſitionis, qui preſens interfui & de mandato prefati domini inquiſitoris hic ſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anycio dyoceſis Albienſis notarius officii inquiſitionis preſens interfui & ex officio notarii & de mandato prefati religioſi viri fratris Bernardi Guidonis inquiſitoris Tholoſani recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (L.S)

Sentencia contra Petrum Raymundi de Hugonibus.

82. b. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Nos frater Raymundus de jumato ordinis fratrum predicatorum tenens locum religioſi virifratris B^{i} Guidonis ejusdem ordinis inquiſitoris heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apoſtolica deputati à Tholoſa abſentis, & Arnaldus de Villario canonicus in eccleſia caturcenſi, & Barravus de perhyſſaco canonicus baſatenſis tenentes locum in hac parte reverendi in Chriſto patris domini Galhardi divina providencia epiſcopi Tholoſani. Qum legitime ac evidenter & in judicio nobis conſtat, quod tu Petre Raymunde de hugonibus filius quondam Raymundi de hugonibus habitator Tholoſe oriundus de hugonibus prope caravellum, poſtquam olim confeſſus fueras de hiis que conmiſeras in hereſi, receptando hereticos, aſſociando eos de loco ad locum pluries, & modo hereticali adorando, & audiendo predicationem & doctrinam peſtiferam eorundem, & credendo eorum erroribus, & alia conmittendo que in confeſſione tua lacius continentur, & de hiis fueras punitus, & penitenciam receperas, & correctionem promiſeras & emendam, & hereſim abjuraveras in judicio, prout nobis conſtat per confeſſionem tuam factam in judicio, & per proceſſus & acta inquiſitionis; ex tunc ſicut canis rediens ad vomitum culpis veteribus novas ſuperaddere non verendo, & divinum judicium minime formidando rediſti, ſi tamen unquam ex corde receſſiſti, in hereſim abjuratam, quam hereſim coram nobis tu ipſe confeſſus es, ac etiam profiteris tam impie quam nephande, tu enim dixiſti & aſſeruiſti, ac dicis & aſſeris pertinaciter coram nobis in judicio te credere & tenere errores pariter & horrores qui ſequntur. ¶ Videlicet quod matrimonium carnale inter virum & mulierem non eſt verum matrimonium, nec bonum nec licitum, nec Deus ipſum inſtituit, & quoddam aſſeris aliud ſpirituale matrimonium, ſicut ab hereticis didiciſti. ¶ Item quod baptiſmus factus in aqua materiali, prout Romana eccleſia facit & tenet ac docet, penitus nichil valet. ¶ Item quod in ſacramento altaris non eſt verum corpus Chriſti, ſet tantummodo purus panis. ¶ Item quod non erit reſurrectio corporum

rum humanorum, nec in judicio aliquis reſurget cum corpore ſuo viſibili & materiali. ¶ Item quod Deus benignus fecit omnia inviſibilia & incorruptibilia, & quod malus princeps, ſcilicet lucifer, fecit omnia viſibilia & corruptibilia ac etiam humana corpora. ¶ Item quod confeſſio facta ſacerdotibus eccleſie Romane & abſolutio facta per eosdem confitentibus penitus nichil valet. ¶ Item quod omne juramentum ſive pro vero ſive pro falſo eſt peccatum & illicitum, & tu ipſe requiſitus à nobis in judicio pluries jurare noluiſti & pertinaciter jurare recuſas. ¶ Item quod ſignaculum ſancte crucis nichil valet, nec eodem ſignaculo te vis ſignare, ſet omnino renuis & recuſas. ¶ Item Petrum Auterii quondam hereticum publicum per judicium eccleſie condempnatum, & per ſecularem curiam igni traditum & conbuſtum, ac omnes alios ſocios ſuos tenentes ſectam & fidem ejusdem Petri heretici, bonos homines & bonos Chriſtianos dicis & aſſeris, & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua tu dicis te velle vivere atque mori, omnes vero alios qui non tenent fidem dicti Petri Auterii, & qui tenent fidem Romane eccleſie, dicis & aſſeris non tenere viam ſalvationis & ſalutis, dictumque Petrum Auterii hereticum dicis te credere eſſe ſalvum. ¶ Item ſacramentum extreme unctionis negas & dicis nichil valere ad ſalutem. ¶ Item ſacramentum incarnationis filii Dei impie blaſfemando dicis & aſſeveras Deum nunquam intraſſe in uterum beate Marie virginis, & quod ille tantum eſt mater & frater & ſoror Dei, qui ſervat mandata Dei patris. ¶ Item tu ipſe vitam corporalem voluntarie tibi ſubtrahis & mortem tibi infligis, quia poſuiſti te in illa abſtinentia quam heretici vocant enduram, in qua endura jam per ſex dies ſine cibo & potu ſtetiſti, nec voluiſti comedere, nec adhuc vis, quamvis pluries fueris invitatus, & ſic ad mortem eternam properas cum dampnatis. ¶ Item dixiſti, quod ſi poſſes habere copiam Petri Sancii publici heretici vel alicujus alterius de ſecta ejus, quod volebas recipi ad ordinem & ſectam ipſorum ſecundum modum & ritum eorum, quem ſancta Romana eccleſia tanquam dampnabilem & peſtiferam aſſerit & condempnat. ¶ Item dixiſti & aſſeruiſti multociens, & adhuc aſſeris coram nobis, quod à dicta fide immo verius perfidia non vis unquam recedere, ſet in ea vis perſeverare vivere atque mori.

¶ Hos & alios errores pariter & horrores ac tantam perfidiam, quam coram nobis inpudenter confeſſus es, & pertinaciter confiteris, noluiſti revocare nec ab eis recedere, ſet in tua perfidia perſiſtis animo indurato, quamvis pluries & per plures bonos viros religioſos & alios de tua ſalute fueris admonitus & ad confeſſionem & penitenciam ſepius invitatus, & tandem à nobis primo ſecundo ac tercio canonice & perhemptorie fueris requiſitus. Et ideo nos prefati tenentes locum inquiſitoris ac domini epiſcopi predictorum Dominum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali te Petrum Raymundi preſentem coram nobis in hac die & loco tibi perhemptorie aſſignatis ad audiendam finitivam ſententiam, habito prius multorum bonorum virorum peritorum in jure ac religioſorum conſilio, ne tanquam ovis morbida gregis dominici inficias oves ſanas, in hiis ſcriptis publicum hereticum, ac etiam relapſum in hereſim, à te prius in judicio abjuratam, pronunciamus & declaramus & ſententialiter diffinimus. Et quia ſancta mater eccleſia non habet amplius quid faciat contra te pro tuis demeritis, in hiis & cum hiis ſcriptis te relinquimus curie & brachio ſeculari. 83.

¶ Lata fuit hec ſentencia in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe, die Jovis in vigilia beati Mathei apoſtoli & euangeliſte, ſcilicet XII°. Kalendas Octobris, anno Domini M°. CCC°. XIII°. in ſermone publico clero & populo convocato & congregato in multitudine copioſa, preſentibus & aſſiſtentibus domino Sycardo de Vauro canonico Narbonenſi & Albienſi & auditore ſacri palacii, domino Senhorio de rupe forti canonico ſancti capraſii agennenſi, domino Petro de ſerveria profeſſore utriusque juris canonico & archidiachono in eccleſia Albienſi, dominis de Lautrico & Berengario feda canonicis ſancti Stephani Tholoſe, domino Guilielmo de Molanis profeſſore legum judice ordinario Tholoſe domini regis, ac dominis Jo-

hanne de arpadella & Guilielmo ſeguerii profeſſoribus legum, domino Hugone de carrollis juris perito, domino Adzemario de planhano canonico ſancti Gaudencii, Guilielmo de ſamatre tenente locum officialis Tholoſe, Guilielmo Raymundi de anhanis rectore eccleſie ſancti Jorii, Galhardo de viridi folio rectore eccleſie de lagaſconia, Johanne floquerii rectore de graſato, Petro Filii rectore de andofila, ac diſcretis viris dominis Bernardo vinhas, Johanne pagani, Aymerico de Caſtro novo, Arnaldo clavelli, Guilielmo dente, Bono mancipio Maurandi de Garanhaga, Petro de prinhaco conſulibus Tholoſe, nec non religioſis viris fratre Guilielmo de anhanis priore provinciali, fratre Dominico gruna lectore Tholoſe, Bono mancipio Durandi, Bernardo de villela, Raymundo beqini, Poncio Gaufridi ordinis fratrum predicatorum, magiſtro Johanne ambianenſi notario curie vicarii Tholoſe, & Alodero ſubvicario Tholoſe, & Guilielmo Juliani auctoritate regia notarii publici, ac jurati officii inquiſitionis.

¶ *Et me Jacobo Marqueſii rectore eccleſie ſancti Petri de Anycio notario officii inquiſitionis, qui ſcripſi & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

Sentencia contra Johannem de ſalvetate falſum teſtem.

83. b. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Jam dudum tu Johannes de ſalvetate junior filius quondam Raymundi de ſalvetate de pruneto in judicio conſtitutus, coram nobis fratre Bernardo Guidonis ordinis predicatorum inquiſitore hereticе pravitatis in regno Francie auctoritate ſedis apoſtolice deputato, juratus de veritate dicenda de facto hereſis tam de te ut de principali quam de aliis ut teſtis in confeſſione tua quam coram nobis in judicio feciſti pridie Kalendas Januarii anno Domini M°. CCC°. XI°. depoſuiſti non nulla de facto hereſis contra quoſdam homines qui in confeſſione tua predicta propriis nominibus deſignantur, quos homines & cum quibus aſſeruiſti Petrum Auterii hereticum te vidiſſe, & cum dicto heretico participaſſe, & ipſum hereticum receptaſſe, quamvis non ſimul omnes una vice & uno die, ſet nunc iſtos nunc illos, & aliquando duos ex eis, & aliquando tres ſimul in diverſis noctibus & diebus & domibus atque locis, prout in confeſſione tua plenius continetur, determinando tempus infra quod predicta aſſeruiſti te vidiſſe & ſciviſſe videlicet à feſto ſancti Michaëlis vel circa usque ad feſtivitates natalis Domini ſubſequentes, poſt captionem Jacobi Auterii heretici, quam conſtat factam eſſe menſe Septembri ſub anno Domini M°. CCC°. quinto.

¶ Tu quoque Johannes poſt primam confeſſionem tuam de predictis fuiſti requiſitus, & reexaminatus ſemel ſecundo & tercio ac pluries diverſis vicibus & temporibus tam per nos inquiſitorem prefatum quam per alios de mandato noſtro utrum eſſent vera illa que depoſueras contra predictos homines de facto hereſis, & continue perſeveraſti in prima depoſitione afferens eam penitus eſſe veram, nec aliquid variaſti, nec in modo dicendi, nec in tempore, nec in locis, unde poſtmodum vocati fuerunt & adducti coram nobis inquiſitore prefato homines contra quos depoſueras, & conſtituti in judicio jurati & requiſiti de facto hereſis ſingillatim & ſeorſim ſicut moris eſt ut plenam dicerent de ſe & de aliis veritatem, dixerunt ſe de facto hereſis nichil ſcire, nec predictum Petrum Auterii hereticum ſe unquam vidiſſe, nec cum eo participaſſe, fueruntque predicti homines propter depoſitionem tuam aliquanto tempore detenti in carcere ut veritas poſſet certius inveniri. ¶ Item poſtmodum conſequenter tu predicte Johannes de ſalvetate iterato requiſitus ſuper predicta depoſitione perſeveraſti conſtanter ſicut prius. Et requiſitus ſi velles & auderes dicere in preſencia illorum contra quos depoſueras, reſpondiſti quod ſic, unde vocatis perſonis ſingillatim coram nobis contra quas deponebas cuilibet ipſorum dixiſti & aſſeruiſti conſtanter, quod illa que dixeras & depoſueras de facto hereſis in confeſſione tua tam de te quam de ipſis & quolibet ipſorum penitus erant vera, quanquam ipſi penitus denegarent. ¶ Tu quoque Johannes perſeveraſti in predi-

cta depoſitione continue per duos annos cum dimidio, & eras perſeverans in eadem eo tempore quo pro aliis à te conmiſſis in facto hereſis fuiſti per ſenteniam inmuratus, nec tunc aliquid retractaſti. ¶ Poſtmodum vero nos inquiſitor ſepe dictus dictam depoſitionem tuam ſuſpectam habentes ex non nullis cauſis maxime propter tempus de quo & in quo tu Johannes aſſerebas & deponebas dictum Petrum Auterii te vidiſſe cum predictis hominibus ſeu perſonis ut premiſſum eſt & in depoſitione tua plenius continetur, cum nos inveniſſimus per confeſſiones plurium aliorum Petrum Auterii hereticum antedictum illo in tempore & anno & illis diebus fuiſſe & ſtetiſſe alibi in aliis locis ſeu hoſpiciis alterius territorii longe diſtantibus & remotis à locis & hoſpiciis hominum predictorum, que nullo modo eſſe poterant ſimul vera. Conſideratis inſuper & inſpectis multis factis per dictum hereticum alibi in illis diebus de quibus diebus tu deponebas, que non poterant ſimul ſtare, de quibus legitime nobis conſtat, nec non conſiderantes quaſdam circumſtancias concurrentes hinc & inde, habito conſilio & deliberatione ſuper predictis te Johannem predictum admonuimus & requiſivimus ſuper dicta depoſitione quod veritatem nobis aperires, qui adhuc in eadem depoſitione ſicut prius perſeveraſti. Unde de bonorum virorum conſilio ſuper hoc habito te merito ſuſpectum fecimus poni ad partem in carcere, ut cercius veritas probaretur, tamen ſine conpedibus & cathena & ſine diſtrictione alia, & tu eadem die vel ſequenti dixiſti quod volebas de predictis veritatem nobis aperire. ¶ Poſtmodum itaque prima die Julii menſis ſub anno Domini M°. CCC°. XIIII°. tu Johannes machinationis & malicie tue conſcius conſtitutus in judicio coram nobis ſponte & libere recognoviſti & confeſſus es, quod omnia & ſingula que de facto Petri Auterii contra predictas perſonas in confeſſione tua depoſueras erant falſa & nullam continentia veritatem, aſſerens quod ea falſo depoſueras & maligno ſpiritu inſtigatus, prout iſta in proceſſu revocationis tue inde facto plenius continentur. 84

¶ Que omnia ſuperius contenta poſtmodum IIII° Kalendas Marcii ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. tibi Johanni in judicio conſtituto in capella domus inquiſitionis fecimus recitari intelligibiliter in vulgari coram nobis & fratre Gaufrido de abluſiis coinquiſitore noſtro, ac coram venerabilibus viris domino Petro de lacu officiali Tholoſano, & domino Petro de cerveriis archidiacono in eccleſia Albienſi, ad hoc deputatis ſpecialiter per reverendum in Chriſto patrem dominum Galhardum divina gracia epiſcopum Tholoſanum preſentibus domino Bertrando de turre abbate montis Albani, & domino Sicardo Alamanni canonico Albienſi, & domino Sicardo fabri de Vauro canonico Caturcenſi, & domino Bertrando priore rapiſtangni, & fratre Raymundo de jumato, & aliis ſociis noſtris ac notariis. Et tu ibidem ſub virtute à te preſtiti juramenti omnia & ſingula ſupradicta ſponte libere & ſine violencia recognoviſti, & aſſeruiſti depoſitionem tuam contra predictas perſonas falſam eſſe, & revocationem tuam factam ſuper predicta depoſitione veram eſſe, ſupponens te ſuper premiſſis voluntati & judicio noſtro.

¶ Nos igitur frater Bernardus Guidonis, & frater Gaufridus de Albluſiis inquiſitores prefati, & Petrus de lacu officialis Tholoſanus cõmiſſarius deputatus in hac parte à predicto reverendo patre in Chriſto domino Galhardo divina gracia epiſcopo Tholoſano penſatis premiſſis & aliis circumſtanciis non nullis quibus motus animi noſtri & cujuslibet judicantis merito potuit informari certiores effecti, quod tu Johannes predicte de ſalvetate quantum in te fuit officium inquiſitionis fidei deluſiſti, & ſinceritatem ejus niſus es corrumpere, ac veritatem que ſola in negocio fidei intenditur & queritur decepiſti, in prejudicium fidei catholice, & in ſcandalum ac grave diſcrimen perſonarum quas in crimine tam deteſtabili malicioſe & fallaciter involvere nitebaris falſa deponendo & confingendo contra predictas perſonas in judicio coram nobis fratre Bernardo inquiſitore prefato tanquam tue ſalutis inmemor contra proprium juramentum malicioſe & ſcienter ſicut lectum & recitatum eſt tibi intelligibiliter in vulgari, ut pena tua ceteris tranſeat in exemplum, & alii à ſimilibus arceantur. Hac die & loco tibi Johanni ad audiendum diffinitivam ſententiam

perhemptorie assignatis, sedentes pro tribunali sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis, ut de vultu divino nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem, conmunicato bonorum virorum peritorum in utroque jure consilio, te predictum Johannem falsum testem & falsum delatorem, olim pro aliis à te conmissis in heresi inmuratum, nunc auctoritate qua fungimur in hiis scriptis ad strictiorem murum sententialiter condempnamus, in quo quam diu vixeris in pane doloris & aqua angustie facias penitenciam salutarem, & insuper te falsum testem predictum cum duabus lingis rubeis unius palmi & dimidii in longitudine & trium digitorum in latitudine, ante in pectore, & duabus retro inter spatulas pendentibus, ligatis manibus, elevatum in scala ante hostium ecclesie cathedralis sancti Stephani dominica secunda in quadragesima, à summo mane usque ad nonam in loco eminenti absque aliquo velamine capitis in tunica sine zona, ita quod à circumstantibus palam & cognoscibiliter ac publice possis videri decernimus conmorandum, & quod eodem modo ponaris & stes ante portas ecclesie beati Saturnini dominica subsequente, & alia proxima dominica ante portam ecclesie deaurate, & consimili modo in aliis duabus dominicis ante portam ecclesie sancti Petri de coqinis, & ante portam ecclesie beate Marie dealbate, monentes te canonice ac sub virtute prestiti juramenti, & injungentes & mandantes tibi quod in omni veste tua superiori portes perpetuo dictas lingas, sine quibus prominentibus & apparentibus extra vel intra domum aut carcerem non incedas, & eas reficias si rumpantur ac renoves si & quando consumpte fuerint vetustate, & quod qua hora de scala descenderis vel depositus fueris sine dilatione te ad carcerem muri inquisitorum Tholose talibus personis culpabilibus deputatum te transferas & intrudas ibidem perpetuo moraturus. Quod si has monitiones injunctiones ac mandata nostra contempseris aut neglexeris adimplere dictas lingas non portando seu dictum carcerem non intrando seu temerarie post ingressum absque nostra seu nostrorum in hoc officio successorum licencia exeundo seu contra
84. b. per te quocunque tempore veniendo, Nos ex nunc ut ex tunc & ex tunc ut ex nunc te tanquam perjurum & inpenitentem culpisque astrictum prioribus, auctoritate qua fungimur in hiis scriptis exconmunicationis vinculo innodamus. Monentes canonice universos & singulos, ne quis cujuscunque conditionis aut status existat tibi Johanni non conplenti premissa, aut ne ea conpleas consilium auxilium vel favorem scienter inpendat, quod si secus fecerint ipsos in his scriptis presentibus exconmunicationis vinculo innodamus. Hoc autem tibi injungimus, retenta nobis ac nostris in hoc officio successoribus plena & libera potestate addendi diminuendi mutandi agravandi alleviandi in predicta penitencia sive pena, aut etiam aliter sententiandi, quociescunque nobis seu nostris in hoc officio successoribus de bonorum ac peritorum virorum consilio visum fuerit expedire.

¶ Lata fuit hec sentencia in aula domus inquisitionis juxta castrum Narbonense sabbato secundo in quadragesima, pridie nonas Marcii, anno Domini M°. CCC°. XV°. & fuerunt presentes & assistentes, dominus Bertrandus de bisturre abbas montis albani, & dominus abbas sancte fidis de conchis, dominus Galhardus de mota, dominus Bertrandus de fargis, dominus cancellarius Tholosanus, dominus Berengarius feda canonicus sancti Stephani, dominus Sicardus de Vauro canonicus Caturcensis, dominus Raymundus costa judex Verduni, Francolinus vicarius regis Tholose, dominus Petrus boelli judex ordinarius Tholose domini regis, dominus Bertrandus de sancto genesio utriusque juris professor, dominus Bertrandus de turre prior rapistangni doctor decretorum, dominus Sicardus alamanni canonicus Albiensis doctor decretorum, dominus Bertrandus de monte fauensio doctor legum, dominus Guilielmus de cumho doctor legum, dominus Guido pictanini doctor legum. ¶ Item de consulibus Tholose fuerunt quinque, Raymundus de castro novo, Petrus Raymundi de vendinis, Guilielmus durandi, Arnaldus de linariis, Johannes Othonis, Guilielmus de turre assessor consulum. ¶ Item Galhardus de viridi folio procurator domini episcopi Tholosani, Germanus de miravalle procurator incursuum heresis in senescalla Tholosana, Arnaldus assalhiti procurator incursuum he-

hereſis in ſeneſcalha carcaſſonenſi, magiſter Petrus boerii notarius inquiſitionis carcaſſone. ¶ Item religioſi viri, frater P. Raymundi aſſalhiti prior Tholoſanus, frater Raymundus beguini lector, frater Dominicus grima, frater Arnaldus Johannis, frater Petrus bernardi ſublector, frater Raymundus de jumato, frater Bernardus de Rameto, frater Guilielmus de corſano, frater Erueus de haneto ſocius inquiſitoris Carcaſſonenſis, frater P. Sicardi ſocius inquiſitoris Tholoſani, frater Bernardus de Vallibus, frater Hugolinus ordinis predicatorum, & alii quam plures clerici & layci.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Et ego Petrus de Claveriis publicus Tholoſe notarius, juratus officii inquiſitionis, qui preſens interfui & ſimiliter recepi, & in preſenti libro penitenciarum de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani ſcripſi & ingroſſavi & ſigno meo ſolito ſignavi.* (LS)

Sermo factus anno Domini m°. ccc°. xv°. nonis Marcii. 85.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno ejuſdem Domini benedicti m°. ccc°. xv°. dominica ſecunda quadrageſime nonis Marcii ſede Romana vacante. Ad honorem omnipotentis Dei & ſancte Romane eccleſie fuerunt late ſentencie & injuncte penitencie in ſermone publico inquiſitorum facto Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani cathedrali per religioſos viros fratrem Bernardum Guidonis & fratrem Gaufridum de Abluſiis ordinis predicatorum inquiſitores hereticé pravitatis in regno Francie auctoritate ſedis apoſtolice deputatos, una cum venerabili viro domino Petro de lacu officiali Tholoſano conmiſſario deputato in hac parte à reverendo patre domino G. divina gracia epiſcopo Tholoſano, preſente curia regali, & conſulibus Tholoſanis ac multitudine cleri & populi copioſa.

¶ *Juramentum ſeneſcalli & curialium domini regis.*

¶ Nos Guilielmus Arnaldi de ponte tenentes locum ſeneſcalli Tholoſani, & Francolinus vicarius domini regis Tholoſe, & Petrus Boelli judex ordinarius domini regis Tholoſe, Juramus per hec ſancta Dei euangelia quod fidem domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & teneri faciemus, & ipſam deffendemus pro viribus contra omnes. ¶ Item quod hereticos credentes fautores & receptatores ac deffenſores eorum perſequemur, & capiemus ſeu capi faciemus quandocunque poterimus, & accuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus ſi alicubi noverimus eos eſſe. ¶ Item quod non committemus bavilias vel adminiſtrationes nec officia publica alicui de predictis perſonis peſtiferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit ratione criminis hereſis, quod publicis officiis non fungatur. ¶ Nec aliquem de predictis recipiemus nec habebimus in noſtra familia ſeu conſortio, vel ſervicio, nec in noſtro conſilio ſcienter, & ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos poſtquam ad noticiam noſtram pervenerit protinus expellemus. ¶ Et in hiis, & in aliis que ad officium inquiſitionis pertinent, erimus obedientes Deo, & Romane eccleſie, & inquiſitoribus, ſic Deus nos adjuvet & hec ſancta Dei euangelia.

¶ *Eadem eſt forma juramenti conſulum.*

¶ Nos Raymundus Yſalguerii, Raymundus de caſtro novo, Poncius de garrigiis, Raymundus de ſancto Paulo, Raymundus athonis de Tholoſa, Johannes Othonis, Guilielmus durandi, Arnaldus de linariis, Petrus Raymundi de Vendinis, Raymundus de aurivalle, conſules Tholoſe, Juramus &c. ut ſupra.

¶ *Sen-*

¶ *Sentencia exconmunicationis contra inpedientes officium inquiſitionis.*

CUm negocium fidei orthodoxe, in qua fundamenta ſancte eccleſie catholice à domino Jeſu Chriſto ſunt firmiter ſtabilita, nullus Chriſtianus debeat impedire, ſet pocius totis viribus promovere. Ideo nos frater Bernardus Guidonis & frater Gaufridus de abluſiis ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, & Petrus de lacu officialis Thololoſe conmiſſarius datus in hac parte à reverendo in Chriſto patre & domino, domino Galhardo divina providencia epiſcopo Tholoſano, Omnes illos qui negocium inquiſitionis heretice pravitatis ſcienter impediverint vel de cetero inpedient, quoquo modo directe vel indirecte manifeſte vel occulte vel per ſe veritatem celando vel legitime confeſſata revocando ſeu alios ad celandum vel revocandum indebite inducendo. Et quicunque ad hoc directe vel indirecte occulte vel manifeſte conſilum auxilium ſcienter inpenderint vel favorem, & quicunque pecuniam dona ſeu munera indebite receperint pro liberatione alicujus optinenda ſeu pro retardatione exequtionis facienda in dampnum vel prejudicium officii inquiſitionis, auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus & exconmunicatos publice nunciamus.

¶ Lata fuit hec ſentencia in eccleſia cathedrali ſancti Stephani Tholoſe dominica ſecunda in quadrageſima nonis Marcii anno Domini M°. CCC°. XV°. preſentibus & aſſiſtentibus in publico ſermone inquiſitorum ibidem curia regali & conſulibus Tholoſanis ſuperius nominatis. ¶ Item preſentes fuerunt dominus Guilielmus de Uſto & dominus Henricus de culento magiſtri auctoritate regia deputati ad reformationem patrie in ſeneſcallia Tholoſana, & dominus Bertrandus de biſturre abbas montis albani, dominus Bertrandus prior rapiſtangni, dominus Arnaldus de Villario, dominus Arnaldus paſchalis camerarius domini epiſcopi Tholoſani, dominus Sicardus Alemanni canonicus Albienſis, & nobilis vir dominus Gaſto de armaniaco vicecomes feſenſaguelli, dominus Raymundus coſta judex Verduni, magiſter Johannes ſermentis, dominus Sicardus de vauro canonicus caturcenſis, magiſter Johannes de alberia, magiſter Germanus de miravalle receptor incurſuum hereſis in ſeneſcallia Tholoſana, magiſter Arnaldus aſſalhiti receptor incurſuum ſeneſcallie carcaſſonenſis, dominus Galhardus de viridi folio, frater Petrus de planis preceptor de gardubio ordinis hoſpitalis, magiſter Petrus boerii notarius inquiſitoris carcaſſonenſis. Et religioſi viri, frater Petrus Raymundi aſſalhiti prior Tholoſe, frater Raymundus beguini lector, frater Dominicus Grima, frater Raymundus de jumato, frater Erueus de aneto ſocius inquiſitoris carcaſſonenſis, frater Petrus Sicardi ſocius inquiſitoris Tholoſani, frater Bernardus de vallibus ordinis predicatorum. Et alia multitudo copioſa plebis virorum ac mulierum.

85. b.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Et ego Petrus de Claveriis notarius publicus Tholoſe, juratus officii inquiſitionis, qui preſens interfui, & de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ingroſſavi & ſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Ad graciam de crucibus.

¶ Deponimus cruces perſonis infra ſcriptis nichil inmutantes in aliis penitenciis eis injunctis, prout in literis penitenciarum ipſarum continetur, perſonarum nomina ſunt hec. ¶ Johanna uxor Bernardi Vaſconis de Varenis. ¶ Guilielma uxor Johannis Raynes de ſancto Sulpicio. ¶ Guilielma uxor quondam Raymundi de cumba Giulh de calido furno. ¶ Raymundus de fayſſer de aſſo. ¶ Serena uxor dicti Raymundi. ¶ Jacobus de contraſto de Tholoſa. ¶ Vitalis de monte alto,

qui

qui consuevit morari apud granatam. ¶ Petrus de gomayraco de bello podio. ¶ Guilielma mater ejus. ¶ Bonetus capus de mirapisce supra Tarnum. ¶ Bona uxor quondam Petri Johannis baratelli de Tholosa. ¶ Bernardus Sicredi de salyetz. ¶ Galharda uxor Guilielmi sicredi de salietz. ¶ Arnaldus sicredi de salyetz. ¶ Raymunda uxor ejus. ¶ Bernardus Guidonis junior de garda. ¶ Raymunda uxor Guilielmi Johannis de gaure. ¶ Johanna uxor Bernardi de silva de Caramanno. ¶ Petrus de fargis de villa bremerio. ¶ Guilielmus de Artigiis de sancto Johanne prope viride folium. ¶ Geraldus Ysarni de villa muro. Retenta nobis & nostris in hoc officio successoribus potestate addendi & diminuendi & conmutandi in predictis ac etiam reponendi cruces eisdem, si nobis vel successoribus nostris visum fuerit, etiam sine nova causa.

¶ *Educti de muro.*

¶ Educimus de muro personas infra scriptas cum crucibus & peregrinationibus & visitationibus ecclesiarum, prout in literis que ipsis dabuntur de penitenciis suis & aliis continebitur. ¶ Johannem Mercaderii de chauleto de monte Galhardo cum crucibus duplicibus & peregrinationibus minoribus & visitationibus ecclesiarum Tholose & aliis generalibus. ¶ Johannem Raynes de sancto Sulpicio cum crucibus duplicibus & peregrinationibus minoribus & visitationibus ecclesiarum Tholose, & aliis generalibus. ¶ Raymundum sicredi de salyetz cum crucibus simplicibus & peregrinationibus minoribus & visitationibus ecclesiarum Tholose & aliis generalibus. ¶ Condors uxorem Petri Raynaudi de garrigiis cum crucibus simplicibus & peregrinationibus minoribus & visitationibus ecclesiarum Tholose & aliis generalibus. ¶ Raymundam uxorem Raymundi Vitalis de Gasconia cum crucibus simplicibus & peregrinationibus minoribus & visitationibus ecclesiarum Tholose & aliis generalibus. Retenta nobis & nostris in hoc officio successoribus potestate addendi diminuendi & conmutandi & remittendi, ac etiam reducendi ad murum, si nobis vel eis de bonorum virorum consilio visum fuerit expedire. 86.

¶ *Culpe Crucessignatorum.*

¶ Petrus bertrandi textor habitator de casseribus filius quondam Arnaldi fabri textoris, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio XII°. Kalendas Augusti, anno Domini M°. CCCX°. XV°. vidit in domo Bertrandi fabri de casseribus consanguinei sui duabus vicibus quendam pulcrum hominem, de quo scivit quod vocabatur Petrus Raymundi. ¶ Item post quasi per medium annum dictus Betrandus duxit ipsum Petrum bertrandi ad quendam locum ubi invenerunt Cerdanam de Verduneto cum quodam homine sene & quibusdam aliis personis quas nominat cum quibus loquti fuerunt, & post dicesserunt ab eis, & tunc dictus Bertrandus dixit & revelavit eidem Petro bertrandi, quod ille homo senex quem ibidem viderat, & dictus Petrus Raymundi quem antea viderat in domo sua, erant de illis bonis hominibus qui vocantur heretici, & incepit sibi conmendare, & conmendavit multum vitam & sectam hereticorum & factum ipsorum, & tunc & alias postea. ¶ Item alia vice post predicta Cerdana venit ad domum dicti Petri bertrandi, & comedit & bibit ibidem, & tunc dicta Cerdana multum conmedavit sibi vitam & sectam & factum hereticorum, inducendo eum ad amorem & credenciam ipsorum per verba sua. ¶ Item post predicta quadam vice vidit dictum Petrum Raymundi hereticum in quadam domo quam nominat in villa de casseribus cum Petro bernerii de Verduneto, & fuit loquutus cum eis. ¶ Predicta conmisit à novem annis citra, & à x. antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus & adductus.

¶ Bernardus de Mazeriis filius quondam Dominici de Mazeriis de Merlato, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio XI°. Kalendas

Octobris, anno Domini M°. cccx°. x°. vidit in infirmitate de qua Raymunda mater ſua obiit, quod duo homines quorum alter vocabatur Petrus & alter Amelius fuerunt adducti ad dictam infirmam de nocte per quosdam alios quos nominat in confeſſione ſua, & vidit quod dictus Petrus coram dicta infirma dicebat benedicite, ſive inſtruendo dictam infirmam quod ſic diceret, ſive alias dicendo per ſe ipſum. ¶ Item vidit quod dictus Petrus poſuit manum ſuam ſuper dictam infirmam tenendo quendam librum & legendo aliqua verba, & prius poſuerat quendam pannum lineum album ſuper dictam infirmam, & poſtquam in dicto libro dictus P. & dictus Amelius fecerunt multas genuflectiones ibidem juxta lectum dicte infirme, & ſcivit & audivit à Bona ſorore ſua que ibidem preſens erat quod illi homines erant de illis qui vocantur heretici, & receperant tunc dictam matrem ſuam & ſalvaverant ſibi animam. ¶ Item quando predicta fiebant ipſo vidente, tunc ſuſpicatus fuit & perpendit, quod predicti duo Petrus & Amelius eſſent heretici, & quod tunc reciperent ad ſectam ſuam & hereticarent dictam infirmam, quamvis neſciret hoc certitudinaliter, quia nullus antea fuerat ſibi loquutus de predictis. ¶ Predictus Bernardus de Mazeriis poſtmodum in judicio recognovit, quod audivit verba & monitiones dicti Petri Auterii heretici, & fecit reverenciam eidem flexis genibus coram eo, dicendo benedicite tribus vicibus, & conceſſit quod volebat eſſe de conveniencia eorum. ¶ Predictos hereticos non fecit capi, nec inpedivit quod non fieret predicta hereticatio, nec revelavit inquiſitoribus. ¶ Predicta conmiſit & ſcivit per ſex annos antequam confiteretur, nec voluit confiteri donec fuit citatus & areſtatus ad portam domus inquiſitionis, & in muro detentus, & per alios conplices revelatus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Aſtruga uxor Arnaldi boerii, qui moratur apud motam prope ſanctum Sulpicium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie nonas Mayi, anno Domini M°. ccc°. XII°. ſcivit quod Guilielma rayna mater ſua voluit hereticari in illa infirmitate de qua obiit, & Bernarda rayna ſororia dicte Aſtrugue rogavit ipſam Aſtrugam quod non impediret matrem ſuam in hoc, & ipſa conceſſit quod non inpediret, & poſtmodum dicta Aſtruga vidit quod fuit adductus hereticus per quasdam perſonas quas nominat in confeſſione ſua ad dictam in-
86. b. firmam, & preſente & vidente & aſſiſtente dicta Aſtruga cum quibusdam aliis perſonis quas nominat, dictus hereticus de quo audivit dici quod vocabatur Amelius, hereticavit dictam infirmam & recepit eam ad ſectam & ordinem ſuum ſecundum modum & ritum ipſorum hereticorum. ¶ Predicta conmiſit per VII. annos antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec duo fratres ſui & uxores eorum fuerunt capti & confeſſi, qui preſentes fuerant in hereticatione dicte matris ſue.

¶ Petrus Filii junior de bunhaco filius quondam Petri Filii ſenioris de bunhaco de parochia de taravello, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XVIII°. Kalendas Julii, anno Domini M°. ccc°. XV°. vidit alium Petrum Filii conſanguineum ſuum, qui ſtabat abſconditus in ſolario domus Guilielme de more & comedit & bibit ibidem cum eo, quem ſciebat eſſe fugitivum pro facto hereſis, & de hoc erat vox & fama publica. ¶ Item alia vice poſt quadam nocte vidit predictum Petrum Filii fugitivum, & fuit loqutus cum eo, & ex parte ſua ivit ad quendam quem nominat, ut veniret ad loquendum cum dicto fugitivo. ¶ Item alia vice vidit predictum fugitivum pro hereſi & dedit ſibi ad comedendum & ex parte ipſius ivit ad quandam perſonam quam nominat, & aportavit dicto fugitivo quendam parvum ſaccum in quo erant panni plicati quem tradidit ſibi illa perſona. ¶ Item alia vice de nocte dictus fugitivus pro hereſi venit ad ipſum Petrum Filii & fuit loqutus cum eo, & ex parte ſua ivit ad quandam perſonem quam nominat ut veniret ad loquendum cum dicto fugitivo in quodam loco quem nominavit ſibi de nocte, & poſtea dedit ad comedendum dicto fugitivo, & iſtud ultimum fuit poſt ſermonem inquiſitorum Tholoſe in quo alie perſone que erant conſencientes in facto hereticorum cum di-

cto

cto Petro Filii fuerunt punite, ſub anno Domini M°. ccc°. XII°. ¶ Predicta conmiſit à quatuor annis & à tribus citra antequam revelaret predicta, nec venit ad confitendum donec alie perſone que ſciebant factum dicti fugitivi cum ipſo Petro Filii fuerunt capte propter factum hereticorum.

¶ Petrona uxor Arnaldi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, filia quondam Petri ſanchas & Sibilie de pruneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. ydus Julii, anno Domini M°. ccc°. XII°. vidit in domo in qua morabatur cum Petro Guilielmi fratre ſuo apud prunetum duos homines, de quibus audivit & ſcivit ibidem quod alter vocabatur Petrus Auterii & alter Jacobus filius dicti Petri, & quod erant de illis bonis hominibus qui vocantur heretici, & ſalutavit eos. ¶ Item alia vice vidit ibidem dictum Jacobum Auterii hereticum. ¶ Item alia vice vidit ibidem dictum Petrum Auterii hereticum. ¶ Predicta fuerunt per VIII. annos antequam confiteretur judicialiter de predictis.

¶ Petrus de Artigiis filius quondam Petri de Artigiis de ſancto Johanne, prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio XV°. Kalendas Januarii. ¶ Item VIII°. ydus Marcii anno Domini M°. ccc°. XIII°. audivit dici à Geraldo de artigiis per VIII°. dies vel circa poſt mortem Petri de Artigiis patris ipſius Petri de Artigiis, quod in illa infirmitate de qua obiit venerunt Jacobus Auterii hereticus & Petrus Sancii de garda prope locum de ſancto Johanne ad hereticandum dictum infirmum, ſet antequam perveniſſent ad infirmum audiverunt dici quod obierat & redierunt. ¶ Item in illa infirmitate de qua obiit Guilielma mater ſua ſequenti die poſtquam obierat audivit & ſcivit per Arnaldum de Artigiis fratrem ſuum, quod illa nocte Petrus Sancii hereticus fuerat ibi & hereticaverat & receperat ad ſectam & ordinem ſuum dictam infirmam preſente dicto Arnaldo & aliis perſonis quas ſibi nominavit. ¶ Item quadam vice vidit Petrum Sancii hereticum cum quibusdam aliis perſonis, quas nominat, que aſſociabant eum in via. ¶ Item alia vice vidit & ſcivit duas perſonas, quas nominat, que portabant panem & vinum dicto Petro Sancii heretico ad quendam locum ubi dictus hereticus expectabat eos. ¶ Item quadam vice de nocte vidit Petrum Sancii, & cum eo Petrum Auterii hereticum, juxta domum Geraldi de artigiis cum duobus aliis hominibus quos nominat.

¶ Predictos hereticos non cepit nec fecit capi, nec revelavit ut caperentur, ſet celavit per plures annos. ¶ Predicta conmiſit à decem annis & à ſeptem & à ſex & à quatuor citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citatus, & celavit & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum, nec voluit plene confiteri donec fuit arreſtatus ad portam, & poſtmodum poſitus in carcere & detentus, cum tamen alii conparticipes fuiſſent confeſſi & puniti.

87. ¶ Guilielmus de Cumba Guilha de calido furno, ſicut nobis legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. Kalendas Auguſti anno Domini M°. ccc°. XII°. vidit Vitalem Sancii de garda & fuit loqutus cum eo in area dicti Guilielmi de nocte circa auroram, & ſcivit quod dictus Vitalis tunc exiverat & receſſerat de captione inquiſitoris Tholoſe, & jacuit dictus Vitalis duabus noctibus in orto dicti Guilielmi ſub quadam ficu, & ipſe Guilielmus portavit ſibi panem & vinum duabus vicibus, quem panem & vinum tradebat ſibi quedam perſona quam nominat ad portandum dicto Vitali, & cognovit manifeſte quod dictus Vitalis ſtabat abſconditus, dixit tamen quod dictus Vitalis dabat ſibi intelligere quod inquiſitor expediverat eum cum fidejuſſoribus, tamen ipſe Guilielmus ſtabat in dubio utrum diceret verum. ¶ Item poſt predicta audivit ab illa perſona que ſibi tradiderat panem & vinum pro predicto Vitali quod dictus Vitalis illuc venerat alia vice, ſet tunc ipſe Guilielmus non vidit dictum Vitalem nec ſcivit domum in qua erat, veruntamen tunc ſciebat quod dictus Vitalis erat pro facto hereſis fugitivus, nec revelavit hoc inquiſitoribus nec denunciavit ut poſſet capi, nec fecit eum capi. ¶ Item

quadam vice in domo Raymundi Sancii de Garda invitatus per dictum Raymundum Sancii, ſi volebat videre duos bonos homines qui hoſpitabantur ibi, de quibus dixit ſibi quod erant de illis qui vocantur heretici, ipſe Guilielmus conceſſit quod volebat eos videre, & ibidem illi duo homines exiverunt de quadam camera, & ibi vidit eos & audivit verba & monitiones ipſorum cum quidusdam aliis perſonis quas nominat. Et poſt dicti heretici redierunt ad cameram unde exierant, & dimiſit eos ibi, & fuit incantatus quod nullo modo revelaret eos, & alter erat ſenex & alter juvenis, & poſtmodum audivit dici quod antiquior vocabatur Petrus Auterii. ¶ Predictos hereticos non cepit nec fecit capi, nec revelavit ſet celavit per octo annos antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citatus & in carcere poſitus, & negavit veritatemin judicio requiſitus contra proprium juramentum.

¶ Helis uxor Helye barbitonſoris de aſſo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. ydus Aprilis anno Domini M°. CCC°. XII° in infirmitate de qua obiit Johanna fizanſa que alias cognominatur la Gaſca fuit adductus per Raymundum Vaſconis fratrem ipſius Helys quidam ſenex ad dictam infirmam de nocte, que infirma fuit mutata ad quoddam coſterium domus, & preſente & audiente dicta Helys dictus homo petivit ab infirma ſi volebat fieri bona Chriſtiana, & ſi volebat facere bonum finem, que reſpondit quod ſic, & tunc dictus homo poſuit quoddam manutergium ſupra pectus dicte infirme, & tenuit quendam librum ſupra dictam infirmam & legit in eo, & poſtea fecit aliquas genuflectiones coram dicta infirma ſuper quandam bancam, & poſtea receſſit inde. ¶ Item poſtea dicta Helys petivit à Raymundo fratre ſuo quid erat illud quod fecerat dictus homo matri ſue, qui reſpondit quod quidam homo erat qui venerat ad dictam infirmam & fecerat illud pro ſalute. Interrogata, ſi ſcivit vel credidit ſeu intellexit quod dictus homo eſſet hereticus & quod hereticaſſet dictam infirmam, reſpondit quod non, nec audivit nominari predictum hominem tunc, ſet poſtmodum audivit dici quod erat captus Tholoſe per inquiſitorem, & quod vocabatur Petrus Auterii, & quod erat hereticus. ¶ Predicta vidit, VII. anni fuerunt ante feſtum omnium ſanctorum antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri, donec fuit vocata & citata & arreſtata ad portam domus inquiſitionis, & negavit à principio veritatem in judicio requiſita contra proprium juramentum.

¶ Petrus burgada filius quondam Johannis burgada de parochia ſancti Anatolii, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XI°. Kalendas Novembris anno Domini M°. CCC°. XIII°. item XII°. Kalendas Auguſti anno Domini M°. CCC°. XIIII. vidit in domo Sibilie de Sanchas ſocrus ſue apud prunetum quadam vice duos homines in quadam camera, de quibus ibidem audivit & ſcivit quod ipſi erant de illis qui vocantur heretici, & à dicta Sibilia ſocru ſua audivit quod unus vocabatur Petrus Auterii & alter Jacobus filius dicti Petri, & vidit unum ex eis quod accepit librum quendam in quo legit ibidem, & vidit cum dictis hereticis quasdam perſonas, quas in confeſſione ſua nominat. ¶ Item in domo ſua vidit Petrum Guilielmi de pruneto ſororium ſuum cum quodam nuncio ſuo quem nominat, & ab eodem Petro audivit & ſcivit ibidem tunc quod fugiebat quia timebat capi per nuncios inquiſitorum qui fuerant miſſi ad hoc ad domum dicti Petri Guilielmi. ¶ Predictos hereticos non cepit nec fecit capi nec revelavit ut caperentur. ¶ Predicta conmiſit à IX. annis, & à VII. citra antequam confiteretur de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum donec fuit citatus, nec voluit confiteri veritatem de predictis donec fuit poſitus in carcere & detentus per plures menſes, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

87. b. ¶ Johanna uxor Petri burgada, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. ydus Septembris, item X°. Kalendas Octobris ſub anno Domini M°. CCC°. XIII°. audivit conmendari ſibi à Sibilia matre ſua illos bonos homines qui apellantur heretici. ¶ Item in domo dicte matris ſue in quadam camera cum dicta matre ſua vidit & audivit quendam hominem ſenem extraneum,

de

de quo ibidem ſuſpicata eſt & credidit quod erat de illis qui vocantur heretici, propter verba que mater ſua dixerat ſibi prius. ¶ Item in domo ſua & viri ſui recepit Petrum Guilielmi de pruneto fratrem ſuum cum quodam alio quem nominat, quos ſciebat eſſe tunc fugitivos quia timebant capi per gentes inquiſitorum & jacuerunt una nocte. ¶ Predicta conmiſit ab xi. annis & ab viii°. citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata, nec voluit confiteri donec fuit in carcere poſita, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Rixendis de more uxor Bernardi durandi de aurino de parochia de lantario; ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio iiii°. ydus Junii anno Domini m°. ccc°. xv°. audivit multociens conmendari ſibi hereticos & vitam & ſectam & factum ipſorum à Guilielma matre ſua, & ab Arnalda ſorore ſua, que ſoror nominavit ſibi tres hereticos quos conmendabat, ſcilicet Amelium de perlis & Jacobum & Petrum Auterii, & quartum Petrum Sancii. ¶ Item in infirmitate Arnalde uxoris quondam Bartholomei Johannis de taravello dicta Rixendis audivit & ſcivit per matrem ſuam quod debebat adduci quidam hereticus ad dictam infirmam ut reciperent eam ad ordinem & ſectam ipſorum hereticorum. Et dicta Rixendis cum quadam alia perſona quam nominat ivit de nocte ad quendam locum ubi debebat adduci hereticus pro dicta infirma, & in via invenerunt illos qui adducebant dictum hereticum qui vocabatur Amelius, & inde ſimul cum aliis perſonis quas nominat adduxerunt dictum hereticum ad dictam infirmam, qui hereticavit eam. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam ſectam & bonam fidem in qua poſſent ſalvari propter illa verba que audivit dici de eis à matre ſua, & fuit in illa credencia per annum vel circa. ¶ Predicta conmiſit per x. annos antequam confiteretur de predictis & citra, erat autem tunc etatis xi. annorum ut dixit: non tamen venit ad confitendum donec mater ſua fuit capta & alie perſone fuerunt confeſſe de dicto facto.

¶ Lombarda uxor Arnaldi letgerii de parochia ſancti Martini de pruneto, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, xviii°. Kalendas Junii anno Domini m°. ccc°. xiiii°. vidit in domo Sibilie de pruneto in coſterio domus duos vel tres homines quos non novit, de quibus poſtmodum, quando audivit quod Sibilia predicta & quedam alie mulieres que ibi erant fuerunt citate & punite pro facto hereſis, tunc ſuſpicata eſt de predictis hominibus quod eſſent heretici. ¶ Item in quadam infirmitate quam habuit, de qua convaluit, dixit ſibi predicta Sibilia ſi contingeret quod de illa infirmitate moreretur, ſi volebat habere unum probum hominem quod adduceret ſibi qui eſſet ſibi medicus anime & corporis, & tunc ipſa intellexit quod hoc volebat dicere de heretico, & dixit dicte Sibilie, quod ſi maritus ipſius Lombarde ſciret hoc ſuffocaret eam, & noluit conſentire in hoc. ¶ Predicta vidit & audivit per viii°. annos antequam confiteretur de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit accuſata & citata & areſtata, & negavit à principio veritatem in judicio.

¶ Martina uxor Sancii Varenas de bello videre, filia Raymundi Durandi de dicto loco, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, ſexto nonas Julii anno Domini m°. ccc°. xv°. audivit conmendari ſibi ab Arnalda matre ſua & à Bona amita ſua vitam & ſectam hereticorum. ¶ Item poſtmodum in domo ſua paterna vidit Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos diverſis vicibus & diverſis temporibus, aliquando ſimul aliquando unum ſine alio, & audivit verba & predicationem eorum cum aliis perſonis quas nominat, & ſemel fecit reverenciam dicto Petro Sancii heretico petendo benedictionem ab eo junctis manibus coram eo dicendo bone Chriſtiane benedictionem Dei & veſtram. ¶ Item poſtquam viderat predictum Petrum Sancii hereticum, conceſſit matri ſue, requirenti eam ſi vellet habere dictum Petrum Sancii hereticum in fine ſuo, ſi infirmaretur, quod ſi mater ſua cognoſceret quod eſſet bonum, quod ipſa non recederet à conſilio. ¶ Item credidit quod heretici eſſent boni homines & quod haberent bonam fi-

dem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari ipſi & alii qui tenerent eam, & fuit in illa credencia per unum annum vel circa. ¶ Predicta conmiſit ab VIII°. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec
88. fuit citata propter timorem viri ut dixit.

¶ Alazayt uxor quondam Hugonis de fays de merlato, filia gayſſie durandi de bello videre, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. nonas Julii anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit conmendari ſibi à Bona matre ſua illos bonos homines qui vocantur heretici, & conceſſit eidem matri requirenti eam quod volebat videre eos, & dicta mater ſua introduxit eam in quandam cameram domus ſue, ibi invenerunt Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & ibidem audivit verba & predicationem dicti Petri Auterii heretici. ¶ Item in infirmitate de qua obiit quidam filius dicte Alazayt nomine Johannetus, etatis duorum annorum vel circa, dicta mater ſua petivit ab ea ſi volebat quod haberent Petrum Auterii hereticum ut reciperent dictum puerum ad ſectam & ordinem ſuum, & ipſa Alazayt conceſſit quod placebat ſibi, & fuit adductus dictus Petrus Auterii ad dictum puerum in domo Raymundi durandi, & petivit hereticus ab ea de nomine pueri, & ſi volebat quod reciperet eum ad ordinem ſuum & ſalvaret ſibi animam, & ipſa reſpondit quod ſic, & dictus hereticus dixit ſibi quod ex quo recepiſſet eum non debebat ei dare ad comedendum carnes nec caſeum nec ova, nec aliquam pinguedinem carnium, & poſt dictus hereticus legit in quodam libro, & recepit dictum puerum, qui ſupervixit per tres vel quatuor dies. ¶ Predicta conmiſit à ſeptem vel octo annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata.

¶ Petrona uxor Bernardi ferrandi de bello videre, & filia Gayſſie durandi dicti loci, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit conmendari ſibi à Bona matre ſua vitam & ſectam hereticorum, & conceſſit ei quod volebat videre de dictis hereticis. ¶ Item poſt predicta vidit in domo Johannis Mercaderii de borno Petrum Auterii hereticum, & audivit verba & admonitiones ipſius, & fęcit eidem heretico requirenti pactum & promiſſionem quod volebat eum habere in fine ſuo, quod ſalvaret ſibi animam, ſicut hereticus dedit ſibi intelligere, & ibidem adoravit dictum hereticum inclinando ſe tribus vicibus coram eo, & petendo benedictionem ipſius heretici. ¶ Item poſt predicta alio tempore vidit predictum Petrum Auterii hereticum in domo Raymundi durandi avunculi ſui, & patris ſui & matris ſue, duabus vicibus, diverſis temporibus, & audivit predicationem ipſius heretici cum aliis perſonis quas nominat, & una vice vidit ibi Petrum Sancii cum dicto Petro Auterii, de quo Petro Sancii poſtea audivit dici quod erat hereticus. ¶ Item ſemel comedit de pane benedicto Petri Auterii heretici, quem dedit ſibi Arnalda uxor Raymundi durandi avunculi ſui. ¶ Item credidit quod heretici haberent & tenerent bonam ſectam & bonam fidem in qua poſſent ſalvari ipſi & illi qui tenerent eam, & fuit in illa credencia per duos annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit ab octo annis & à ſeptem citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata, quamvis plures de domo ſua paterna fuiſſent confeſſi & penitenciati.

¶ *Sentencia & penitencia Cruceſſignatorum.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Nos preffati frater Bernardus & frater Gaufridus inquiſitores & Petrus de lacu officialis Tholoſanus conmiſſarius in hac parte datus à reverendo patre domino Galhardo epiſcopo Tholoſano. Quia legitime nobis conſtat quod tu Petre Bertrandi textor de caſſeribus, & tu Bernarde de Mazeriis de Merlato. Et tu Aſtruga uxor Arnaldi boerii de mota prope ſanctum Sulpicium. Et tu Petre Filii junior de bunhaco. Et tu Petrona uxor Arnaldi de Artigiis. Et tu Petre de artigiis de ſancto Johanne prope viride folium. Et tu Guil-

Guilielme de cumba Guilha de calido furno. Et tu Helys uxor Helye barbitonſoris de aſſo. Et tu Petre burgada. Et tu Johanna uxor dicti Petri de parochia ſancti Anatolii. Et tu Rixendis de more uxor Bernardi durandi de aurino. Et tu Lombarda uxor Arnaldi letgerii de pruneto. Et tu Martina uxor Sancii Varenas filia Raymundi durandi de bello videre. Et tu Alazayt uxor quondam Raymundi de fays de Merlato filia Gayſſie durandi de bello videre. Et tu Petrona uxor Bernardi ferrandi filia Gayſſie durandi de bello videre, tam graviter in facto hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes prenominatos ſaniori utentes conſilio ad eccleſie unitatem prout aſſeritis redire volentes abjurata prorſus hic publice coram nobis in judicio omni heretica pravitate abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicationis vinculis quibus tenebamini aſtricti ratione criminis hereſis memorate, ſi tamen ad unitatem eccleſie de corde bono & fide non ficta redieritis & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & ſanctam eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, vobis conparentibus coram nobis hac die & loco ad recipiendum penitenciam ſuper conmiſſis in crimine hereſis aſſignatis inponimus & injungimus duas cruces de filtro crocei coloris portandas, unam anterius ante pectus & alteram poſterius inter ſpatulas in omni veſte veſtra preter camiſiam interiorem, ſine quibus prominentibus infra domum vel extra non incedatis, quarum quantitas ſit in longitudine duorum palmorum & dimidii brachium unum, & duorum palmorum brachium alterum ſcilicet transverſale, & trium digitorum in latitudine utrumque brachium, & eaſdem reficiatis vel innovetis ſi rumpantur vel defficiant vetuſtate. Item peregrinationes extra Tholoſam, & viſitationes eccleſiarum ſancti Stephani & ſancti Saturnini Tholoſe & alia generalia que litere penitenciarum veſtrarum que vobis concedentur plenius continebunt. Tibi vero Rixendi de more, & tibi Lombarde predictis parcimus à crucibus dumtaxat. Et quia tu Petrona uxor Arnaldi de Artigiis, & tu Petre de Artigiis, & tu Guilielme de Cumba Guilha, & tu Helys de aſſo, & tu Petre burgada, & tu Johanna uxor ejus, pejerando à principio in judicio conſtituti, amplius & gravius deliquiſtis, ſuperaddimus vobis quod cruces quas vobis inponimus ſint duplices. Retenta nobis & noſtris ſucceſſoribus in hoc officio poteſtate addendi diminuendi mitigandi conmutandi ſeu etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam. 88. b.

¶ Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco quibus ſupra, & preſentibus perſonis ſuperius nominatis circa principium ſermonis preſentis.

¶ *Et me Jacobo Marqueſii notario officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Et me Petro de Claveriis publico notario Tholoſe jurato officii inquiſitionis, qui preſens interfui & de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ſcripſi & ingroſſavi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Culpe inmuratorum.*

¶ Poncius Raynes filius quondam Poncii Raynes de ſancto Sulpicio, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Febroarii anno Domini M°. CCC°. IX°. audivit pluries commendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum per quandam perſonam quam nominat, inducendo ipſum ad amorem & credenciam ipſorum. ¶ Item recepit in domo ſua Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, & dedit eis ad comedendum & bibendum aliquibus diebus & noctibus, & ſervivit eisdem, & audivit predicationem & doctrinam ipſorum hereticorum. ¶ Item viſitavit dictos hereticos in domo Baranhone ſocrus ſue, ubi audivit predicationem ipſorum & doctrinam aliquociens. ¶ Item ibidem vidit quendam alium hereticum, cujus nomen neſcivit. Item conſenciit quod Guilielma mater ſua hereticaretur, & induxit eam ad hoc, & ivit ad querendum herecum apud lugannum, & inde adduxit ſecum Amelium hereticum pro dicta Guilielma

lielma matre ſua hereticanda, & tenuit ibi dictum hereticum una nocte, & interfuit preſens in hereticatione. ¶ Item aſſociavit Petrum Auterii & Jacobum vel Amelium hereticos de luganno usque ad boriam Raymundi de lantario prope buzetum. ¶ Item alia vice aſſociavit dictos duos hereticos de ſancto Sulpicio usque luganum. ¶ Item aliquando emit piſces ad opus hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per annum & dimidium vel circa.

89.

¶ Item audivit errores hereticorum contra fidem eccleſie Romane, contra baptismum & ſacramentum altaris & matrimonium & contra venerationem crucis. ¶ Item negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum, & condixerat cum aliis perſonis de domo ſua quod nullo modo confiterentur aliquid de facto hereſis. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro & per alios accuſatus.

¶ Beatrix uxor Bernardi bosqueti de merlato, filia quondam Dominici de Mazeriis de Merlato, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVIII°, Kalendas Decembris anno Domini M°. CCC°. XII°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam & factum hereticorum per quasdam perſonas quas nominat, quibus conceſſit quod libenter videret eos. ¶ Item poſtea requiſita per quendam quem nominat de illis qui conmendaverant ſibi hereticos ivit ad videndum unum hereticum in domo illorum, ubi invenit hereticum qui vocabatur Jacobus Auterii, & audivit ibi predicationem dicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, & ibidem poſt predicationem ejus ſicut fuit edocta & ſicut vidit fieri ab aliis perſonis quas nominat adoravit dictum hereticum inclinando ſe profunde junctis manibus coram eo tribus vicibus, dicendo qualibet vice benedicite, & hereticus reſpondebat verba ſua. ¶ Item in domo ſua & mariti ſui ſteterunt duobus vel tribus diebus in quodam ſolario duo heretici alii, ſcilicet Petrus Auterii & Amelius, ubi fuerunt viſitati per quosdam homines quos nominat. ¶ Item in quadam alia domo quam nominat vidit Amelium hereticum predictum, & audivit predicationem ejus, & adoravit eum ſecundum modum hereticorum cum aliis perſonis quas nominat.

¶ Item credit quod heretici eſſent boni homines & quod haberent bonam fidem in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per duos annos cum dimidio. ¶ Predicta conmiſit per octo annos & amplius, & per ſeptem cum dimidio antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad revelandum predicta donec fuit vocata & citata. Et in prima vice qua fuit vocata fuit confeſſa palliate, & celavit atque ſuppreſſit veritatem de facto hereſis de ſe & de aliis in judicio contra proprium juramentum.

¶ Bernarda uxor Petri Raymundi de hugonibus habitatrix Tholoſe, ſicut legitime nobis conſtatper ipſius confeſſionem factam in judicio, anno Domini M°. CCCX°. quinto Kalendas Mayi vidit & audivit pluries v^que^. hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum Auterii filium dicti Petri & Petrum Raymundi de ſancto papulo & quendam alium qui vocabatur Meſſer Bernardus & Amelium, & recepit eos in domo ſua & viri ſui predicti, ubi comederunt & biberunt & jacuerunt pluries in diverſis temporibus & diebus, non ſimul ſet nunc iſti nunc illi, & aliquando duo ſimul, & ipſa ſciebat ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici. ¶ Item ſcivit & vidit quod plures perſone quas in confeſſione nominat viderunt & viſitaverunt dictos hereticos in domo ſua & viri ſui. ¶ Item audivit & ſcivit quod heretici recipiebantur à quibusdam aliis perſonis in domibus ſuis. ¶ Item quadam vice recepit unam petiam ſalmonis à Petro Raymundi de ſancto papulo heretico & portavit ex parte ſua cuidam mulieri ad parandum & ponendum in pane. ¶ Item ſcivit & vidit quod Meſſer Bernardus hereticus fuit ductus ad quandam perſonam infirmam, & ipſa vidit dictum hereticum coram predicta perſona infirma. ¶ Item vidit quandam perſonam quam nominat genuflectentem coram Petro Auterii heretico in domo ſua predicta, & tunc ipſa fuit requiſita quod faceret melioramentum ſuum coram dicto heretico ſicut alia faciebat,

ciebat, & tunc ipſa cepit genuflectere coram dicto heretico, & neſcivit facere melioramentum predictum, & tunc illi qui erant preſentes inceperunt ridere, & ipſa fuit verecundata & receſſit inde. ¶ Item ex parte Petri Raymundi de ſancto papulo heretici portavit duo poma cuidam mulieri quam nominat. ¶ Item alia vice portavit eidem mulieri quandam petiam panis, de quo audivit quod erat panis benedictus per hereticos. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia quousque audivit quod heretici & alii qui receperant eos moleſtabantur per inquiſitores. Committens predicta à ſex annis citra antequam confiteretur de predictis, nec de predictis voluit confiteri donec fuit capta & detenta, & negavit à principio veritatem in judicio pluries requiſita.

¶ Jacobus Geraldi filius quondam Geraldi de aurino, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio Kalendis Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. vidit pluries Petrum Sancii hereticum in domo ſua & Raymundi fratris ſui apud Aurinum, ubi ſtetit hereticus predictus per multum tempus pluribus diebus & noctibus & ſeptimanis comedendo & bibendo & jacendo ibidem in loco abſcondito quem tenebant ibidem occultum, & quem ſciebat eſſe de ſecta illorum qui vocantur heretici, & ibidem pluries audivit verba & admonitiones & predicationem dicti heretici. Item dictum hereticum recepit & tenuit una nocte in quadam alia domo ſua, in qua faciebat tabernam. Item dictus hereticus fuit preſens in infirmitate de qua Bernarda mater ipſius Jacobi fuit mortua, & preſente & vidente & aſſiſtente ipſo dicto Jacobo & quibusdam aliis perſonis quas nominat, dictus hereticus poſuit manum ſuam ſuper caput dicte infirme, non tamen tangendo eam, dicendo aliqua verba per que dictus Jacobus intellexit & credidit ſeu perpendit quod hereticavit dictam infirmam & recepit ad ſectam & ordinem ſuum ſecundum modum hereticorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam & quod homo poſſet ſalvari in fide & ſecta ipſorum, & fuit in illa credencia per unum annum. ¶ Predicta conmiſit per duos annos cum dimidio ab inicio & ab octo menſibus citra ultimo antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum de predictis donec alii conplices in eodem facto fuerunt capti & confeſſi, & donec ipſe fuit citatus. 89. b.

¶ Eſclarmunda uxor Raymundi Geraldi de aurino, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Kalendis Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. recepit & tenuit in domo ſua & Raymundi Geraldi viri ſui apud Aurinum Petrum Sancii hereticum ſciens ipſum eſſe talem, & ſtetit ibi dictus hereticus absconditus & occultus in quodam ſotulo in quo faciebant ſtabulum à feſto paſche uſque ad feſtum omnium ſanctorum comedendo & bibendo de bonis domus ſue & viri ſui & jacendo ibidem, & ipſa Eſclarmunda ſervivit ſibi & parabat ſibi coquinam & miniſtrabat panem & vinum & illa que erant neceſſaria dicto heretico, & aliquando faciebat ei lectum & lavabat ſibi veſtes. ¶ Item illo tempore pluries audivit verba & admonitiones & predicationem dicti heretici de nocte, & audivit eum loquentem de euangeliis & epiſtolis. ¶ Item alia vice & alio tempore poſt dictus hereticus ſtetit in domo ſua & viri ſui per xv. dies vel circa comedendo & bibendo & jacendo, & ipſa ſervivit ſibi aliquociens. ¶ Item in ultima infirmitate de qua obiit Bernarda ſocrus ſua dicta Eſclarmunda vocavit hereticum ad hereticandum & recipiendum ad ordinem ſuum dictam infirmam, & ipſa Eſclarmunda preſente vidente & aſſiſtente hereticavit eam ſecundum modum ipſorum hereticorum preſentibus aliis perſonis quas nominat. ¶ Item alia vice dictus hereticus ſtetit in eadem domo infirmus, & ipſa ſervivit ſibi preparando coquinam & ea que comedebat. ¶ Item aliquociens accepit de pane benedicto per hereticum, & comedit & dedit aliis ad comedendum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam ſectam & bonam fidem in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per unum annum cum dimidio. ¶ Predicta conmiſit à duobus annis & à dimidio citra antequam confiteretur de predictis, nec venit ad confitendum donec alii fuerunt cap-

ti & ipſa fuit citata & areſtata, & negavit veritatem in judicio contra proprium juramentum.

¶ Petrona uxor Petri Geraldi de aurino de parochia ſancte Malonie, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, pridie nonas Junii anno Domini M°. CCC°. XV°. vidit Petrum Sancii hereticum, & ſcivit ipſum eſſe hereticum, in domo ſua & viri ſui & fratrum viri ſui, & ſtetit dictus hereticus abſconditus in dicta domo ſua per tres vel quatuor menſes comedendo & bibendo de bonis domus, & jacendo ibidem, & dicta Petrona frequenter ſervivit ei, miniſtrando ei panem & vinum & alia neceſſaria, & lavando pannos ejus, & ſcivit quod alie perſone quas nominat ſervierunt dicto heretico, & alique perſone viſitaverunt eum ibi. ¶ Item audivit aliquando dictum hereticum legentem in libro ſuo ſibi & aliis de domo predicta. ¶ Item ſervivit dicto heretico in quadam infirmitate quam habuit tunc in dicta domo. Item in quadam infirmitate de qua obiit Bernarda ſocrus ſue vidit dictum hereticum coram dicta infirma, & audivit dici à quadam perſona quam nominat que ibi preſens fuerat quod dictus hereticus recepit tunc dictam infirmam ad ſectam & ordinem ſuum. ¶ Item predicta Petrona in quadam infirmitate quam habuit illo tempore conceſſit dicto heretico qui ſibi loquebatur de receptione ad ſectam ſuam ſi in illa infirmitate multum debilitaretur, quod ipſa faceret de hoc illud quod Deus vellet. Et ſi hereticus dixiſſet ſibi tunc quod Deus volebat hoc quod reciperetur ad ſectam & ordinem ipſorum ipſa conceſſiſſet in hoc. ¶ Item comedit
90. bis de pane benedicto dicti heretici. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia illo tempore quo hereticus ſtabat in dicta domo, & receſſit ab ea quando vidit quod perſone alie dicte domus capiebantur propter factum dicti heretici. ¶ Predicta conmiſit à quatuor annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec revelavit predicta donec alie perſone de domo ſua fuerunt capte & confeſſe.

¶ Petrona uxor Raymundi pageſii de ſancta fide filia quondam Bartholomei Johannis de taravello, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, nonis Junii anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit conmendari ſibi hereticos & vitam & ſectam ipſorum à patre ſuo predicto & Arnalda matre ſua. ¶ Item vidit in quadam domo Tholoſe quam nominat cum quibusdam aliis perſonis quas nominat quendam hereticum quem audivit nominari Petrum Raymundi & ibidem audivit verba & predicationem predicti heretici cum aliis perſonis quas nominat, & dixit coram dicto heretico ter benedicite, & hereticus reſpondebat Deus vos benedicat. ¶ Item in infirmitate de qua obiit Arnalda mater ſua vidit & ſcivit & conſenciit & opem & operam dedit ad hoc quod unus hereticus qui vocabatur Amelius veniret ad dictam infirmam ut hereticaret eam, & dictus hereticus fuit coram dicta infirma duabus vicibus ipſa Petrona vidente & ſciente. ¶ Item de mandato matris ſue tradidit XII. denarios regales Petro Filii ut traderet eos dicto Amelio heretico illa vice. ¶ Item ipſa vidente & conſenciente alius hereticus qui vocabatur Petrus Raymundi venit ad dictam infirmam & hereticavit eam & recepit ad ſectam & ordinem ſuum. ¶ Item in quadam infirmitate quam ipſa habuit fuit requiſita per quendam hominem quem nominat quod poneret ſe in endura & vellet recipi ad ordinem hereticorum & facere illum bonum finem. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto heretici. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per quinque vel ſex annos. ¶ Predicta conmiſit à quatuordecim annis & à decem citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum de predictis donec fuit citata.

¶ Arnalda uxor Raymundi fabri eſpanhol de borno ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Septembris, item XVIII°. Kalendas Octobris, anno Domini M°. CCC°. XII°. vidit in domo ſeu campmaſio hiſpanorum juxta bornum duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium

ejus,

ejus, in quodam ſolario dicte domus, & ibidem audivit verba & predicationem hereticorum & adoravit eos petendo benedictionem eorum junctis manibus inclinando ſe tribus vicibus coram eis & dicendo qualibet vice benedicite, & hoc fecit cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. ¶ Item in domo Petrone ſicarde de borno alios duos hereticos, ſcilicet Guilielmum Auterii & Amelium. ¶ Item alia vice in domo Johannis Mercaderii de borno in quodam ſolario cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. ¶ Item conmendavit aliquando & audivit conmendari ſibi vitam & ſectam hereticorum. ¶ Item in domo Arnalde uxoris Raymundi eſpineti vidit & audivit Guilielmum Auterii & Amelium hereticos predictos. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per unum annum. ¶ Predicta conmiſit à novem annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum per ſe donec fuit per alios nominata & acuſata, & negavit & celavit veritatem in judicio à principio contra proprium juramentum.

¶ Raymunda uxor quondam Raymundi de albigeſio de ſeguer villa, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, v°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit conmendari ſibi vitam & ſectam hereticorum à quibusdam perſonis quas nominat in confeſſione ſua, & conceſſit eis quod volebat videre de dictis hereticis. ¶ Item poſtmodum vidit & viſitavit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos in quadam domo quam nominat, & audivit verba & predicationem dicti Petri Auterii heretici qui legebat in quodam libro cum aliis perſonis quas nominat, & adoravit dictos hereticos inclinando ſe junctis manibus coram eis & dicendo benedicite tribus vicibus, & conceſſit eis quod in fine ſuo volebat recipi ad ſectam & ordinem ipſorum. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. ¶ Item conceſſit quod Petrus Sancii hereticus adduceretur ad domum ſuam & viri ſui, ubi ſtetit dictus hereticus abſconditus per x. dies, vel circa & ibidem aliquociens audivit verba & predicationem dicti heretici, & miniſtravit ſibi aliquando comeſtibilia. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & quod haberent & tenerent bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per duos annos. ¶ Predicta conmiſit ab XI. annis & à decem & à ſeptem citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios revelata & citata. 90. b

¶ Guilielma de More de taravello uxor quondam Guilielmi more ſenioris, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio diverſis vicibus, in menſe Mayi & menſe Junii anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit pluries conmendari ſibi vitam & ſectam & fidem hereticorum à quibusdam perſonis quas in confeſſione ſua nominat, que inducebant eam ad amorem & credenciam ipſorum. ¶ Item vidit hereticos, ſcilicet Petrum Raymundi & Amelium & Petrum Sancii ſciens ipſos eſſe de illis qui vocantur heretici, & viſitavit eos pluries, non tamen ſimul, ſet aliquando iſtum aliquando illum, in diverſis temporibus & diebus, & aliquando de nocte & in diverſis hoſpiciis. ¶ Item dictum Petrum Sancii hereticum tenuit & recepit in quadam domo, quam de novo fecerat fieri Guilielmus more filius ſuus, in qua ſtetit dictus hereticus abſconditus poſtquam aufugerat de domo Poncii de hugonibus multis diebus & noctibus, & ipſa portabat ſibi neceſſaria de pane de vino de aqua, & ſcivit quod ibi dictus hereticus fuit viſitatus per quasdam perſonas quas nominat. ¶ Item dum quadam vice dictus Petrus Raymundi hereticus erat in domo Petri Filii, ubi ſtetit aliquibus diebus, dicta Guilielma emit vinum aliquociens & portavit illuc pro dicto heretico, de pecunia quam Arnalda uxor dicti Petri Filii tradebat ſibi. ¶ Item interfuit hereticationi Arnalde uxoris quondam Bartholomei Johannis de taravello, in illa infirmitate de qua obiit, & ibidem vidit cum dicta infirma Amelium hereticum cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. ¶ Item Petrum Raymundi hereticum predictum vidit cum dicta infirma. ¶ Item dicta Guilielma juvit ad hoc quod heretici adducerentur ad dictam infirmam de nocte cum quibusdam perſonis quas nominat. ¶ Item in illa infirmitate

de qua obiit dictus Bartholomeus Johannis ipsa audivit & scivit ab eodem quod si posset libenter haberet hereticos qui reciperent eum ad sectam & ordinem suum, & hoc ipsa conmendavit dicto infirmo quod bonum erat. ¶ Item Petrum Filii fugitivum pro facto heresis recepit & receptavit in domo sua cum quodam alio fugitivo pro facto heresis aliquociens. ¶ Item comedit semel de pane quem dedit sibi Petrus Sancii hereticus. ¶ Item scivit aliqua loca in quibus dictus Petrus Sancii hereticus tenebatur absconditus, & aliquando misit sibi de pane & de vino & de blado per aliquas personas quas nominat.

¶ Item scivit multas personas que erant credentes & consencientes in facto hereticorum. ¶ Item promisit & concessit Petro Sancii heretico quod in infirmitate sua vel in fine suo vellet recipi per aliquem de ipsis hereticis si venirent ad eam, & hoc idem promisit & concessit alia vice Amelio heretico presente Petro Filii. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & habere bonam sectam in qua possent salvari, & fuit in illa credencia à principio quo incepit videre dictos hereticos per multos annos. ¶ Predicta conmisit à duodecim annis citra, & à quinque, & à IIII^{or} & à tribus antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum de predictis donec fuit per alios acusata & postmodum citata, nec voluit confiteri donec fuit detenta in carcere, & palliavit à principio confessionem suam, & negavit & celavit de pluribus veritatem in judicio.

¶ Petrus Johannis de bunhaco filius quondam Bernardi Johannis de parochia de taravello, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio pridie Kalendas Junii, item III°. nonas Junii, anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit conmendari sibi vitam & sectam hereticorum à quodam homine quem nominat, & concessit illi quod volebat videre unum hereticum quem sibi nominavit & locum ubi erat. ¶ Item vidit & visitavit pluries & in pluribus locis Petrum Sancii hereticum, & comedit & bibit semel cum dicto heretico, & rasit sibi barbam & garsavit eum de tibiis. ¶ Item misit & portavit dicto heretico, aliquando vinum, & aliquando de blado suo, & semel portavit pro dicto heretico ad quendam locum bladum quod accepit à quadam persona quam nominat. ¶ Item pro duabus per-
91. sonis infirmis quas nominat fuit nuncius ad eas, si vellent habere hereticum in illa infirmitate ut reciperet eas ad sectam & ordinem suum, & pro altera illarum personarum laboravit eundo de nocte ad quandam personam quam nominat, quomodo hereticus posset haberi. ¶ Item tenuit & custodivit duo rasoria, que tradidit sibi quedam persona quam nominat ut venderet ea & custodiret pecuniam pro dictis heretis. ¶ Item scivit aliquas personas quas nominat esse consencientes in facto hereticorum. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & habere bonam fidem & bonam sectam in qua possent salvari, & fuit in illa credencia per dimidium annum. Predicta conmisit à quatuor annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum & revelandum predicta donec fuit captus, & alie persone que sciebant factum ipsius fuerunt confesse.

¶ Poncius Cultellerii oriundus de limoso, habitator Tholose pectinerius, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, X°. Kalendas Augusti, item XV°. Kalendas Januarii, anno Domini M°. CCC°. XIII°. audivit conmendari sibi illos bonos homines qui vocantur heretici & vitam & sectam ipsorum, per quasdam personas quas in confessione sua nominat, que inducebant ipsum ad amorem & credenciam ipsorum. ¶ Item in domo Petri Monerii de limoso quadam nocte vidit Guilielmum Auterii hereticum sciens ipsum esse talem, & audivit verba & predicationem seu doctrinam dicti heretici de nocte ad lumen. ¶ Item quadam vice post predicta in quadam domo Tholose vidit duos homines, unum senem & alium juvenem, & eadem die audivit à Bernardo de Carcassona qui duxerat dictum Poncium ad dictam domum, quod ille homo senior erat Petrus Auterii. ¶ Item dictus Bernardus de Carcassona dixit sibi quod dictus Petrus Auterii volebat multum loqui cum dicto Poncio, quia Petrus Monerii conmendaverat ipsum Poncium dicto Petro Auterii, & tunc dictus Poncius concessit & concensiit quod

irent

rent ad dictum Petrum Auterii, & iverunt ambo ſimul & invenerunt eum in dicta domo, & ſedit cum eo, & audivit verba ipſius Petri Auterii de epiſtolis & euangeliis, & ſcivit & audivit ibidem quod dictus Petrus Auterii erat de illis qui vocantur heretici qui erant fugati. ¶ Item audivit ab eodem heretico conmendari vitam & ſectam ipſorum hereticorum, & quod ipſi habebant ſpiritum ſanctum ſicut Apoſtoli. ¶ Item audivit ab eodem heretico, quod peccatum erat jacere cum uxore ſua. ¶ Item requiſitus per dictum hereticum quod genuflecteret coram eo & diceret benedicite, tunc genuflexit & dixit benedicite coram eo, & hereticus reſpondit, Deus vos perducat ad bonum finem. ¶ Item quadam vice recepit quendam ſaccum cum pecunia à Petro Monerii, & portavit ad domum cujusdam quem nominat, & tradidit cuidam mulieri, de qua pecunia poſtea audivit & ſcivit per Guilielmum Petri quod ipſe Guilielmus Petri portaverat dictam pecuniam hereticis in ſavarteſium. ¶ Item aliquando fuit requiſitus & invitatus per Petrum Monerii ſi volebat videre Guilielmum Auterii & Petrum Auterii hereticos, qui volebant loqui cum dicto Poncio, & quod dictus Petrus Monerii duceret eum ad expenſas proprias in Savarteſium ad dictos hereticos & oſtenderet eos ſibi. ¶ Item audivit nominari ſibi multas perſonas conſencientes in facto hereticorum, quas in confeſſione ſua nominat. ¶ Item per aliquos annos ſtetit in dubio utrum heretici haberent bonam fidem & bonam ſectam, & in parte credebat hoc, & in parte non credebat, donec fuit coram Petro Auterii heretico Tholoſe, & tunc ſimpliciter credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & credentes ipſorum poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia quamdiu ſtetit cum dicto Petro Auterii heretico, & receſſit à dicta credencia eadem die poſtquam receſſerat ab heretico. ¶ Predicta conmiſit audiendo conmendari & loqui de perſonis credentibus hereticorum à viginti duobus annis, & à viginti, & à xv. citra, & à x. annis de viſione dicti heretici citra, antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum de predictis donec fuit captus duabus vicibus & in carcere detentus, nec in prima captione & detentione aliquid voluit confiteri.

¶ Johannis de Morovilla filius quondam Guilielmi de Morovilla ſenioris de parochia de Varenis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio nonis Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. ſcivit & vidit & aliquociens viſitavit Petrum Sancii hereticum in quadam borda ipſius Johannis & fratrum ſuorum, ubi ſtetit dictus hereticus multis diebus & noctibus, & audivit verba & predicationem dicti heretici ibidem. Item alia vice vidit dictum hereticum, & fuit loquutus cum eo in quadam domo prope aurinum quam nominat, ubi dictus hereticus fecerat ſibi minui illa die. ¶ Item vidit & ſcivit Petrum Filii de taravello in borda ſua cum quodam alio, & in quibusdam aliis locis, quem ſciebat eſſe fugitivum propter factum hereſis, & portavit unum lectum pro dicto Petro Filii fugitivo cum animali ſuo de Tholoſa uſque taravellum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi heretici & credentes ipſorum poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per medium annum. ¶ Predicta conmiſit ab uno anno & ab octo menſibus, & à dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec Raymundus frater ſuus & quidam alii conplices & conparticipes in facto predicti heretici fuerunt capti. 91. b.

¶ Bernardus de Morovilla filius quondam Guilielmi de Morovilla ſenioris de parochia de Varenis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio nonis Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. vidit in quadam borda ſua & fratrum ſuorum quendam hominem de quo audivit & ſcivit quod erat de illis qui vocantur heretici, & ſtetit ibi dictus hereticus per tres ſeptimanas, de quo audivit dici quod vocabatur Petrus Sancii, & viſitavit dictum hereticum in dicta borda pluribus vicibus, & audivit ipſius verba & admonitiones, & vidit eum legentem in libro quodam, & ſemel de nocte dictus hereticus ivit ſpaciatum, & ipſe aſſociavit eum.

¶ Item una vice emit panem, & alia vice fecit emi pro dicto heretico de pecunia quam tradebat ſibi dictus hereticus. ¶ Item ivit pro dicto heretico apud aurinum pro panno quodam dicti heretici, quem pannum aportavit heretico. ¶ Item credidit dictum hereticum & alios de ſecta ſua eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam vitam & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per medium annum vel circa. ¶ Predicta conmiſit ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec Raymundus frater ſuus & alii conplices & conparticipes in facto dicti heretici fuerunt capti propter factum dicti heretici.

¶ Johanna boſca uxor quondam Petri de boſco de Verduneto, que moratur in quodam campmaſio prope Verdunetum, filia quondam Petri arquerii ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, Nonis Julii anno Domini M°. CCC°. XII°. vidit pluries & in diverſis locis hereticos, aliquando duos aliquando unum, ſcilicet Petrum Auterii & Amelium & Jacobum Auterii, & audivit & ſcivit ipſos eſſe hereticos, & audivit verba & predicationem ipſorum, & adoravit eos modo hereticali inclinando ſe junctis manibus tribus vicibus coram eis, & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis perſonis quas nominat ſimiliter adorari. Item conceſſit Jacobo Auterii heretico quod in fine ſuo eſſet & placeret ſibi illud bonum quod heretici faciunt credentibus ſuis quando veniunt ad eos in infirmitate. ¶ Item ſcivit quasdam perſonas alias quas nominat in confeſſione ſua eſſe credentes & conſencientes in facto ipſorum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere & tenere bonam vitam & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit hereticos predictos, donec audivit alias perſonas capi propter factum hereticorum. Predicta conmiſit ab octo vel novem annis citra & à ſeptem antequam confiteretur judicialiter de predictis, & prima vice qua fuit citata negavit in judicio veritatem de predictis, nec poſtea venit ad confitendum & revelandum predicta donec fuit ſecunda vice citata, nec tunc voluit confiteri donec fuit areſtata ad portam & poſtea in carcere.

¶ Bernarda uxor Bernardi textoris de rupe ſireria, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. audivit conmendari ſibi illos bonos homines qui vocantur heretici à quadam muliere quam nominat, & quod heretici veniebant ad domum Guilielmi porcelli de luganno, & Petrus Sancii qui erat unus ex eis, & rogata per dictum mulierem quod faceret eis bonum, conceſſit quod libenter faceret eis bonum. ¶ Item dicta Bernarda rogavit aliquas alias mulieres quas nominat quod facerent bonum hereticis, & recepit ab una muliere XII. denarios regales pro dictis hereticis. ¶ Item predictos denarios & alios XII. de ſuis tradidit illi mulieri que primo rogaverat eam pro hereticis, ut redderet vel mitteret eis ex parte ſua & illius mulieris que tradiderat ſibi XII. denarios regales. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam vitam & bonam fidem & bonam ſectam in qua homo ſalvari poſſet, & fuit in illa credencia per octo dies. ¶ Predicta conmiſit per IIII^or annos antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios detecta & citata & arreſtata in carcere. Et negavit à principio veritatem de predictis contra proprium juramentum.

92. ¶ Petrona filia quondam Guilielmi alrici & Aymengardis Aldrige de ſancto Martino de landa, uxor nunc Raymundi Michaëlis de ſancto papulo, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII°. nonas Septembris anno Domini M°. CCC°. XV°. fuit olim confeſſa de hiis que conmiſerat in crimine hereſis coram fratre Poncio de poieto, tunc inquiſitore heretice pravitatis, ſub anno Domini M°. CCC°. LXVIII°. pridie nonas Febroarii, videlicet quod viderat hereticos in domo materna, & adoraverat eos flexis genibus dicendo benedicite, & audiverat predicationem eorum, & comederat de pane benedicto ab hereticis, & crediderat hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem, & pro hiis que conmiſerat in facto hereticorum habuit poſtmodum penitenciam & nomi-

ne

ne penitencie ut portaret cruces & faceret aliquas peregrinationes, que penitencia fuit ſibi inpoſita & injuncta per inquiſitores fratrem Poncium de poieto & fratrem Stephanum Vaſcinenſem in ſermone publico facto Tholoſe v°. ydus Marcii, anno Domini M°. CC°. LXVIII°. ¶ Item poſtmodum habuit graciam de crucibus deponendis per inquiſitores, ſcilicet fratrem Poncium de parnaco & fratrem hugonem de boviolis in feſto beati Marchi euangeliſte, ſub anno Domini .M°. CC°. LXXVII°. ſicut de temporibus & de annis plenius conſtat per libros inquiſitionis, & per literas inquiſitorum predictorum eidem Petrone conceſſas.

¶ Predicta Petrona poſt omnia predicta & poſt hereſim ab ipſa in judicio abjuratam, ſicut coram inquiſitore recognovit de abjuratione à ſe prius facta, ex tunc audivit conmendari ſibi vitam & ſectam hereticorum à Guilielma Ponſenca, & ex tunc in domo dicte Guilielme vidit & viſitavit Jacobum Auterii hereticum quadam vice, & audivit predicationem ipſius inclinando ſe coram eo dixit benedicite tribus vicibus. ¶ Item alia vice in eadem domo vidit Petrum Auterii & Jacobum predictum hereticos, & portavit pro eis nuces & de farina ſua. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto ab heretico, & conſervavit de dicto pane multis annis. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere & tenere bonam ſectam & bonam fidem, & fuit in dicta credencia aliquibus annis. ¶ Item in quadam infirmitate quam habuit & de qua convaluit conceſſit dicte Guilielme ponſenca requirenti eam ſuper hoc, quod vellet habere hereticos qui reciperent eam ad ſectam ſuam. Predicta conmiſit per XII. annos & citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata, & celavit & negavit à principio veritatem in judicio pluries requiſita contra proprium juramentum.

¶ Raymundus Yvernati habitator de borno oriundus de ſancto urciſſio, filius quondam Poncii Yvernati de ſancto urciſſio, poſtquam fuerant ſibi inpoſite cruces portande & injuncte peregrinationes faciende pro hiis que confeſſus fuerat in judicio ſe in facto hereſis conmiſiſſe, & poſtquam hereſim in judicio abjuraverat, abſentavit ſe & aufugit de Tholoſano cum Johanna uxore ſua, & ambo depoſuerunt cruces propria voluntate contra juramentum factum de parendo mandatis eccleſie & inquiſitorum, fuitque poſtmodum tanquam ſuſpectus de hereſi citatus publice & canonice nec comparuit, unde fuit exconmunicatus tanquam contumax in cauſa fidei, ſub anno Domini M°. CCC°. X°. VII°. Kalendas Octobris, quam exconmunicationis ſententiam ſuſtinuit per annum cum dimidio & amplius animo pertinaci, fuitque citatus poſtmodum canonice ut veniret diffinitivam ſententiam auditurus, nec venit nec conparuit, & tandem exiſtens in fuga & contumacia & in ſentencia exconmunicationis fuit captus & adductus Tholoſam, anno Domini M°. CCC°. XII°. in menſe Auguſti.

¶ Predictus Raymundus Yvernati, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio VII°. ydus Septembris anno Domini M°.CCC°. XII°. audivit à Guilielmo Arnaldi eſpanhol ſororio ſuo, quod rogavit & induxit ipſum quod vellet recipere amicos ſuos, & dedit ſibi intelligere de Petro Sancii de garda, & poſt paucos dies poſtquam viderat duos hereticos in domo dicti Guilielmi Arnaldi, intellexit quod predicta verba dixerat ſibi dictus Guilielmus Arnaldi inducendo ipſum ad factum hereticorum, & de hoc nichil confeſſus fuit in prima confeſſione. ¶ Item illa vice qua vidit duos hereticos in quodam ſolario domus Guilielmi Arnaldi, quos oſtendit ſibi Guilielma uxor dicti Guilielmi Arnaldi, ſicut in prima confeſſione ſua continetur, tunc unus illorum hereticorum petivit ab eo quod faceret eis reverenciam vel convenienciam, & ipſe reſpondit quod paratus erat facere omne bonum, ſet tarde erat & volebat recedere, & recepit comeatum à dictis hereticis, & tunc Martinus Franciſci qui erat cum hereticis in receſſu dixit ſibi, quod antiquior dictorum hereticorum vocabatur Petrus Auterii, & alter Amelius. Et iſta, ſcilicet de nominibus hereticorum & quod petiviſſet hereticus ab eo quod vellet facere reverenciam vel convenienciam eis, non dixit in prima confeſſione. ¶ Item 92. b.

tem Guilielma predicta incantavit eum quod non diceret alicui quod vidisset dictos hereticos in domo sua, nec revelaret eos, & quod non faceret eis malum, & ipse promisit hoc dicte Guilielme, scilicet quod non revelaret, nec faceret eis malum. ¶ Item postquam prima vice fecerat confessionem coram tenente locum inquisitoris Tholose, sub anno Domini M°. CCC°. V°. in vigilia beati Thome de hiis que in dicta confessione sua plenius continentur, ex tunc quadam vice & quadam die circa festum penthecostes ivit apud bellum videre ad querendum ova, & tunc Petrus sicardi de borno dixit sibi quod si inveniret Bernardum sicardi fratrem suum quod diceret sibi quod veniret cito & adduceret illum probum hominem de quo dixerat sibi, & ipse respondit quod libenter faceret, & invenit dictum Bernardum & dixit sibi predicta, & dictus Bernardus dixit quod Petrona uxor Petri Raymundi dominici debebat adducere illum hominem, & tunc ipse Raymundus ivit apud bellum videre pro alia causa, & quando redibat inde invenit dictam Petronam, cui dixit verba que dixerat sibi Petrus sicardi, & dicta Petrona dixit sibi quod statim recedebat dictus homo, & ostendit eum sibi aliquantulum longe, & ipse Raymundus processit, & quando fuit in cimiterio de borno, ille homo remansit & vertit se ad eum, & petivit ab eo ubi vendebatur bonum vinum, & tunc dictus Raymundus cognovit dictum hominem quod erat dictus Petrus Auterii hereticus quem alias viderat & respondit ei ostendendo domum Petri sicardi & matris sue, quod ibi erat bonum vinum, & tunc Bernardus sicardi fuit ibi & vocavit dictum hereticum & ipse Raymundus ivit ad domum suam, & post aliquam pausam eadem die ipse audivit dici quod Petrona sicardi mater dicti Petri sicardi & Bernardi erat mortua, & tunc statim dictus Raymundus perpendit quod dictus hereticus venerat ad hereticandum dictam Petronam sicarda. ¶ Item post predicta per unum annum vel circa predictus Raymundus constitutus in judicio coram inquisitore Tholosano apud villam murum, VII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. VII°. celavit & suppressit scienter predicta, scilicet quomodo viderat Petrum Auterii hereticum dicta vice, & quomodo intraverat dictam domum Petrone sicarde sicut dixit supra. Interrogatus vero quare non revelavit dicto inquisitori predicta apud villam murum, respondit quod hoc fecit propter timorem pene, quia timebat sibi quod judicaretur ex hoc relapsus, & quod traderetur ad mortem, quamvis recordaretur de predictis ut dixit. Interrogatus, quare postmodum quando recepit penitenciam de crucibus portandis in publico sermone, sub anno Domini M°. CCC°. IX°. in festo trinitatis non revelavit veritatem de predictis inmediate, respondit, quod propter eandem causam, scilicet timorem mortis.

¶ Adzemarius Petri de banheriis, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, XVII°. Kalendas Julii, item VIII°. ydus Novembris anno Domini M°. CCC°. XV°. celavit & suppressit scienter veritatem in judicio contra proprium juramentum, de aliquibus personis quas in confessione sua nominat, de quibus olim sciverat & viderat quod participaverant cum hereticis, & consenciebant in facto hereticorum, ipso vidente & presente & procurante prout in confessione dicti Adzemarii plenius continetur, quamvis olim fuisset sibi promissa gracia de pena relapsus, si plenam & meram veritatem confiteretur de facto heresis de se & de aliis, quod tum non adimplevit, nec in prima vice quando fuit confessus, nec etiam antequam reciperet penitenciam pro confessatis ab ipso, nec etiam post, donec fuit per alios conplices revelatus & detectus de aliquibus, nec etiam postmodum infra terminum sibi prefixum per inquisitorem sub eadem promissione gracie, set abusus est & transgressus.

¶ Stephanus porcherii, filius quondam Guilielmi Gebennensis, oriundus de lugduno salinerio in Burgundia conversus ab heresi secte Valdensium seu pauperum de lugduno, sicut legitime nobis constat per ipsius confessionem factam in judicio, anno Domini M°. CCC°. XIIII°. in mense Febroarii, fuit olim receptus ad sectam & ritum Valdensium qui alias dicuntur pauperes de lugduno, per quendam Valdensem qui vocabatur Cristinus presentibus aliis Valdensibus quos in confessione sua no-

nominat, ſecundum modum & ritum recipiendi Valdenſium ad dictam ſectam in qua fuit & perſeveravit, ſervando & tenendo eam per ſeptem annos vel circa comedendo & bibendo & convivendo & participando cum aliis Valdenſibus dicte ſecte & credentibus eorundem, in diverſis locis & villis & terris. Nomina autem Valdenſium, quos vidit & ſcivit eſſe tales, & cum quibus participavit & fuit, ſunt hec, Criſtinus predictus, & Johannes de chalo ſeu de Chabilone, qui erant majores illius ſecte, & Johannes Moran, & Petrus, & Rotbertus fochardi, & Gerardus provincialis, & alius Gerardus Burgundus ſeu Viennenſis, & Perrinus Belys, & Arnaldus de cernone clericus, & Bernardus qui erat de linga albigeſii, & Johannes barrileti, & Johannes filius Martini de bolha, & Perrinus ſavorelli Burgundus, & quidam alius qui vocabatur Porcherius, & Perrinus de gaudone clericus, & Johannes breyſſan, & quedam mulier que vocabatur Raymunda de Caſtris, que erat ejusdem ſecte, & omnes predictos ſcivit eſſe Valdenſes, & tenere vitam & ſectam Valdenſium. ¶ Item audivit & ſcivit quod Valdenſes quamvis ſint layci, nec ordinati per epiſcopos eccleſie Romane, audiunt confeſſiones peccatorum, hominum & mulierum credentium ſecte ſue qui volunt eisdem confiteri, & injungunt penitenciam confitentibus pro peccatis, & dicunt dicti Valdenſes ſe habere hanc poteſtatem audiendi confeſſiones & injungendi penitenciam à Deo, ſicut habuerunt apoſtoli, & nullo modo recognoſcunt ſe habere eam ab eccleſia Romana. ¶ Item dictus Stephanus aliquociens fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de predictis Valdenſibus, & recepit penitenciam ab eisdem. ¶ Item dictus Stephanus porcherii ſemel audivit confeſſionem cujusdam quem nominat, & eidem impoſuit penitenciam. ¶ Item ſcivit quod dicti Valdenſes non obediunt Romane eccleſie, nec propter eam non dimitterent ſectam ſuam, & quod dicunt dictam Romanam eccleſiam facere indebite & injuſte & peccatum, quia ipſos perſequitur & condempnat. ¶ Item dicunt & tenent & docent inter ſe quod eccleſia Romana non poteſt eos exconmunicare. ¶ Item dicti Valdenſes credunt & tenent quod in iſta preſenti vita ſolum ſit penitencia & ſit purgatorium pro peccatis, & quando anima recedit à corpore vadit ad paradiſum vel ad infernum, & ex tunc dicti Valdenſes non faciunt orationes nec alia ſuffragia pro deffunctis, quia dicunt quod illi qui ſunt in paradiſo non indigent, & illis qui ſunt in inferno non prodeſſent. ¶ Item dicti Valdenſes dicunt & tenent quod Deus in euangelio prohibuit omne juramentum ſine exceptione, & quod in nullo caſu debet homo jurare pro quacunque veritate in judicio vel extra, & quod jurare ſemper eſt peccatum. ¶ Item quod Deus prohibuit omne judicium fieri. Item dictus Stephanus credidit fidem & ſectam & vitam Valdenſium eſſe bonam & eſſe viam ſalutis, in qua dicti Valendenſes & illi qui tenent eam poſſent ſalvari, quamvis ſciret quod eccleſia Romana dictam ſectam perſequitur & condempnat, & fuit in dicta credencia per x. annos, & perſeverabat in ea, quando fuit adductus captus coram inquiſitore Tholoſano, & aliquanto tempore poſt.

93.

¶ *Sentencia inmuratorum.*

IN nomine Domini Jeſu Chriſti, amen. Quoniam nos prefati frater Bernardus & frater Gaufridus inquiſitores & Petrus de lacu officialis Tholoſanus datus conmiſſarius in hac parte à domino Galhardo epiſcopo Tholoſano, per inquiſitionem legitime factam invenimus & in judicio nobis conſtat, quod tu Poncius Raynes filius quondam Poncii Raynes de ſancto Sulpicio. Et tu Beatrix uxor Bernardi boſqueti de Merlato, filia quondam Dominici de Mazeriis de Merlato. Et tu Bernarda uxor quondam Petri Raymundi de hugonibus habitatrix Tholoſe. Et tu Jacobe Geraldi de aurino. Et tu Eſclarmunda uxor Raymundi Geraldi de aurino. Et tu Petrona uxor Petri Geraldi de aurino. Et tu Petrona uxor Raymundi pageſii de

ſancta fide filia quondam Bartholomei Johannis de taravello. Et Arnalda uxor Raymundi fabri eſpanhol de borno. Et tu Raymunda uxor quondam Raymundi de Albigeſio de ſeguer villa. Et tu Guilielma de More de taravello uxor quondam Guilielmi More ſenioris. Et tu Petre Johannis de bunhaco filius quondam Bernardi Johannis. Et tu Poncius Cultellerii pectinerius habitator Tholoſe. Et tu Johannes de morovilla filius quondam Guilielmi de Morovilla ſenioris. Et tu Bernarde de Morovilla filius quondam predicti Guilielmi de Morovilla ſenioris. Et tu Johanna boſca uxor quondam Petri de boſco de Verduneto. Et tu Bernarda uxor Bernardi textoris de rupe fireria. Et tu Petrona uxor Raymundi Michaëlis de ſancto papulo filia quondam Guilielmi Alrrici & Aymengardis Aldrige de ſancto Martino de landa. Et tu Raymunde Yvernati habitator de borno filius quondam Poncii Yvernati de ſancto Urciſſio. Et Adzemarius Petri de banheriis. Et tu Stephane porcherii filius quondam Guilielmi Gebennenſis qui fuiſti oriundus de lugduno ſalinerio in Burgundia. Tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari, vos omnes perſonaliter coram nobis in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam & ad audiendum diffinitivam ſentenciam perhemptorie aſſignatis redire volentes ſicut aſſeritis de corde bono & fide non ficta ad eccleſiaſticam unitatem & omnem hereſim omnemque favorem ac credenciam hereticorum cujuscunque ſecte ac omnia pertinencia ad credenciam ritumque ac favorem heretice pravitatis nunc publice coram nobis in judicio abjurantes promittentesque fidem Romane eccleſie ſervare & tenere & deffendere orthodoxam, & perſequi hereticos credentes, fautores, receptatores, ac deffenſores eorum, & detegere ac revelare ubicunque ſciveritis eos eſſe, jurantes inſuper ſuper premiſſis, mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter & fideliter obedire, abſolutionis beneficio à nobis vobis inpenſo ab exconmunicatione qua pro dictis culpis tenebamini aſtricti, ſi tamen ex corde bono ad eccleſie redieritis unitatem & injuncta vobis mandata ſervaveritis, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali de bonorum virorum ac peritorum in utroque jure conſilio ad perpetuum carcerem muri in hiis ſcriptis ſentencialiter condempnamus, ad peragendum ibidem in pane doloris & aqua tribulationis & anguſtie penitenciam ſalutarem. Et quia tu Petrona uxor Raymundi Michaëlis de ſancto papulo, & tu Adzemarius Petri de banheriis amplius & gravius deliquiſtis in judicio pejerando & poſt gratiam vobis dudum factam dicta gracia abutendo, & tu dicte Adzemari ſcienter veritatemde perſonis aliquibus culpabilibus in judicio ſubprimendo, & ideo eſtis gravius puniendi vos in muro ſtricto & in loco arciori in vinculis perpetuo decernimus includendos, precipientes omnibus vobis & ſingulis ſuperius nominatis ſub virtute preſtiti juramenti, quod ſine omni dilatione ad murum inquiſitorum Tholoſe talibus perſonis culpabilibus deputatum vos transferatis & ibidem perſonaliter includatis, quod ſi hoc mandatum noſtrum contempſeritis adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temerarie poſt ingreſſum abſque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum licencia exeundo aut alias contra jurata vel abjurata per vos quocunque tempore veniendo per hoc veſtram converſionem fictam & veſtram inpenitenciam oſtendendo, vos ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes culpisque aſtrictos prioribus, nec non & omnes qui ſcientes vos eſſe tales receptaverint aut deffenderint aut vobis predicta mandata noſtra non conplentibus ne conpleatis ea conſilium auxilium inpenderint vel favorem, auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus, decernentes abſolutionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe. Retinemus autem nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus plenam & liberam poteſtatem addendi diminuendi agravandi mitigandi conmutandi vel etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint ſcienter ſeu malicioſe aliqua de facto hereſis ſuppreſſiſſe ſeu aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato.

93. b.

Lata

¶ Lata fuit hęc ſentencia anno & die & loco quibus ſupra in principio preſentis ſermonis inquiſitorum preſentibus & aſſiſtentibus in ſermone quibus ſupra.

¶ *Et me Jacobo Marqueſii notario officii inquiſitionis qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (L.S)

Et me Petro de Claveriis notario publico Tholoſe jurato officii inquiſitionis, qui preſens interfui & de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ſcripſi & ingroſſavi, & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

¶ *Sentencia deffunctorum in fautoria hereticorum.*

94. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Quoniam nos prefati inquiſitores & officialis conmiſſarius in hac parte per inquiſitionem factam invenimus ac per teſtes receptos in judicio legitime nobis conſtat, quod Guilielmus de monte acuto prope ſanctum Felicem dum vivebat pluries vidit Petrum Auterii & Jacobum filium dicti Petri, & Petrum Raymundi de ſancto papulo, & Bernardum Audoyni, & Matheum Germani hereticos, & aliquos ex eis in ſuo hoſpicio receptavit, & alibi in quibusdam locis viſitavit, & pecuniam ſub conmenda à dicto Bernardo Audoyni recepit & tenuit & cuſtodivit, & quedam alia in favorem dictorum hereticorum conmiſit dum ageret in humanis, de quibus non conſtat nobis ipſum fuiſſe confeſſum nec emendatum nec finaliter penitentem.

¶ Item quod Beatrix uxor quondam Poncii de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium multa conmiſit in facto hereſis dum vivebat, & in domo ſua tenuit & recepit Petrum Auterii & Petrum Sancii hereticos, & ibidem ipſa vidente ſciente & conſenciente fuerunt dicti heretici per perſonas alias viſitati, ſuper quibus vocata & citata & in judicio requiſita negavit & celavit veritatem nec eam voluit confiteri, & per VIII°. menſes & amplius expectata obiit in muro non petitis ab ea eccleſiaſticis ſacramentis, nec oſtenſo aliquo ſigno devotionis aut contritionis, ex quibus apparet ipſam de predictis finaliter inpenitentem deceſſiſſe.

¶ Poſtmodum vero citatis & vocatis filiis & heredibus & parentibus ac bonorum detentoribus predictorum deffunctorum Guilielmi & Beatricis in propriis domiciliis propoſitisque publicis edictis in eccleſiis parochialibus eorundem certis diebus perhemptoire aſſignatis eisdem per nos inquiſitorem Tholoſanum prefatum ad deffenſionem & excuſationem ipſorum deffunctorum ſi deffendere poterant & volebant, nulloque legitimo deffenſore pro ipſis deffunctis conparente qui ipſos vel aliquem ex ipſis vellet deffendere. Renunciatoque tandem & concluſo in cauſa deffenſionis predictorum deffunctorum per filios & heredes ſeu bonorum detentores eorundem, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato conmunicato & prehabito conſilio ſapientum & peritorum in jure hac preſenti die & loco ad diffinitivam ſententiam ſuper premiſſis perhemptorie aſſignatis habentes Deum pre oculis, & ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſententiam dicimus & declaramus, predictum Guilielmum & predictam Beatricem fuiſſe fautores & receptatores hereticorum dum viverent & tales deceſſiſſe, & penas contra tales à jure poſitas & ſtatutas incurriſſe in vita pariter & in morte, precipientes oſſa predicti Guilielmi & predicte Beatricis de ſacris cimiteriis exhumanda, ſet ex hoc non ea decernimus conburenda.

¶ Lata fuit hec ſentencia anno die & loco & preſentibus quibus ſupra in principio preſentis ſermonis.

¶ *Et me Jacobo Marqueſii notario officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Et me Petro de Claveriis publico Tholoſe notario, jurato officii inquiſitionis qui preſens interfui, & de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ſcripſi & ingroſſavi & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

¶ *Sentencia deffunctorum in hereſi.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Nos prefati inquiſitores & conmiſſarius in hac parte, per inquiſitionem factam invenimus ac per teſtes receptos in judicio legitime nobis conſtat. ¶ Quod Guilielma uxor quondam Guilielmi Petri Dominici de borno conmiſit in facto hereſis dum vivebat, nec non in ſua ultima egritudine de qua deceſſit fuit hereticata & recepta in dampnatam ſectam hereticorum tam per Petrum Auterii quam per Jacobum Auterii hereticos & dampnabiliter obiit in eadem.

94. b. ¶ Item quod Montolina uxor quondam Martini Franciſci de limoſo multa conmiſit in hereſi dum vivebat, receptando hereticos in domo ſua, & audiendo ibidem verba & predicationes & errores hereticorum contra fidem, & plures perſonas inducendo ad amorem & credenciam hereticorum conmendando vitam & ſectam ipſorum, dictosque hereticos adorando modo hereticali, & cum Petro Auterii & Amelio hereticis aufugit de limoſo & in pluribus locis & hoſpiciis plures hereticos vidit & viſitavit, & predicationes eorum audivit, & adoravit, in ultimo fine ſuo poſuit ſe in endura hereticorum in qua endura ſine infirmitate alia multis diebus perdurans fuit hereticata & in ſectam dampnatam hereticorum recepta per Petrum Auterii hereticum, & per Petrum Raymundi hereticum viſitata, fecitque legatum hereticis de rebus ſuis quod ipſamet perſolvit antequam moreretur, & ſic dampnabiliter obiit hereticata, & in ſectam dampnatam hereticorum recepta apud burnum in campmaſio hyſpanorum, cujus corpus credentes hereticorum abſconderunt & abſcondite alicubi de nocte ne ſciretur ſepeliverunt.

¶ Item quod Raymunda filia quondam Raymundi gach ſenioris uxorque Guilielmi Graneti de Tholoſa multa conmiſit in hereſi dum vivebat, videndo & viſitando hereticos & participando cum perſonis credentibus hereticorum & conſenciendo eis in facto ipſorum, & Petrum Auterii hereticum tenuit & recepit in domo ſua pro hereticando Raymundo gach fratre ſuo, & ipſa preſente & conſenciente, & procurante dictus hereticus hereticavit Raymundum gach fratrem ſuum in illa infirmitate de qua obiit, & ipſa Raymunda perſolvit legatum quod dictus Raymundus gach fecit hereticis, & dicta Raymunda de rebus ſuis dedit & miſit hereticis, & in ultima infirmitate de qua obiit petiit & voluit habere hereticos ſi potuiſſet, de quibus omnibus ſuppreſſit veritatem in judicio contra proprium juramentum, & palliate & ficte aliqua recognovit.

¶ Item quod Arnalda uxor quondam Bartholomei Johannis de taravello conmiſit in facto hereſis dum vivebat, conmendando hereticos & vitam & ſectam ipſorum perſonis aliis, & audivit ſibi ab aliis conmendari, & in ultima egritudine ſua qua deceſſit fuit per Petrum Raymundi & per Amelium hereticos viſitata & hereticata, & in ſectam dampnatam hereticorum recepta, & dampnabiliter obiit in eadem.

¶ Item quod Petrus benedicti de taravello multa ſuppreſſit de facto hereſis in judicio contra proprium juramentum, & poſtquam confeſſionem fecerat & hereſim in judicio abjuraverat ex tunc conmiſit in facto hereſis, conmendando hereticos & vitam & ſectam ipſorum perſonis aliis inducendo ad amorem & credenciam eorundem, & perſonis quas ſciebat conſencientes & credentes hereticorum adherendo & de facto hereticorum colloquendo, & ſcivit & procuravit quod Petrus Raymundi hereticus fuit adductus ad hereticandum Arnaldam uxorem Bartholomei Johannis in illa infirmitate de qua obiit. Item procuravit quantum in ipſo fuit quod aliqui benefacerent hereticis. Item in infirmitate de qua obiit petiit & voluit habere hereticum ut reciperet eum ad ſectam hereticorum, de hoc fecit tractari cum quibusdam perſonis credentibus hereticorum, & non ſtetit per eum quin hereticus fuerit ad eum perductus.

¶ Item quod Raymundus de albigeſio de ſeguer villa conmiſit in hereſi dum vi-

ve-

vebat, videndo & viſitando Petrum Auterii & Jacobum Auterii hereticos, & predicationem eorum audivit, & modo hereticali adoravit. Item Petrum Sancii hereticum in domo ſua recepit & tenuit per plures dies & noctes ubi dictus hereticus comedebat bibebat, & jacebat; & predicationem dicti heretici ibidem cum aliis de domo ſua pluries audivit, & illos de domo ſua incantavit ne dictum hereticum revelarent.

¶ Item quod Petrus Sanchas de pruneto multa conmiſit in hereſi dum vivebat, de quibus ſuppreſſit tam de ſe quam de aliis in judicio veritatem, nec non poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam fuit hereticatus per Petrum Sancii hereticum & receptus in dampnatam ſectam hereticorum & obiit dampnabiliter in eadem.

¶ Poſtmodum verò citatis & vocatis filiis & heredibus & parentibus predictorum virorum deffunctorum & mulierum defunctarum ſuperius nominatorum in domiciliis propriis propoſitisque edictis publicis in eccleſiis parochialibus eorundem certis diebus eisdem perhemptorie aſſignatis per nos inquiſitorem Tholoſanum prefatum ad defenſionem ipſorum & ipſarum perſonarum deffunctarum ſi defendere vel excuſare poterant & volebant, nulloque legitimo defenſore pro ipſis deffunctis comparente, qui ipſos vel aliquem ex ipſis deffunctis ſuperius nominatis vellet deffendere. Renunciatoque tandem & concluſo in cauſa deffenſionis predictorum deffunctorum & deffunctarum per filios ſeu heredes ſeu bonorum detentores, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato, conmunicato & prehabito conſilio ſapientum & peritorum in jure canonico & civili hac preſenti die ad diffinitivam ſententiam ſuper premiſſis perhemptorie aſſignata attendentes quod crimen hereſis propter ſui inmanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis per jura promptiſſima debeat vindicari, habentes Deum pre oculis & ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Divino noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſententiam dicimus & declaramus predictos deffunctos & predictas deffunctas tanquam inpenitentes de crimine hereſis aut hereticatos ſeu hereticatas fuiſſe & in hereſi deceſſiſſe, & predictos viros & mulieres per hanc noſtram ſententiam in hiis ſcriptis tanquam inpenitentes de crimine hereſis & tanquam hereticos ſeu in hereſi deceſſiſſe ſententialiter condempnamus, precipientes ut in ſignum perditionis oſſa ipſorum ſi ab aliis catholicorum oſſibus poſſint diſcerni de ſacris cimiteriis exhumentur & conburantur in deteſtationem criminis tam nephandi. 95.

¶ Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco quibus ſupra in principio preſentis ſermonis, preſentibus & aſſiſtentibus in ſermone preſenti quibus ſupra.

¶ *Et me Jacobo Marqueſii notario officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Et me Petro de Claveriis publico Tholoſe notario jurato officii inquiſitionis, qui preſens interfui, & de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ſcripſi & ingroſſavi & ſigno meo ſignavi. (LS)

¶ *Sentencia fugitivorum pro hereſi.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Quoniam Johannes Mercaderii filius quondam Jacobi Mercaderii de borno dudum confeſſus fuit die Mercurii ante epiphaniam Domini ſub anno Domini M°. CCC°. quinto ſe vidiſſe & recepiſſe in domo ſua ſex hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Guilielmum Auterii fratrem dicti Petri & Petrum Raymundi & Amelium & Andream pluribus vicibus & diverſis temporibus, non tamen omnes ſimul, ſet nunc iſtos nunc illos. Item in diverſis aliis hoſpiciis pluries viſitavit predictos hereticos nunc iſtos nunc illos. Item pluries audivit verba & predicationem ipſorum hereticorum contra fidem, & adoravit eos flectendo genua coram ipſis petendo benedictionem ipſorum, & fecit eis pactum ſeu promiſſionem quod in fine ſuo volebat recipi ad ſectam & ordinem ipſorum, & comedit pluries de pane benedicto hereticorum. Item credidit he-

reticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in tali credencia per tres annos. Predictus Johannes facta confeſſione de predictis & abjurata omni hereſi in judicio fuit reconciliatus prima vice.

¶ Arnaldus Mercaderii filius quondam Jacobi Mercaderii de borno fuit confeſſus die Veneris in craſtino epiphanie anno Domini M°. CCC°. quinto, ſe vidiſſe pluries ſex hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum filium ejus & Guilielmum Auterii fratrem dicti Petri Petrum Raymundi & Amelium & Andream, non tamen omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos, & predictos hereticos tenuit & recepit in domo ſua & fratrum ſuorum apud bornum diverſis vicibus & temporibus & diebus nunc iſtos nunc illos. Item predictos hereticos viſitavit alibi in diverſis hoſpiciis que in confeſſione ſua nominat, & aſſociavit eos aliquando de loco ad locum, & comedit & bibit cum eis aliquociens. Item pluries audivit verba & predicationem &
95. b. doctrinam erroneam ipſorum contra fidem. Item pluries adoravit hereticos modo hereticali flectendo genua junctis manibus coram ipſis petendo benedictionem ipſorum, & vidit à perſonis aliis quas nominat ſimiliter adorari. Item comedit de pane benedicto hereticorum. Item pluries ſalutavit hereticos modo hereticali. Item fecit pactum ſeu promiſſionem, quam vocant convenienciam, hereticis quod in fine ſuo volebat ad ſectam & ordinem ipſorum recipi ab eisdem. ¶ Dictus Arnaldus facta confeſſione de predictis & abjurata hereſi fuit reconſiliatus.

¶ Predicti verò Johannes Mercaderii & Arnaldus Mercaderii fratres poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam nondum ſuſcepta penitencia pro predictis redeuntes ad hereticos inveniuntur per teſtes in judicio receptos plura in hereſi conmiſiſſe, nec non, cum Sancio Mercaderii heretico perfecto & veſtito fratre ſuo aufugerunt cum eſſent vocati ad ſermonem inquiſitorum Tholoſe ſub anno Domini M°. CCCIIX°. fueruntque poſtmodum tanquam ſuſpecti de hereſi citati publice & canonice cum publicis edictis per inquiſitorem Tholoſanum, ut certis diebus & loco perhemptorie conparerent, & minime conparuerunt, unde fuerunt tanquam contumaces in cauſa fidei & fugitivi pro hereſi exconmunicati ſub anno Domini M°. CCCIX°. quam exconmunicationem ſuſtinuerunt per plures annos & adhuc ſuſtinent animo pertinaci.

¶ Item Petrus Raymundi Dominici de borno cum inveniretur per inquiſitionem ac per teſtes in inquiſitione legitime receptos multa in hereſi conmiſiſſe accuſatus & ſuſpectus vehementer de hereſi fuit citatus ſemel & ſecundo canonice tam in domicilio ubi morari conmuniter conſuevit quam in eccleſia publice coram populo congregato, ut conpareret perſonaliter ac perhemptorie coram inquiſitore Tholoſano, reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem conmiſerat plenariam veritatem, ſub anno Domini M°. CCCIX°. ¶ Predictus Petrus Raymundi Dominici minime conparuit ſet aufugit parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, unde tanquam contumax in cauſa fidei & fugitivus pro facto hereſis fuit conſequenter exconmunicatus & poſtmodum cum exconmunicationis ſenteniam ſuſtinuiſſet per duos annos & amplius animo pertinaci fuit citatus canonice & cum publicis edictis ut perſonaliter & perhemptorie certo die & loco conpareret diffinitivam ſenteniam auditurus, ſub anno Domini M°. CCCXI°. in menſe Marcii, & minime conparuit, tandem vero per quinque annos & amplius expectatus in ſentencia exconmunicationis ac fuga dampnabiliter perſeverans fuit iterato citatus canonice & cum publicis edictis & bannis, ut certo die & loco perſonaliter & perhemptorie conpareret diffinitivem ſenteniam auditurus, ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. & minime conparuit.

¶ Idcirco nos prefati inquiſitores & officialis conmiſſarius in hac parte, predictis Johanni Mercaderii & Arnaldo Mercaderii & Petro Raymundi Dominici hac die, & loco perhemptorie aſſignatis ad audiendum diffinitivam ſenteniam, ſedentes pro tribunali ſacroſanctis euangeliis Jeſu Chriſti poſitis coram nobis, ipſos quamvis

vis abſentes per contumaciam tanquam hereticos in hiis ſcriptis pronunciamus & declaramus ac ſentencialiter condempnamus.

¶ Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & aſſiſtentibus & preſentibus quibus ſupra in principio preſentis ſermonis.

¶ *Et me Jacobo Marqueſii notario officii inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Et me Petro de Claveriis publico Tholoſe notario, jurato officii inquiſitionis, qui preſens interfui, & de mandato prefati domini inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ſcripſi & ingroſſavi, & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

¶ *Sentencia contra Johannem brayſſan Valdenſem.* 96.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Nos frater Bernardus & frater Gaufridus inquiſitores prefati & Petrus de lacu officialis Tholoſanus conmiſſarius antedictus, Quoniam evidenter & legitime nobis conſtat tam per teſtes in inquiſitione receptos quam per illa que vidimus ac ex ore tuo audivimus ac ex inquiſitionis officio incumbenti nobis examinavimus diligenter, quod tu Johannes brayſſan filius quondam Ponceti baudeti captus & deprehenſus in illa hereſi que dicitur ſecta Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno, quam ſacroſancta Romana eccleſia mater omnium & magiſtra dudum tanquam hereticam condempnavit & eam tanquam vere talem perſequitur & condempnat, tu dictam ſectam hereticam à multis retro annis tenere & ſervare cepiſti, & eandem ſervas & tenes ac approbas & conmendas, cujus ſecte devii ſectatores & ſervatores prophani ex quorum numero te eſſe fateris falſe & impie dogmatizant ſe non eſſe ſubjectos Romano pontifici nec prelatis Romane eccleſie, aſſeverantes ſe non poſſe exconmunicari ab eodem Romano pontifice nec ab aliis prelatis eccleſie, nec debere pape ſeu Romano pontifici obedire precipienti ſeu mandanti ipſis ſectatoribus dicte ſecte quod ipſam tanquam dampnatam per eccleſiam deſerant & abjurent quin immo ex adverſo temerarie aſſerunt ipſam ſanctam Romanam eccleſiam peccare & contra ipſos agere indebite & injuſte quia ipſos perſequitur & condempnat. ¶ Item dicta ſecta & hereſis temerarie dogmatizat & tenet quod omne juramentum ſine exceptione & expoſitione quacunque eſt à Deo prohibitum & illicitum & peccatum, & hoc ipſum ex ore tuo audivimus te ſic credere & tenere verba ſancti euangelii & ſancti Jacobi apoſtoli ad hoc quamvis intellectu devio applicando, cum ſecundum ſanam doctrinam ſanctorum & doctorum eccleſie & fidem ac traditionem ejusdem ſancte eccleſie catholice pro veritate aſſerenda in judicio licite & ex debito ſit jurandnm, & contra prefatum errorem jamdudum ſtatuerit quod ſi qui ex eis jurationem ſuperſtitione dampnabili reſpuentes jurare noluerint & ex hoc ipſo heretici judicentur & pœnis promulgatis à canone percellantur. ¶ Item tu multociens & coram multis à nobis in judicio canonice requiſitus quod jurares de veritate dicenda jurare noluiſti, ſet ſemper recuſaſti ſet adhuc preſente toto populo jurare recuſas. ¶ Item ex eodem non tam turbulento quam fetulento fonte erroris & devii intellectus tu & tibi conſimiles in errore aſſeris omne judicium eſſe à Deo prohibitum & per conſequens eſſe peccatum & contra Dei prohibitionem exiſtere quod judex aliquis in quocunque caſu & ex cauſa quacunque hominem judicet ad ſupplicium ſeu ad mortem verba ſancti euangelii ubi ſcribitur Nolite judicare & non judicabimini ſine expoſitione debita ad hoc aplicans non intelligens nec recipiens ſicut ſancta Romana eccleſia ea ſane intelligit & tradit fidelibus ſecundum canonicas ſanctiones quas canonicas ſanctiones dicta ſecta nec recipit nec valere reputat, ſet ſpernit reſpuit & contempnit. ¶ Item circa ſacramentum penitencie oberrantes dicunt tenent & docent ſe poteſtatem habere à ſolo Deo ſicut apoſtoli habuerunt audiendi confeſſiones de peccatis virorum & mulierum qui crediſt eisdem ſibi volentium confiteri, & confeſſiones talium audiunt & injungunt ſibi confitentibus penitencias pro peccatis, quanquam tales qui confeſſiones hujusmodi audiunt non ſint per eccleſiam ordinati nec ſacerdotes nec clerici ſet tantum layci, neque talem poteſtatem

ſtatem confitentur ſe aliquo modo habere à Romana eccleſia ſet pocius diffitentur & revera nec à Deo nec ab eccleſia ipſam habent cum ſint extra eccleſiam & ab ipſa eccleſia jam preciſi extra quam non eſt vera penitencia neque ſalus. ¶ Item ſecta predicta Valdenſium indulgencias que fiunt per prelatos Romane eccleſie aſſerit non valere. ¶ Item poſt hanc vitam negat eſſe purgatorium, & per conſequens orationes & ſuffragia que fiunt à fidelibus pro deffunctis ipſis aſſerit non prodeſſe. ¶ Item dicta ſecta in nonnullis aliis à conmuni converſatione fidelium vita & moribus diſſidet & diſcordat ſicut per confeſſiones multorum converſorum ab illa ſecta & hereſi & alias per inquiſitionem nobis in judicio & compertum ſepius & apertum. ¶ Dictam vero ſectam ac hereſim Valdenſium tu coram nobis in judicio & alias approbaſti ſepius & laudaſti & adhuc approbas & conmendas nec ab ea vis recedere nec eandem deſerere ſet pocius perſeveras in ea animo pertinaci quamvis à nobis & multis aliis bonis viris ſepius invitatus ac per nos monitus canonice & judicialiter requiſitus fueris ut à dicta ſecta corde & opere reſilires & eam ore & animo penitus abjurares. Idcirco quia tu non vis à ſecta & hereſi ſupradicta converti nec reverti ad eccleſiaſticam unitatem licet ad hoc diutius fueris expectatus ſet forcius perſeve-
96. b. ras in tua perfidia animo indurato. Nos prefati inquiſitores & conmiſſarius habito conſilio plurium ſapientum tam regularium quam ſecularium peritotum in jure tam canonico quam civili ne ſicut ovis morbida dominici gregis ulterius inficias oves ſanas te prefatum Johannem preſentem in judicio conſtitutum hiis die & loco ad audiendum diffinitivam ſenteniam tibi auctoritate qua fungimur per nos perhemptorie aſſignatis Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu divino noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſententiam in hiis & cum hiis ſcriptis te eſſe hereticum de ſecta Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno declaramus & pronunciamus, & te tanquam inpenitentem & obſtinatum hereticum relinquimus curie ſeculari, eandem affectuoſe rogantes ut tibi vitam & membra conſervet illibata prout perſuadent canonice ſanxiones; ſalvo tibi & retento quod ſi volueris à ſecta & hereſi ſupradicta averti & converti ac redire ad eccleſiaſticam unitatem conſerveris ad vitam, in quo caſu retinemus nobis plenam & liberam poteſtam inponendi tibi pro tuis conmiſſis in ſecta & hereſi ſepe fata penam & penitenciam ſalutarem.

Lata fuit hec ſentencia cum precedentibus anno & die & loco & aſſiſtentibus & preſentibus quibus ſupra in principio preſentis ſermonis cujus finis eſt hic.

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio dyoceſis Albienſis notarius officii inquiſitionis in omnibus precedentibus penitenciis datis & ſententiis latis & graciis factis & aliis actis in preſenti ſermone preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Et ego Petrus de Claveriis publicus Tholoſe notarius, & juratus offici inquiſitionis, preſens in omnibus actis & penitenciis injunctis & ſententiis latis in preſenti ſermone preſens interfui, & mandato religioſi viri fratris Bernardi Guidonis inquiſitoris Tholoſani in preſenti libro penitenciarum ſcripſi & ingroſſavi, & ſigno meo ſolito ſignavi.

¶ Acta in Sermone inquisitorum facto in ecclesia sancti Stephani Tholose ultima die mensis Septembris anno Domini M°. CCC°. decimo nono.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno ejusdem Domini benedicti M°. CCC°. XIX°. ultima die menſis Septembris dominica die ad honorem omnipotentis Dei & ſancte Romane eccleſie, cui preſidet ſanctiſſimus pater dominus Johannes papa XXII. fuerunt facte gracie & late ſentencie & injuncte penitencie & acta alia que ſecuntur in ſermone publico inquiſitorum in eccleſia ſancti Stephani Tho-

Tholose. In quibus convenerunt & concordaverunt religiosi viri frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquisitores heretice pravitatis in regno Francie per sedem apostolicam deputati auctoritate apostolica. Nec non prefatus frater Bernardus simul auctoritate ordinaria sibi hac vice conmissa à reverendis in Christo patribus dominis Guilielmo Caturcensi, & Raymundo sancti papuli & Guilielmo montis albani dei gracia episcopis per patentes literas eorundem quantum ad eosdem pertinebat de personis infra scriptis dyocesum cujuslibet ipsorum. 97.

Item discreti viri dominus Petrus piscis canonicus mirapiscensis à reverendo in Christo patre domino Johanne Dei gracia archiepiscopo Tholosano. Et religiosus vir frater Rotgerius de aset ordinis fratrum minorum. Et magister Augerius de pozolis officialis auxitanus. Et magister Henricus de altor judex auxii à venerabilibus viris vicariis & capitulo ecclesie auxitane sede vocante. Et dominus Yterius de brolio canonicus engolismensis à reverendo in Christo patre domino Beraldo Dei gracia episcopo albiensi. Et dominus Vitalis de prinhaco canonicus & prepositus. Ac magister Bernardus Armanni canonicus & archidyaconus ecclesie Rivensis. Et magister Guilielmus Rocherii officialis Rivensis, à reverendo in Christo patre domino Piloforti Dei gracia episcopo Rivensi. In hac parte ad infra scripta quo ad personas suarum dyocesum conmissarii delegati. Quibus conmissariis supradictis prefatus reverendus in Christo pater dominus Johannes Dei gracia archiepiscopus Tholosanus per suas patentes literas dedit & concessit licenciam specialem predictis die & loco sedendo pro tribunali judicandi diffiniendi & omnia alia faciendi que ad actum judiciarium pertinent quantum ad personas & de personis suarum dyocesum unicuique ipsorum subditis infra scriptis.

¶ *Tenor litere domini archiepiscopi de licencia data.*

NOverint universi quod nos Johannes miseracione divina archiepiscopus Tholosanus, ne quippiam desit quod per nos agi valeat aut concedi ad ea que puritatem fidei respiciunt orthodoxe & ad eliminacionem labis heretice fuerint opportuna, concedimus licenciam & nostrum prestamus beneplacitum & assensum in favorem ejusdem fidei & officii inquisitionis & inquisitorum labis ejusdem ut in proximo inminenti generali sermone inquisitorum Tholose reverendi in Christo patres domini episcopi circumvicini aut eorum vicarii quicunque interfuerint in eodem nec non conmisarii delegati à capitulo ecclesie auxitane ejusdem sede vocante possint hac vice in predicto sermone procedere ac diffinire & actum judiciarium exercere cum inquisitore seu inquisitoribus auctoritate sedis apostolice deputatis, de personis sibi dumtaxat subditis in civitate Tholosana, ubi pro emergentibus casibus dubiis & arduis esse dinoscitur copia peritorum & ubi inquisitores habent ea que sibi sunt necessaria tam in libris & processibus & carceribus & custodibus & omnibus aliis necessariis ad expeditionem negocii supradicti. In quorum testimonium presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in castro nostro de Valega die septima Septembris, anno Domini M°. CCC°. XIX°.

¶ *Tenores literarum trium episcoporum super conmissione facta inquisitori Tholosano.* 97. b.

VEnerabili & religioso viro fratri Bernardo Guidonis inquisitori heretice pravitatis in partibus Tholosanis auctoritate apostolica deputato, frater Guilielmus miseratione divina episcopus Caturcensis salutem in largitore bonorum omnium & virtutum. Cum prout intelleximus vos in brevi actore domino procedere intendatis ad faciendum sermonem & ad ea que ex more in sermone inquisitorum consueverunt fieri ab antiquo, & dicte certe persone nostre dyocesis dudum per inquisicionem per vos factam invente fuerint culpabiles de crimine heresis & judicialiter con-

feſſate prout in inqueſta earum nobis per vos ſub veſtro ſigillo clauſa transmiſſa plenius vidimus contineri, ſintque forte aliqui alii de vicinia dictarum perſonarum qui dudum pro culpis ſuis penitencias per vos ſibi inpoſitas receperunt quibus erit aliqua gracia ſeu miſericordia inpendenda ſicut moris eſt fieri gracias in ſermonibus inquiſitorum, & ut ex parte noſtra nichil deficiat quin poſſit fieri debitum juſticie & inpendi oleum miſericordie in predictis, cum pro ſervicio domini noſtri pape & aliis noſtris & eccleſie noſtre arduis negociis in Romana curia occupati premiſſis comode nequeamus perſonaliter intereſſe, de veſtra fidelitate & circumſpecta providencia indubitatam fiduciam optinentes ſuper premiſſis & ea tangentibus vobis tenore preſentium plene conmittimus vices noſtras. Mandantes omnibus ſubditis noſtris ut ſuper premiſſis & ea tangentibus prout ad nos pertinere dinoſcitur pareant & intendant efficaciter ſicut nobis. In cujus rei teſtimonium preſentes literas ſive inſtrumentum publicum ſcribi & publicari mandavimus per magiſtrum Deodatum Audeberti clericum notarium infra ſcriptum & ſuo ſigno ſignari ac ſigilli noſtri appenſione muniri. Actum & datum Avinioni in hoſpicio in quo dictus dominus epiſcopus cum ſua morabatur familia, prima die menſis Septembris, anno Domini M°. ccc°. XII°. Indictione ſecunda, videlicet die prima menſis Septembris, pontificatus ſanctiſſimi patris & domini noſtri domini Johannis divina providencia pape XXII. anno tercio. Preſentibus religioſo viro fratre Petro de Rupe ordinis fratrum predicatorum, ac diſcretis viris domino Petro de Meonaco archipresbytero de flaunhaco, & Arnaldo de Noalhaco domicello caturcenſis & agennenſis dyoceſis teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Deodatus Audeberti clericus lodovenſis publicus apoſtolica & imperiali auctoritate notarius conmiſſioni predicte & aliis ſupradictis una cum dictis teſtibus preſens interfui & de mandato dicti domini Caturcenſis epiſcopi & ad ipſius requiſitionem ea omnia ſcripſi & publicavi & in hanc formam publicam redegi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.

Venerabili & religioſo viro fratri Bernardo Guidonis ordinis predicatorum inquiſitori heretice pravitatis in regno Francie à ſede apoſtolica deputato, Raymundus miſeracione divina epiſcopus ſancti papuli in Deo ſalutari noſtro ſalutem. Per veſtras nobis litteras ſignificare curaſtis quod ultima die preſentis menſis Septembris ſuper negocio inquiſicionis heretice pravitatis generalem ſermonem & ea que in tali generali ſermone conſueverunt fieri Tholoſe facere decreviſtis, noſque per eaſdem duxiſtis literas requirendos, ut quia de perſonis aliquibus noſtre dyoceſis & contra eas in ſermone ac die predictis per vos erit agendum vel eiſdem diei & ſermoni preſencialiter intereſſe aut ſecundum ordinationes apoſtolicas noſtros inde vobis conſenſum & conſilium intimare ſeu aliquibus perſonis ydoneis noſtras ſuper hiis vices conmittere deberemus. Preſertim cum reverendus pater dominus Johannes Dei gracia archiepiſcopus Tholoſanus jam expreſſe conceſſerit quod nos & alii convicini epiſcopi poſſimus ſuper premiſſis in civitate predicta pro tribunali ſedere, & 98.
actus judiciales quoslibet exercere. Nos igitur de circumſpectione veſtra fideli plene in Domino confidentes quantum ad omnia que circa perſonas noſtre dyoceſis predictis loco & die inminebunt explenda diſcretioni veſtre conmittimus vices noſtras, ſigillum noſtrum preſentibus facientes apponi in teſtimonium premiſſorum. Datum in caſtro novo de Arrio die quarta menſis Septembris, anno Domini M°. ccc°. XIX°.

Venerabili patri religioſoque viro domino inquiſitori Tholoſane heretice pravitatis Guilielmus miſeratione divina Montis albani epiſcopus ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Cum propter diverſa & ardua negocia noſtre eccleſie cathedralis ſimus plurimum inpediti, adeo quod non poſſimus ad diem nobis per veſtras literas indictam comode intereſſe ſuper facto inquiſitionis quatenus nos tangit una vobiscum debite proceſſurus; Igitur de induſtria legalitate & probitate veſtra plenarie confidentes quantum ad ipſam diem ſuper ipſis augendis negociis vobis auctoritate preſencium conmittimus vices noſtras. Actum & ſigillo noſtro ſigillatum in boria noſtra de faucio,

cio, die Veneris ante feſtum dedicationis beati Michaëlis, anno Domini M°. CCC°. XIX°.

¶ *Forma juramenti ſeneſcalli & curialium ſeu officialium domini regis, manu elevata ad librum euangeliorum.*

NOs Guiardus Guidonis miles ſeneſcallus Tholoſe & Albigeſii, & Johannes Marchi judex major in dicta ſeneſcallia, & Francolinus de Aveneriis miles Vicarius Tholoſe, & alii judices hic preſentes pro domino noſtro rege Francie & Navarre, juramus per hec ſancta Dei euangelia, quod fidem domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & teneri faciemus, & ipſam defendemus pro viribus contra omnes. ¶ Item quod hereticos credentes fautores receptatores ac defenſores eorum nec non pro hereſi fugitivos perſequemur & capiemus ſeu capi faciemus quandocunque poterimus, & acuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus, ſi alicubi ſciverimus eos eſſe vel aliquem de predictis. ¶ Item quod non committemus bavilias judicaturas vel adminiſtrationes alias nec alia officia publica alicui de predictis perſonis peſtiferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi nec alicui cui inpoſitum fuit ratione criminis hereſis vel alias prohibitum ab inquiſitoribus vel à jure quod publicis officiis non fungantur, nec eos uti predictis nec tenere officia publica permittemus. ¶ Item quod nullum de predictis recipiemus nec habebimus in noſtra familia vel conſorcio vel ſervicio nec in noſtro conſilio ſcienter. Et ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos poſtquam ad noticiam noſtram per inquiſitores heretice pravitatis vel per alios fide dignos prevenerit protinus expellemus. ¶ Et in hiis & in aliis que ad officium inquiſitionis heretice pravitatis pertinent, erimus obedientes Deo & Romane eccleſie & inquiſitoribus ejusdem pravitatis. Sic Deus nos adjuvet & hec ſancta Dei evangelia.

¶ *Eadem eſt forma juramenti conſulum.*

NOs Guilielmus Arnaldi de ponte, Guilielmus de garrigiis, Arnaldus de Coſſaco, Arnaldus de quinballo, Johannes blaſini, Alricus Maurandi, Raymundus Molini, Franciſcus de Roaxio, Arnaldus de Galliaco, Berengarius Raymundi Magiſter Guilielmus Maurini, Arnaldus Johannis, conſules Tholoſe, juramus per hec ſancta Dei euangelia, quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. ut ſupra.

¶ *Sentencia exconmunicationis contra impedientes officium inquiſitionis.* 98. b.

IN nomine Domini amen. Cum negocium fidei orthodoxe, in qua fundamenta ſacroſancte eccleſie à Domino Jeſu Chriſto poſita ſunt & firmiter ſtabilita, nullus Chriſtianus debeat impedire, ſet pocius totis viribus promovere. Ideo nos Johannes permiſſione divina archiepiſcopus Tholoſanus, & frater Bernardus Guidonis, & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, monemus canonice ſemel ſecundo & tercio ac peremptorie omnes & ſingulos, ne quis, cujuscunque poteſtatis ſeu dignitatis condicionis aut ſtatus exiſtat, inquiſicionis negocium contra hereticam pravitatem nec judicium aut ſentencias vel proceſſus contra quemcunque habitas vel habendas directe vel indirecte publice vel occulte, per ſe vel per alium aut alias quoquo modo impedire preſumat. Omnes autem illos qui negocium inquiſitionis heretice pravitatis ſcienter impediverint vel de cetero impedient quoquo modo directe vel indirecte, publice vel occulte, vel per ſe veritatem celando ſeu ſubprimendo de facto hereſis, vel legitime confeſſata revocando ſeu alium vel alios ad celandum vel occultandum de ſe ſeu de aliis veritatem, vel ad revocandum confeſſata inducendo. Et quicunque ad hec aliquo modo conſilium anxilium ſcienter impen-

derint vel favorem. Et quicunque receperit aut dederit pecuniam dona seu munera indebite pro liberacione alicujus culpabilis de crimine hereſis optinenda vel promovenda, seu pro retardatione proceſſuum & ſententiarum seu executionis officii in dampnum vel prejudicium ipſius officii inquiſitionis, vel ad hec seu eorum aliquid aliquo modo impenderint seu impendi procuraverint ſcienter conſilium auxilium vel favorem, hac noſtra monitione competenti premiſſa auctoritate tam ordinaria Nos prefatus archiepiſcopus & apoſtolica nos prefati inquiſitores qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicamus, & penes latas à canone contra impedientes officium inquiſitionis heretice pravitatis incurriſſe, ex nunc pro tunc publice denunciamus & declaramus.

Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco quibus ſupra in publico ſermone inquiſitorum, preſentibus & aſſiſtentibus ibidem Nobili viro domino Guiardo Guidonis milite ſeneſcallo domini regis Tholoſe & Albigeſii, ac judice, & vicario Tholoſe ſuperius nominatis cum aliis de curia regali, & prefatis conſulibus Tholoſanis, ac etiam diſcretis viris dominis Hugone Geraldi judice apellationum, Guilielmo Berengarii judice curie Vicarii Tholoſe, Symone bardini regente judicaturam de rivis, magiſtro Johanne Geraldi procuratore regis in domo communi, Petro de Jumato magiſtro operum domini regis, Germano de miravalle procuratore incurſuum. Item dominis Guilielmo de duro forti doctore legum, domino Sycardo de Vauro profeſſore utriusque juris, domino Guilielmo de aura doctore decretorum, domino Guilielmo de Corneliano doctore legum. Item venerabilibus & diſcretis viris dominis Petro de Maſeraco canonico ſancti Antonii vicario abbatis ſancti Saturnini, domino Girberto archidyacono Meldenſi, domino Andrea procherii, Amalrico ſobeyrani, Fortanerio de banlaro canonico Auritano, Raymundo rocelli, & Raymundo de areis. Item magiſtro Guilielmo de turre, magiſtro Raymundo de fontanis, magiſtro Guilielmo Molini, magiſtro Rotberto de deneſia. Item religioſis viris fratre Hugone de Marciaco priore provinciali fratrum predicatorum provincie Tholoſane, & fratre Petro Raymundi aſſalliti priore predicatorum Tholoſe, & fratribus Dominico grima, Guilielmo durandi lectore, & Durando honorati le-
99. ctore biblie, & Bertrando freſelli lectore ſententiarum, & Vitali de fontibus orbis priore alti villaris, & fratre Raymundo de jumato, & fratre Raymundo de duro forti lectore baionenſi, & fratre Johanne Stephani ſocio domini inquiſitoris Carcaſſone, & fratre Petro Sycardi ſocio domini inquiſitoris Tholoſe, & fratre Petro Guidonis ordinis predicatorum. Item fratribus Raymundo de Ulmo, Johanne de Vienna, Maurino Amati, Guilielmo guirauda ordinis fratrum Minorum. Et magiſtro Petro boerii canonico montis regalis & auctoritate apoſtolica tabellione publico ac notario officii inquiſitionis Carcaſſone, & alia multitudine cleri & populi copioſa.

(LS) *Et ego Guilielmus Juliani clericus lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſitionis, requiſitus à religioſo viro fratre Bernardo Guidonis inquiſitore Tholoſano predicte ſentencie una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſitionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Ad graciam de crucibus deponendis.

IN nomine Domini amen. Nos frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati. Et Petrus piſcis canonicus mirapiſcenſis reverendi in Chriſto patris domini Johannis divina gracia archiepiſcopi Tholoſani conmiſſarius delegatus. Et ego prefatus frater Bernardus inquiſitor ex commiſſione mihi facta à reverendo patre domino G. epiſcopo montis albani quantum ad ipſum pertinet de perſonis ſue dyoceſis infra ſcriptis graciam facientes perſonis infra ſcriptis prout nobis

bis ſubſunt, deponimus cruces de filtro dudum eis ad portandum nomine penitencie pro commiſſis ab eiſdem in facto hereſis inpoſitas & injunctas, nichil inmutantes in aliis que eiſdem perſonis fuerunt in penitenciam ſeu nomine penitencie inpoſita & injuncta. Retenta etiam nobis & noſtris in officio inquiſitionis ſucceſſoribus poteſtate reponendi cruces eiſdem perſonis ſi nobis vel eis viſum fuerit faciendum. Nomina autem perſonarum quibus cruces deponimus ſunt que ſecuntur. Brayda uxor Raymundi Gazanhayre de Verduno filiaque Raymundi teulerii de bolhaco, Petrus de Narika de Avinioneto. Petrona uxor quondam Arnaldi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, Petrus burgada, Johanna uxor dicti Petri de parochia ſancti Anotalii, Guilielmus de clayraco junior filius quondam Guilielmi de Clayraco de Verlhaco, Johannes de bayſſanis filius quondam Petri de bayſſanis de borno, Petrona uxor Bernardi ferrandi de bello videre, Johanna uxor Arnaldi Vitalis den Vidaloca, Raymunda uxor Raymundi Vitalis de Gaſconia, Bertrandus boerii fogaſſerius de rabinia, Martina uxor Sancii Varenas filia Raymundi Durandi de bello videre, Arnaldus de clayraco, Johanna uxor dicti Arnaldi, Johanna uxor Raymundi Guidonis de garda, Serena uxor Raymundi pellicerii de garda, Bernardus de Maſeriis filius quondam Dominici de Maſeriis de merlato, Petrus de Artigiis filius quondam Petri de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, Johannes Raynes de ſancto Sulpicio, Johannes Mercaderii de monte galhardo ſive de chauleto prope villam murum.

¶ *Educti de muro cum crucibus & peregrinationibus, & regulis.* 96. b.

IN nomine Domini amen. Nos prefati inquiſitores heretice pravitatis, ac commiſſarius delegatus predicti domini archiepiſcopi Tholoſani, nec non ego prefatus frater Bernardus Guidonis ex conmiſſione mihi facta per reverendos in Chriſto patres & dominos G. Caturcenſem & R. ſancti papuli & G. montis albani epiſcopos, quantum ipſos tangit de perſonis ſuarum dyoceſum infraſcriptis. Attendentes quod perſone infraſcripte utriusque ſexus prout nobis ſubſunt & quantum unumquemque noſtrum tangit, videlicet:

Guilielmus Mercaderii notarius.
Raymunda uxor ejuſdem Guilielmi.
Raymundus Guidonis.
Guilielmus Guidonis.
Guilielma uxor ejusdem Guilielmi.
Navarra uxor quondam Raymundi Sancii.
Na pros uxor Vitalis Sancii, omnes predicti de garda de viridi folheſio dyoceſis Tholoſane.
Michael Miro de viridi folio.
Petrus Dominici filius quondam Guilielmi Dominici de ſancto Johanne de heremo.
Johannes Gilaberti filius quondam Johannis Gilaberti.
Johanna filia Johannis Gilaberti de ferrus.
Dulcia uxor Bernardi Mancipii de luganno.
Raymundus Vaſconis de aſſo.
Guilielmus teulerii filius Raymundi teulerii de bolhaco.
Bernarda filia quondam Arnaldi Moliderii, uxor Pauli de Verduno de bolhaco.
Guilielmus de baynaco.
Sibilia uxor Petri rabaſtela de lantario.
Bernardus hugonis alias dictus den Adam.
Bernardus hugonis filius quondam Arnaldi hugonis.
Petrus de hugonibus filius quondam Raymundi hugonis de hugonibus

Jacobus Geraldi } fratres } de aurino.
Petrus Geraldi }
Raymundi uxor dicti Jacobi

Johannis de Moravilla } fratres
Bernardus de Moravilla }

Arnaldus Sanchas filius quondam Petri Sanchas.
Bermunda uxor Arnaldi de ſalvetate junioris.
Condors de Vaquiers uxor eſpanhol fabri.
Guilielmus ſicredi junior de ſalieyth, omnes predicti de dyoceſi Tholoſana.
Bernarda uxor quondam Petri Raymundi de hugonibus. } de Tholoſa.
Johanna uxor Bernardi caulerii de tonis. }
Petrus boneti alias vocatus Aſtarac. }
Bernarda filia quondam Raymundi bernerii, uxor hugonis de pradinis de Verduneto, dyoceſis ſancti papuli.
Galhardus fabri de ſoricinio dyoceſis Vaurenſis.
Johannes Capus.
Beatrix uxor dicti Johannis.
P. Capus filius dicti Johannis.
Guilielmus turques filius quondam Guilielmi turques.
Arnaldus de prato filius quondam Thome de prato de mirapiſce ſupra tarnum.
Raymundus fabri } de Mezenchis.
Guilielma uxor ejus }
Bernardus de Clayraco.
P. de Clayraco.
B^us. vin de blat alias dictus de la gacha.
Bertrandus ſalas, & Vitalia uxor ejusdem.
Petrona uxor Petri de Clayraco de Verlhaco.
P. de boſco filius Guilielmi de boſco.
Arnalda uxor Raymundi fabri eſpanhol.
Bernardus ſicardi.
Guilielma uxor quondam Raymundi Dominici de borno.
Dominicus Durandi habitator Rapiſtagni.
Caſtellana uxor ejus.
Guilielmus durandi filius Raymundi durandi de bello videre dyoceſis montis albani.
Bernardus rocas de guirandia prope montem clarum.
Hugo Rubei filius quondam Bernardi Rubei.
Raymunda ſoror dicti Hugonis filiaque quondam dicti Bernardi Rubei de Rabinia dyoceſis Caturcenſis.

Dudum nomine penitencie inmurati & inmurate pro hiis que conmiſerunt in crimine heretice pravitatis noſtris & eccleſie humiliter parendo mandatis fuerunt in muro jam annis pluribus conmorati; volentes eorum penam ac penitenciam miſericorditer mitigare, ipſos ſuperius nominatos à muri carcere de gracia relaxamus. Injungentes eisdem & ſingulis ſub virtute preſtiti juramenti, ut in conmutacionem dicte penitencie & carceris portent deinceps perpetuo duas cruces de filtro crocei coloris in omni veſte ſua excepta camiſia, ſitque duorum palmorum longitudinis brachium unum, & unius palmi cum dimidio brachium aliud transverſale, & trium digitorum latitudinis utrunque brachium, unam anterius in pectore, & aliam poſterius inter ſpatulas, ſine quibus apparentibus intra vel extra domum ulterius non incediant: eas reficiant aut innovent ſi rumpantur vel deficiant vetuſtate, viſitentque ſingulis annis quamdiu vixerint eccleſiam ſancti Stephani Tholoſe in feſto inventionis ejusdem, & eccleſiam ſancti Saturnini Tholoſe in octabis paſche, & miſſam majorem & ſermonem ſi fiat ibidem audiant utrobique. Confiteantur inſuper ter in anno, ſcilicet ante natale, paſche, & pentechoſten, & in eisdem feſtivitatibus conmu-

100.

municent niſi abſtinuerint, de conſilio proprii ſacerdotis. Singulis verò diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audiant ex integro, & ſermonem qui fiet in locis in quibus fuerint niſi legitime valeant excuſari, & ab omni opere ſervili abſtineant diebus dominicis & feſtivis colendis, officiisque publicis non fungantur. In adventu Domini in cibo quadrageſimali jejunent, divinaciones & ſortilegia non obſervent, uſuras non exerceant. Preterea perſequantur hereticos quibuscunque nominibus cenſeantur, & credentes & fautores & receptatores & defenſores eorum, ac pro hereſi fugitivos, fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas ac jura eccleſiarum & officium inquiſitionis heretice pravitatis pro viribus tueantur. Nec non faciant peregrinationes que in literis eisdem concedendis plenius continebuntur, quas literas ſuper premiſſis omnibus ipſos volumus & precipimus petere & habere, ut ſciant que tenentur facere & à quibus debeant abſtinere. Retenta nobis & noſtrum cuilibet ac noſtris in officio inquiſitionis ſucceſſoribus plenaria poteſtate perſonas ſuperius nominatas & quamlibet earundem reducendi ſeu revocandi ad murum predictum etiam ſine alia nova cauſa, nec non addendi & diminuendi mitigandi ſeu remittendi in predictis ſi & prout nobis vel noſtrum cuilibet aut ipſis noſtris ſucceſſoribus viſum fuerit expedire.

¶ *Forma ſeu modus abjurandi hereſim in judicio.*

NOs omnes infra ſcripti viri & mulieres ad recipiendum penitenciam pro conmiſſis in facto ſeu crimine hereſis hic preſentes conſtituti in judicio coram vobis reverendo patre domino Johanne Dei gracia archiepiſcopo Tholoſano, ac prefatis inquiſitoribus heretice pravitatis & aliis conmiſſariis delegatis vicariorum & capituli eccleſie auxitane ſede vacante, & domini epiſcopi albienſis, & domini epiſcopi rivenſis, abjuramus & renegamus penitus omnem hereſim extollentem ſe adverſus fidem catholicam Domini Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie, & omnem credenciam hereticorum cujuscunque ſecte dampnate quibuscunque nominibus cenſeantur, & omnem favorem & receptacionem & defenſionem ac participacionem ipſorum, ſub pena que de jure debetur relapſis in hereſim in judicio abjuratam. ¶ Item promittimus & juramus Dei euangelia coram vobis, quod pro poſſe noſtro perſequemur & revelabimus ſeu detegemus hereticos & credentes & fautores & receptatores ac defenſores eorum & pro hereſi fugitivos, quandocunque & ubicunque ſciverimus eos eſſe vel aliquem de predictis. ¶ Item promittimus & juramus, quod parebimus & erimus obedientes tenebimus & ſervabimus & defendemus fidem catholicam Domini Jeſu Chriſti quam ſancta Romana eccleſia predicat & obſervat. ¶ Item promittimus & juramus quod parebimus & erimus obedientes mandatis eccleſie & veſtris & ſucceſſorum veſtrorum, & quod recipiemus & pro poſſe noſtro conplebimus & perficiemus penitenciam quam nobis duxeritis injungendam, & quod nunquam fugiemus nec nos abſentabimus contumaciter & ſcienter. 100.b

¶ *Forma & modus abſolucionis à ſentencia exconmunicationis redire volencium ad eccleſie unitatem.*

DIcto pſalmo penitenciali, *Miſerere mei Deus*, vel *Deus miſereatur noſtri*, & *Kyrie eleiſon*, *Chriſte eleiſon*, *Kyrie eleiſon*. *Pater noſter*. Verſus. Salvos fac ſervos tuos & ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. Subjungatur ſequens oratio. Dominus vobiscum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio. Preſta queſumus Domine hiis famulis & famulabus tuis dignum penitencie fructum, ut eccleſie tue ſancte à cujus integritate deviaverant pecando, admiſſorum veniam conſequendo, reddantur innoxii, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Deinde ſubjungat prelatus vice ſua & inquiſitorum. Nos Johannes permiſſione divina archiepiſcopus Tholoſanus auctoritate Dei qua fungimur vice noſtra & inquiſitorum & aliorum nobis coaſſiſtencium conmiſſariorum quantum ad perſonas

alia-

aliarum dyoceſum, vos & veſtrum quemlibet abſolvimus à vinculis exconmunicacionis quibus eratis ligati propter illa que confeſſi eſtis in judicio vos in crimine dampnate hereſis conmiſiſſe; ſi tamen de corde bono & fide non ficta redieritis ad eccleſie unitatem, & ſi ſervaveritis illa que vobis injuncta fuerunt & mandata.

¶ *Culpe ad peregrinaciones ſine crucibus.*

Folio xxxvi°. Bernardus de Aluſio nacione Burgundus quadrigarius habitator de maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis in comitatu aſtariaci dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio xi°. Kalendas Novembris anno Domini m°. ccc°. ix°. legitime nobis conſtat, recepit in domo ſua & vidit & viſitavit alibi in pluribus locis pluries Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno, ſciens ipſos eſſe tales quos illi de eccleſia Romana perſequebantur, & pluries comedit & bibit cum eis in eadem menſa, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue. ¶ Item oravit cum Valdenſibus pluries ante prandium & poſt, inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones & doctrinam ipſorum, ſpecialiter quod homo non debet jurare in aliquo caſu nec in curia nec alibi, & quod ipſi poterant audire confeſſiones, & quod homo debebat eis confiteri peccata ſua, quamvis non eſſent ſacerdotes ordinati per
101. epiſcopum de eccleſia Romana. ¶ Nomina autem Valdenſium quos vidit & cum quibus participavit, ſciens ipſos eſſe tales, ſunt hec numero xiii. videlicet Perrinus belis, Peyronetus burgundus, Chriſtinus cum quodam ſocio ſuo, Perrinetus ſavorelli, Johannes de grandi valle, Gerardus provincialis, Johannes de cernone, Arnaldus de cernone, Perrinus de Gaudone clericus, Johannes Chapayro, Petrus burgundus, Hymbertus burgundus, non omnes ſimul, ſet nunc iſtos nunc illos diverſis vicibus & locis. ¶ Item dedit aliqua Valdenſibus & recepit ab eiſdem. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines, & habere bonam fidem & bonam ſectam & bonam doctrinam in qua poſſent ſalvari ipſi & illi qui tenerent eam, & fuit in illa credencia per quinque vel ſex annos. ¶ Predicta conmiſit à decem & ab octo & à ſex & à iiii^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & incantavit aliquas perſonas ne confiterentur de facto Valdenſium inquiſitori, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

Folio ccc°. liiii°. Petrona ſeu Peyroneta Juvenis uxor Paulini burgundi filii Berardi qui moratur apud Maſerias prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio iiii° ydus Febroarii anno Domini m°. ccc°. xv°. legitime nobis conſtat, vidit quadam vice in domo viri ſui in ſotulo dicte domus duos homines, de quibus fuit ſibi dictum à quadam perſona quod unus vocabatur Gerardus de Vienna & alter Mondonus, & conmendavit eos ſibi quod erant boni homines, & ipſi vocabant ſe fratres. ¶ Item alia vice vidit in domo Ruffi de monte Gauſio patris ſui alios duos homines, de quibus fuit ſibi dictum quod unus vocabatur Johannes Chapayro & alter Petitus, & omnes predicti homines ſtabant abſconditi quia timebant quod caperentur ſi ſcirentur, de quibus poſtea quando Burgundi capiebantur ipſa credidit quod erant Valdenſes. ¶ De predictis non fuit confeſſa donec fuit vocata & detenta, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

Folio ccco. Petrus ſeu Perrinus de Caſtro, filius Perreti de Caſtro, habitator de Maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio x° Kalendas Marcii anno Domini m°. ccc°. xii°. legitime nobis conſtat, vidit pluries in diverſis vicibus & diebus in domo ſua & patris ſui duos homines, quorum unus vocabatur Johannes Martini & alter Mondonus textoris, & unus ipſorum dixit ſibi quod non revelaret eos quia ipſi nolebant revelari, de quibus hominibus videbatur dicto Petro quod non tenebant eandem viam cum cle-

clericis & capellanis eccleſie Romane. ¶ Item predicti duo homines aliquando jacuerunt ibi, & pluries comederunt & biberunt. ¶ Item alteri dictorum duorum hominum fuit confeſſus bis peccata ſua, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, quamvis ſciret qnod non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod dicta confeſſio & abſolucio & penitencia ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus & abſolutus per proprium ſacerdotem. ¶ Predicta conmiſit à VII. & à ſex annis citra ante quam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit per alios revelatus ſeu detectus & poſtmodum vocatus.

Ademarus boionis, qui moratur in villa de ſancto Johanne comitali dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XV°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit in domo Stephani boionis fratris ſui duos homines, quorum unus vocabatur Criſtinus & alter Perrinus. ¶ Item in quadam alia domo vidit alios duos, videlicet Arnaldum de cernone & Johannem de cernone, de quibus hominibus audivit dici à predicto Stephano fratre ſuo quod illi erant qui vocabantur pauperes de Lugduno, & ipſi inter ſe vocabant ſe fratres. ¶ Item audivit à predicto Criſtino quod ipſi nullo modo volebant revelari ſeu manifeſtari aliis quam amicis ſuis, quia ſi ſcirentur caperentur per clericos & inquiſitores, & conburerentur. ¶ Item cum dictis hominibus comedit & bibit in eadem menſa, & oravit cum eis ante prandium & poſt, inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & monitiones ipſorum; inter que audivit ab eiſdem quod homo non debebat jurare, & quod jurare in omni caſu erat peccatum mortale. ¶ Item predictos vocatos pauperes de Lugduno credebat eſſe bonos homines & veraces, & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, quamvis audiviſſet quod clerici & inquiſitores perſequerentur eos. Et fuit in dicta credencia à tempore quo vidit eos uſque ad tempus in quo burgundi ceperunt capi in Vaſconia de mandato inquiſitoris Tholoſani. ¶ Predicta conmiſit ab octo & à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus.

folio CC°. LXV°.

101.b.

Guilielmus burgundus filius Titbaudi burgundi, qui moratur in quadam borda in parochia & bavilia de barcio dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio XVIII°. Kalendas Decembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit in diverſis locis quendam qui vocabatur Johannes Moran & ſocium ſuum cujus nomen neſcivit, de quibus fuit ſibi dictum quod erant de illis qui vocabantur pauperes de Lugduno per quendam quem in confeſſione ſua nominat, qui etiam incantavit eum ut non revelaret eos, quia ſi ſcirentur caperentur & malum poſſet eis evenire, & poſtmodum quando burgundi capiebantur in Vaſconia propter factum Valdenſium tunc ipſe perpendit & ſuſpicatus eſt quod illi erant Valdenſes. ¶ Predictos Valdenſes non fecit capi, nec venit ad confitendum de predictis donec fuit citatus.

folio CC°. XCIIII°.

¶ *Penitencia arbitraria ſine crucibus.*

IN nomine Domini amen. Quoniam nos prefati inquiſitores, & frater Rotgerius ordinis fratrum minorum, & Henricus de altor, & Augerius de pozolis venerabilium virorum vicariorum & capituli eccleſie Auxitane ſede vacante conmiſſarii delegati per inquiſicionem factam invenimus, & per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, quod tu Berarde de Aluſio habitator de maſeriis, & tu Petrona ſeu Peyroneta uxor Paulini de maſeriis, & tu Petre fili Perreti de Caſtro habitator de maſeriis juxta caſtrum novum de barbaſenchis, & tu Ademare boionis habitator de ſancto Johanne comitali, & tu Guillierme fili Titbaudi habitator de barcio, vos predicti dyoceſis auxitane tam graviter & tam multipliciter in facto hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos prefati inquiſitores & conmiſſarii delegati vos omnes & ſingulos re-

dire volentes prout aſſeritis ad eccleſie unitatem abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni hereſi & preſtito ad ſancta Dei euangelia juramento quod parebitis & eritis obedientes ſimpliter mandatis noſtris & eccleſie, Abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicacionis vinculis quibus eratis ligati propter cul-
102. pas quas confeſſi eſtis in judicio vos in facto ſeu crimine hereſis Valdenſium conmiſiſſe, ſi tamen de corde bono & fide non ficta redieritis ad eccleſie unitatem, & ſi injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & ſanctam matrem eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, injungimus vobis inpenitenciam & nomine penitencie pro predictis peregrinaciones que continebuntur in literis que vobis ſuper hoc concedentur, quas literas vobis precipimus petere & habere teſtimoniales de ſingulis locis reportantes literas illorum qui in dictis locis prefuerint quod peregrinaciones conpleveritis memoratas. Dictaſque peregrinaciones facere incipiatis infra tres menſes à preſenti die conputandos, earumque conplecioni inſiſtatis ſub virtute à vobis preſtiti juramenti. Item quod viſitetis ſingulis annis quamdiu vixeritis eccleſiam ſancti Stephani Tholoſe in feſto invencionis ejuſdem, & eccleſiam cathedralem de auxio in feſto nativitatis beate Marie virginis, & miſſam majorem & ſermonem ſi ibi fiat audiatis utrobique. Confiteamini inſuper peccata veſtra ter in anno, ſcilicet ante natale & paſcha & pentechoſten, & in eiſdem feſtivitatibus conmunicetis, niſi abſtinueritis de conſilio proprii ſacerdotis. Singulis verò diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem auditatis ex integro, & ſermonem qui fiet in locis in quibus fueritis niſi valeatis legitime excuſari. Item ab omni opere ſervili abſtineatis diebus dominis & feſtivis colendis. In adventu Domini in cibo quadrageſimali jejunetis. Divinaciones & ſortilegia non obſervetis, Uſuras non exerceatis. Preterea perſequamini Valdenſes & alios hereticos quibuſcunque nominibus cenſeantur, & credentes & fautores & receptatores ac defenſores eorum, ac pro Valdeſia & hereſi fugitivos. Fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas & jura eccleſiarum & officium inquiſicionis heretice pravitatis pro viribus defendatis. Hec autem omnia vobis injungimus, retenta nobis & noſtrum cuilibet & noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus plenaria poteſtate addendi diminuendi ac etiam remittendi in predicta penitencia ſive pena, ſi & quandocunque nobis vel eis viſum fuerit expedire. Data fuit hec penitencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Et ego Guilielmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis, requiſitus à religioſo viro fratre Bernardo Guidonis inquiſitore Tholoſano predictis omnibus una cum ſupraſcriptis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis, qui preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Culpe Cruceſſignatorum.*

RAymunda uxor quondam Bernardi de Artigiis de ſancto Johanne prope viride folium, filia quondam Raymundi Sancii de garda ſicut legitime nobis conſtat per ejus confeſſionem factam in judicio XVI°. Kalendas Auguſti anno Domini M°. CCC°. XII°. quadam vice vidit in domo patris ſui duos homines quos Petrus Sancii patruus ſuus oſtendit ſibi de quibus dixit ſibi dictus patruus quod erant de bonis hominibus, & quod nullo modo revelaret, & unus vocabatur Amelius & alius Guilielmus, & de quibus dixit ſibi Aymengardis ſoror dicti Petri Sancii & Amica ſua quod erant de illis bonis hominibus quos gentes vocant hereticos, & quod caveret
102.b. quod non loqueretur alicui de eis. ¶ Item alia vice vidit in quadam borda patris ſui alios duos homines, quos adduxit Petrus Sancii predictus, de quibus audivit ab eodem quod unus vocabatur Jacobus & alter erat pater dicti Jacobi, de quo poſtea audivit quod vocabatur P. Auterii, & ad mandatum dicti Petri Sancii ipſa

venit

venit ad dictam Aymengardem pro pane & pro vino & apportavit ad dictam bordam pro eis. ¶ Predicta vidit & ſcivit à novem annis & ab octo citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocata.

Stephana uxor Raymundi Gerardi de Varenis prope bornum filia quondam Bernardi fabri hyſpani de borno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XV°. vidit in domo ſua paterna in campmaſio hyſpanorum de borno ubi morabatur cum Aycelina matre ſua & fratribus ſuis ſex hereticos, aliquando duos ſimul, aliquando IIII^or & una vice ſex, quorum nomina ſunt hec, Petrus Auterii, Jacobus Auterii filius ejus, Amelius, & Andreas, Petrus Raymundi & Guilielmus, & audivit aliquando verba & moniciones hereticorum, & adoravit eos inclinando ſe junctis manibus coram eis & dicendo pluribus vicibus benedicite, & vidit ab aliis perſonis quas nominat ſimiliter adorari. ¶ Item fecit pactum ſeu convenienciam Petro Auterii heretico requirenti eam. ¶ Item comedit de pane benedicto hereticorum. ¶ Item vidit & interfuit quando Petrus Auterii hereticavit Aycelinam matrem ipſius Stephane. ¶ Item interfuit & vidit hereticacionem Montoline uxoris Martini Franciſci, quam hereticavit P. Auterii predictus hereticus. ¶ Predicta conmiſit à XII. vel XIII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis nec venit ad confitendum donec fuit citata quamvis fratres ſui fuiſſent confeſſi & aliqui penitenciati per aliquos annos antea.

Guilielmus ſalavert, filius quondam Ademari Rocha de Cordua dyoceſis Albienſis, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio coram reverendo patre felicis recordationis domino B. de Caſtaneto quondam epiſcopo albienſi & religioſo viro fratre Nycholao de abbatis villa ordinis predicatorum inquiſitore heretice pravitatis anno Domini M°. CC°. XCIX°. VI°. Nonas Martii poſtmodum vero coram religioſo viro fratre B°. Guidonis ordinis predicatorum inquiſitore heretice pravitatis anno Domini M°. CCC°. XIX°. XVI°. Kalendas Octobris legitime nobis conſtat, vidit apud Albiam in domo ſeu hoſpicio cujusdam quem nominat Raymundum del boc & Raymundum Deſiderii hereticos cum quibusdam aliis perſonis quas in confeſſione ſua nominat, & comedit & bibit ibidem ſimul cum predictis, & poſtquam deceſſit inde ab eis cum quodam homine quem nominat qui ibidem ſimul fuerat cum eo, habuerunt colloquium eodem die quod predicti duo Raymundus del boc & Raymundus Deſiderii erant heretici, & quod ex hoc quia viderant eos malum infortunium eveniret eis. ¶ Item alia vice apud corduam poſt predicta vidit predictos duos Raymundum del boc & Raymundum Deſiderii hereticos in domo ſeu hoſpicio cujusdam perſone quam nominat cum quibusdam aliis perſonis quas ſimiliter nominat, & ibidem adoravit predictos hereticos modo hereticali, ſicut in prima confeſſione ſua depoſuit. ¶ Item quadam vice ante omnia predicta audivit à duobus hominibus quos nominat quod alter illorum dixit ipſo preſente & audiente dirigendo verba ad alium, Vultis quod eamus ad talem locum quem expreſſit ad videndum illos bonos homines, per quos dictus Guilielmus intellexit dici de hereticis, & ivit cum eis ad predictum locum & ſcivit quod illi duo intraverunt ſine ipſo ortum ſeu viridarium dicti loci, & ſteterunt diu ipſo eos expectante, & credidit tunc & ex tunc quod ibi viderunt aliquos hereticos & fuerunt locuti cum eis, qui predicti duo homines fuerunt poſtmodum pro facto hereſis ſentencialiter condempnati. ¶ Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec aliqui alii cum quibus viderat predictos hereticos fuerunt capti & detenti. Predictos hereticos non fecit capi, nec revelavit, nec procuravit quod caperentur. 103.

Durandus boyſſa de Cordua dyoceſis albienſis, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. ydus Aprilis anno Domini M°. CCC°. I°. legitime nobis conſtat, poſtquam Bernardus de Goch de cerdua exivit de carcere ſeu poteſtate inquiſitorum & fugit, ipſe Durandus vidit & viſitavit dictum Bernardum quem ſcivit tunc { *lib.* XVIII°. *folio* CXLI°.

pro hereſi fugitivum in quadam vinea ubi latitabat, & ex parte ipſius fugitivi ivit ad quasdam perſonas quas nominat & verba fugitivi portavit dictis perſonis, & reſponſiones dictarum perſonarum reportavit dicto fugitivo. ¶ Item ex parte unius viri quem nominat portavit dicto fugitivo tunc quadringentos turonenſes argenti, quos dictus vir tradidit ſibi portandos predicto fugitivo. ¶ Item à quodam alio quem nominat recepit unum parvum libellum & portavit dicto fugitivo. ¶ Item à quadam muliere quam nominat recepit XII. denarios auri, & ex parte ejus portavit predicto fugitivo. ¶ Item aſſociavit predictum fugitivum uſque ad quendam locum quem nominat, & ibi audivit & ſcivit ab eodem quod ibat in Lombardiam ad hereticos, ut ibi ſe faceret hereticari & recipi ad ordinem ipſorum, & poſtmodum rediret ad partes iſtas viſitandas. ¶ Item audivit ab eodem fugitivo quod mutaret ſibi nomen & faceret ſe vocari Guilielmum de ſancto cirico. ¶ Item ſcivit quod quedam perſone quas nominat viderunt & viſitaverunt dictum fugitivum in predicta vinea latitantem, & unus ex illis tunc dedit dicto fugitivo c. ſolidos turonenſes in uno capello lineo. ¶ Item poſtmodum dictum Bernardum de Goch factum hereticum conſolatum poſtquam rediit de Lombardia recepit & tenuit in domo ſua tribus diebus & tribus noctibus abſconditum, & ibi viſitaverunt eum alique perſone quas nominat, & quedam perſona quam nominat miſit dicto heretico c. ſolidos turonenſes per ipſum Durandum. ¶ Item audivit & ſcivit à dicto heretico quod habebat ſocium alium qui vocabatur P. lobeti. ¶ Predicta conmiſit à XXII. annis & à X. vel octo annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & negavit & celavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Guilielmus hugonis, filius quondam Jacobi hugonis de ſavarduno neposque Petri Auterii heretici ex ſorore, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Jovis in feſto beati Mathie apoſtoli anno Domini M°. CCC°. V°. vidit pluries in domo ſua & alibi in diverſis locis & hoſpiciis, que nominat in confeſſione ſua, Petrum Auterii & Guilielmum Auterii fratres & avunculos ipſius, & Jacobum Auterii filium dicti Petri, & Petrum Raymundi & Andream hereticos, ſciens ipſos eſſe hereticos, & audivit pluries verba & moniciones & doctrinam erroneam dictorum hereticorum contra fidem Domini Jeſu Chriſti cum pluribus aliis perſonis quas nominat. ¶ Item comedit cum hereticis pluries, & comedit de pane benedicto hereticorum, & vidit modum benedictionis fieri. ¶ Item ſemel aſ-
103. b. ſociavit Guilielmum Auterii hereticum cum quodam alio quem nominat ſciens quod ibant ad quandam villam pro quadam perſona hereticanda. ¶ Item in infirmitate de qua obiit Jacobus hugonis quondam pater ſuus Guilielmus Auterii hereticus viſita-
{ *ſcilicet Tholoſam* vit dictum infirmum preſente & vidente dicto Guilielmo hugonis, & ſi dictus infirmus voluiſſet & petiviſſet tunc hereticari dictus Guilielmus hugonis ſuſtinuiſſet. ¶ Item quando audiebat verba hereticorum & vitam quam ducebant erat in dubitacione & errore, & in iſtis perſeverabat aliquando per menſem aliquando per quindenam & aliquando ſtatim recedebat à dicta credencia. ¶ Predicta conmiſit à quinque annis & à quatuor & à tribus & à duobus & ab uno & à dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. ¶ Juravit parere mandatis eccleſie, & abjuravit omnem hereſim, & fuit ab exconmunicacionis vinculo abſolutus.

¶ Predictus Guilielmus hugonis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio nonis Decembris anno Domini M°. CCC°. IX°. poſtquam confeſſus fuerat de hiis que conmiſerat in hereſi, & poſtquam abjuraverat omnem hereſim in judicio, ex tunc vidit Petrum Auterii hereticum in domo ſua apud ſavardunum, & ſtetit ibi per unam diem & unam noctem quem non cepit nec capi fecit, & cui etiam tunc dixit quod ex parte ſua non eveniret ſibi aliquid mali. Dixit tamen quod diſplicuit ſibi quia dictus hereticus illuc venerat, & quod ipſum admonuit quod dimitteret ſectam illam hereticorum, ſet hereticus reſpondit ſibi quod nullo modo eam dimitteret etiamſi omnem amici ſui excoriarentur vivi coram ipſo.

¶ Item predicta de dicto Petro Auterii heretico celavit coram inquiſitore Tholoſano in judicio, anno Domini M°. CCC°. VII°. V°. nonas Julii, cum tamen vi-

diſſet

diſſet recenter dictum hereticum in quadrageſima tunc proxime preterita. ¶ Item Petrus Eugeni, & Matheudis uxor ſua filiaque Petri Auterii heretici fuerunt in domo ipſius Guilielmi hugonis, de quibus ipſe audiverat & rumor erat quod olim receſſerant in Lombardiam, & fuerant ſecuti illuc predictum Petrum Auterii hereticum. ¶ Predicta conmiſit à duobus annis cum dimidio & aliquantulum amplius citra antequam confiteretur ultimo judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit per alios detectus & citatus & arreſtatus Tholoſe.

Aſtruga uxor Guilielmi hugonis die ſavarduno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Jovis poſt paſcha anno Domini M°. CCC°. VI°. vidit in domo ſua & viri ſui apud ſavard unum Petrum Auterii & Guilielmum Auterii fratrem ejus, & Petrum Raymundi hereticos pluries, non tamen ſimul ſet in diverſis temporibus & diebus, ſciens ipſos eſſe hereticos, & comederunt & biberunt & jacuerunt ibidem dicti heretici, & fuerunt viſitati ibidem per aliquas perſonas quas nominat. ¶ Item in domo Sibilie den bayles apud Ax in ſavarteſio vidit quinque hereticos ſimul, ſcilicet Petrum Auterii & Guilielmum Auterii & Jacobum Auterii & Amelium & Audream de pradis, & audivit ibidem verba & moniciones eorum, & ſpecialiter dicti Jacobi, cum aliis perſonis quas nominat in confeſſione ſua. ¶ Predicta conmiſit à quinque annis à quatuor à tribus à duobus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Juravitque parere mandatis eccleſie, & abjuravit omnem hereſim in judicio, & ſic fuit ab exconmunicacionis vinculo abſoluta.

¶ Predicta Aſtruga, ſicut legitime conſtat nobis per ipſius confeſſionem factam in judicio XI°. Kalendas Febroarii, anno Domini M°. CCC°. IX°. poſtquam alias confeſſa fuerat de facto hereſis & abjuraverat omnem hereſim in judicio, ex tunc in quadrageſima proxime venienti erunt tres anni venit quidam nuncius ex parte Petri Auterii heretici de nocte ad eam quod reciperet dictum Petrum Auterii in domo ſua, & ipſa conceſſit quod faceret, & venit dictus hereticus eadem nocte cum duobus nunciis & uno animali, & ipſa recepit dictum hereticum in domo ſua & viri ſui, ubi jacuit dictus hereticus illa nocte in quadam camera ubi ipſa ſibi fecit lectum, & ſtetit ibi dictus hereticus per ſequentem diem, & ipſa miniſtravit ſibi panem & vinum & pulmentum de ciceribus, & quando venit dictus hereticus ſalutavit eum dicendo domine bene veneritis inclinando caput junctis manibus verſus eum. 104.

¶ Item dicta Aſtruga celavit de predicto Petro Auterii heretico veritatem in judicio coram inquiſitore anno Domini M°. CCC°. VII°. V°. nonas Julii cum tamen recenter vidiſſet & recepiſſet dictum hereticum in quadrageſima tunc proximo preterita. ¶ Item Petrus Eugeni gener Petri Auterii jacuit una nocte in domo ipſius & mariti ſui, tempore paſchali fuit annus. ¶ Item Matheudis uxor dicti Petri Eugeni filiaque dicti Petri Auterii heretici fuit ibi alia vice, & jacuit una nocte, & dicta Aſtruga audivit & ſcivit per eamdem quod olim iverat in Lombardiam cum predicto Petro Auterii heretico. ¶ Item addidit prime confeſſioni ſue, dicens quod quinque anni erunt in paſchali tempore quod Petrus Auterii & Jacobus filius ejus heretici venerunt ad bordam in qua ipſa morabatur & vir ſuus juxta ſanctum Paulum prope taraſconam in ſavarteſio, & fuerunt ibi pranſi & ipſa miniſtravit eis panem & vinum.

Paulinus filius Bernardi de Aluſio burgundi habitator de Maſeriis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit pluries in domo ſua & patris ſui quoſdam homines, de quibus audivit à patre ſuo & matre ſua ſibi dici quod erant boni homines & vocabant ſe fratres, & incantaverunt ipſum quod non revelaret alicui quod vidiſſet eos, & vidit eos comedentes & bibentes de bonis domus patris ſui, & aliquando jacuerunt ibidem, & ipſe comedit cum eis & oravit cum eis inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Nomina autem predictorum hominum ſunt: Chriſtinus, Johannes Chapayro, Petitus burgundus, Johannes & Arnaldus de Cernone, Gerardus de Vienna, Stephanus Porcherii, & *fol.* LXVIII°.

Mondonus textor, octo numero, quos vidit non omnes ſimul, ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis temporibus & diebus. ¶ Item predictos homines vidit & viſitavit alibi quam in domo ſua in diverſis vicibus nunc iſtos nunc illos & comedit cum eis, & oravit ſimiliter cum eiſdem, & aliquando recepit ab eis donum acus. ¶ Item pluries fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de predictis & recepit abſolutionem & penitenciam ab eiſdem, & credebat quod dicta confeſſio & abſolucio & penitencia ſibi proficerent ad ſalutem anime, ac ſi factum fuiſſet per proprium ſacerdotem quamvis ſciret ipſos non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopum Romane eccleſie. ¶ Item audivit pluries verba & doctrinam ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare, & quod jurare erat peccatum. ¶ Item credidit ipſos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in dicta credencia per quatuor annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à novem & à quinque & à IIII^or & à duobus & ab uno annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

104.b. *Folio* LXXXXV°. Perrinus filius Berardi de Aluſio, habitator de Maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis Auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit in domo ſua & patris ſui Criſtinum & Hymbertum cum ſocio ſuo cujus nomen neſcivit & Petrum de Cernone, item Johannem Chapayro & Petitum burgundum, & Johannem & Arnaldum de Cernone, & Johanninum clericum & Gerardum de Vienna, & Stephanum porcherii numero X. non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis temporibus & diebus, & comederunt & biberunt ibidem de bonis domus, & jacuerunt aliquando, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa, & oravit cum eis inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum ante prandium & poſt, de quibus pater ſuus & mater ſua dicebant ſibi quod erant valde boni homines & inter ſe vocabant ſe fratres, & quod nullo modo revelaret eos nec diceret quod vidiſſet eos quia caperentur. ¶ Alibi etiam quam in domo ſua vidit & viſitavit aliquos de predictis, & quendam alium qui vocabatur Hugoninus, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis locis & temporibus, & fuit ſimiliter incantatus ne revelaret eos. ¶ Item fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de predictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem quamvis ſciret quod non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum eccleſie Romane, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti & abſolutus ab eodem. ¶ Item ſemel aſſociavit unum ex predictis cum quodam equo equitando de loco ad locum. ¶ Item poſt capcionem patris & citacionem ſuam vidit & viſitavit quendam de predictis bis. ¶ Item audivit verba & moniciones predictorum, & ſpecialiter quod nullus debebat jurare in aliquo caſu quia erat peccatum. ¶ Item credidit eos eſſe bonos homines & veraces, & quod tenebant bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari ipſi & alii qui tenerent eam. ¶ Predicta conmiſit à XII. annis & ab octo & à IIII^or & ab uno & à dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

Folio LXXVI I°. Johanna uxor Martini textoris, habitatrix de Maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. ydus Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit in domo ſua & mariti ſui VII. homines unius ſecte, de quibus audivit & ſcivit quod ipſi inter ſe vocant ſe fratres, & ſic vocabant eos amici & credentes ipſorum, videlicet Criſtinum & Gerardum provincialem, & Johannem & ſocium ejus, & Bartholomeum, & alium Gerardum, & Stephanum porcherii, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & temporibus, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & aliquando jacuerunt ibidem, & ipſa pluries comedit cum eis in ea-

eadem menſa per eos benedicta, & oravit cum eis pluries ante prandium & poſt inclinata ſuper bancam ſecundum modum ipſorum, de quibus hominibus audivit à marito ſuo & à dicto Criſtino quod ipſi tenebant viam Dei & apoſtolorum. ¶ Item audivit ab eisdem quod nolebant manifeſtari ſeu revelari clericis & ſacerdotibus & aliis gentibus quia timebant quod caperentur. ¶ Item alibi quam in domo ſua vidit alios duos de ſecta & ſocietate dicti Chriſtini, videlicet Bernardum & Mondonum. ¶ Item audivit verba predictorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare, & quod jurare ſemper erat peccatum. ¶ Item credidit homines dicte ſecte eſſe bonos & veraces, & habere bonam fidem in qua ipſi & credentes ipſorum poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per ſex annos quamvis crederet quod ipſi non concordabant cum clericis & religioſis, & quod factum ipſo- 105.
rum non erat idem cum facto clericorum ſet erant contrarii ſibi. ¶ Predicta conmiſit à XIII. annis & à duobus citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Helys uxor Gerardi de las donas burgundi, habitatrix de maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. Kalendas Mayi anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit in domo cujusdam perſone quam nominat Criſtinum qui ſtabat abſconditus in quodam ſotulo dicte domus, & audivit à dicta perſona quod ille Criſtinus & alii de ſecta & ſocietate ſua erant boni homines, & vocabant ſe fratres, & docebant viam ſalvacionis, & dictus Chriſtinus incantavit eam quod non revelaret eos. ¶ Item in domo ſua & alibi vidit aliquociens Perrinum Belys, Johannem Chapayro, Bartholomeum, Mondonum burgundnm, Johannem & Arnaldum de Cernone, Gerardum de Vienna, Stephanum Porcheri, qui erant de ſecta & ſocietate dicti Criſtini, non omnes ſimul, ſet aliquando iſtos aliquando illos in diverſis vicibus & diebus. ¶ Item dedit ad comedendum predictis de bonis domus ſue, quando veniebant illuc, & recepit eos ad jacendum ibidem, & comedit in eadem menſa cum eis, & oravit aliquociens cum eisdem flexis genibus inclinata ſuper bancam ante prandium & poſt ſecundum modum & ritum ipſorum. ¶ Item audivit verba & doctrinam ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare, & quod ſemper & in quocunque caſu jurare erat peccatum, & quod Deus prohibuerat omne juramentum. ¶ Item credidit ipſos eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, quamvis ſciret ipſos eſſe contrarios capellanis & clericis de eccleſia Romana, & quamvis crederet quod non tenebant eamdem fidem, & fuit in illa credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis & à tribus & à duobus citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit vocata & detenta in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum. } *Folio* CXI°.

Gerardus filius Formundi burgundi habitator de marciaco dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. XVI°. legitime nobis conſtat, vidit apud Miraudam quendam hominem de quo poſtea ſcivit quod vocabatur Perrinus Wudri qui dixit ſibi ad partem quod non juraret nec mentiretur & plura alia, inter que dixit ſibi quod diceret ei peccata ſua ſet ipſe noluit dicere, & poſtea pater ſuus dixit ſibi de dicto Perrino quod erat bonus homo & ibat per terram & docebat bona documenta. ¶ Item alia vice ipſe obviavit dicto Perrino, cum quo ibat quidam alius qui vocabatur Guilielmus Moterii, & ſalutavit eos, & fuit locutus cum eis. ¶ Item alia vice apud Miraudam vidit quendam alium hominem, de quo fuit ſibi dictum quod vocabatur Criſtinus, & erat bonus, & dicebat & docebat bona verba, & fuit incantatus quod non loqueretur de ipſo. ¶ Item in domo patris ſui vidit in diverſis vicibus ſex homines, videlicet Johannem Moram, Petitum, Guilielmum Moterii, & aliorum nomina neſcivit, quandoque jacebant ibidem, de quibus fuit incantatus per patrem

ſuum

ſuum quod non revelaret alicui quod eſſent ibi. ¶ Item oravit cum eis flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum ante cenam & poſt.

105.b. ¶ Item credidit ipſos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, quousque vidit quod fugabantur & capiebantur per inquiſitores. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus & citatus.

Monetus ſeu Raymundus de la bruguieyra, qui alias cognominatur de la laca habitator in quadam borda juxta Marciacum dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit tam in domo ſua quam alibi: Chriſtinum & Gerardum Vales, Bartholomeum & Robertum Moterii, & Guilielmum fratrem dicti Roberti, & Johannem de Cernone Valdenſes, ſciens eos eſſe tales, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis locis & vicibus & diebus. ¶ Item aliquos de predictis recepit in domo ſua ad comedendum & bibendum & jacendum ibidem de bonis domus ſue & comedit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, & quod nullus homo debebat jurare. ¶ Item dedit aliquibus ex eis aliquam pecuniam. ¶ Item ſemel fuit confeſſus peccata ſua alicui de dictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & credidit quod dicta confeſſio & abſolucio & penitencia ſibi proficerent ad ſalutem anime, quamvis ſciret ipſum & alios Valdenſes non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopum de eccleſia Romana. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per quinque annos. ¶ Predicta conmiſit à quinque annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

} *Folio* CC°. XXVI°.

} *Folio* CC°. LXXXI°.

Hugueta uxor Bertrandi de la Maſuga burgunda, que moratur in quadam borda prope Marciacum dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII° Kalendas Novembris anno Domini M°. CCC°. XVII°. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua & viri ſui Petitum ſororium ſuum, & Garnerium, & Perrinum de Gaudone, & Petrum de Cernone, & Bartholomeum, Guilhetmetum Moterii & Mondonum textoris, de quibus audivit à dicto Petito quod ipſi inter ſe vocabant ſe fratres, qui etiam incantavit eam quod nullo modo revelaret eos nec diceret alicui quod ipſi eſſent ibi, quia ſi ſcirentur caperentur per clericos & capellanos. Predictos autem vidit non omnes ſimul, ſet aliquando iſtos aliquando illos diverſis vicibus & diebus, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue & jacuerunt ibidem, & ipſa comedit & bibit cum eis in eadem menſa, & oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod nullus debebat jurare, quia erat peccatum. ¶ Item duabus vicibus fuit confeſſa peccata ſua aliquibus ex eis, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eis, quamvis ſciret ipſos non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopos de eccleſia Romana, & credebat quod dicta confeſſio & abſolucio ſibi proficerent ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit predictos homines eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra ante quam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec fuit confeſſa donec fuit vocata & per alios nominata.

106. Germanus ſartor filius quondam Andrici burgundi de gaudone dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Novembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua pluries xv. Valdenſes, videlicet Hymbertum & Johannem Moran, & Criſtinum, & Perrinum

} *folio* CC°. LXXXVIII°

num de gaudone clericum germanum fratrem ſuum, & Robertum Moterii, & Hugoninum clericum, Johannem & Petrum de cernone fratres, Johannem Martini, Garnerium, & Bartholomeum, & Perrinum Malifart, Johannem de breyſſa, Petitum, & Guilielmum Moterii Valdenſes, ſciens eos eſſe tales, non tamen omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & jacuerunt ibidem, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eiſdem ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item plures ex dictis Valdenſibus vidit & viſitavit alibi quam in domo ſua. ¶ Item aliquos de dictis Valdenſibus aſſociavit de loco ad locum. ¶ Item dedit aliquibus de dictis Valdenſibus aliqua, & recepit ab eiſdem. ¶ Item audivit verba & doctrinam ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare in aliquo caſu in curia vel extra, quia erat peccatum mortale. ¶ Item pluries fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eis, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopos eccleſie Romane, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti & abſolutus ab eodem. ¶ Item Valdenſes credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per XI. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XX. annis & deinceps à dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit citatus.

Monetus ſive Raymundus de gaudone filius quondam Andrici de gaudone dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua XI. Valdenſes, videlicet Criſtinum, & Perrinum de gaudone clericum fratrem dicti Moneti, & Johannem & Petrum de cernone fratres, & Guilielmum Moterii, & Hugoninum clericum, & Johannem Moran, Gerardum de Vienna, Bartholomeum, Robertum Moterii, & Petitum Valdenſes, ſciens ipſos eſſe tales, non tamen omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus. ¶ Item tempore quo burgundi capiebantur in Vaſconia propter factum Valdenſium quadam vice obviavit duobus de predictis Valdenſibus qui tunc fugiebant, & fuit locutus cum eis. ¶ Item predictis Valdenſibus dedit ad comedendum & bibendum de bonis ſuis, & jacuerunt in domo ſua, & comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit quod homo non debebat jurare quia erat peccatum. ¶ Item duabus vicibus fuit confeſſus peccata ſua Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum eccleſie Romane. ¶ Item credidit dictos Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per octo annos. ¶ Predicta conmiſit à novem annis & à dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit captus & adductus & detentus in muro Tholoſe. 106. b.

folio CC°. LXXI I°.

Michaël, filius quondam Ruffi qui alias vocabatur Johannes de gratalo de monte gauſio dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVI°. Kalendas Januarii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit in domo ſua & patris ſui Martinum de monte gauſio & quendam ſocium ejus cujus nomen neſcivit, & Petitum & Mondonum, & Johannem & Hugonium clericum Valdenſes ſeu hereticos, quos ſciebat eſſe tales & contrarios eccleſie Romane, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus & comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & aliquando jacuerunt ibidem. Item ipſe comedit & bibit cum eis, & oravit ante prandium & poſt ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item

folio C°. XIX°.

aliquos de dictis Valdenſibus vidit & viſitavit alibi in diverſis vicibus & locis. ¶ Item audivit verba & moniciones Valdenſium, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare in aliquo caſu quia jurare erat ſemper peccatum mortale, ¶ Item cuidam de Valdenſibus fuit confeſſus ſemel peccata ſua & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & credebat quod dicta confeſſio & abſolucio & penitencia ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item Valdenſes credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam & bonam doctrinam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, quamvis ſciret ipſos eſſe contrarios eccleſie Romane, & fuit in illa credencia per annum cum dimidio vel circa. ¶ Predicta conmiſit à duobus annis citra ante quam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & detentus in muro Tholoſe.

folio cc°. LXXXVIIII°. Guilielma uxor Hugonis ſartoris burgundi, qui moratur in ſancto Johanne comitali dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Novembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua & viri ſui Mondonum & Johannem de Cernone & Hymbertum, & ſocios ipſorum, de quorum nominibus non recordatur, non tamen omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, de quibus audivit à dicto Mondono quod ipſi erant de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & quod ipſi vocabant ſe fratres, & dictus Mondonus incantavit eam quod non revelaret eos quia ſi ſcirentur caperentur per clericos & inquiſitores. ¶ Item comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & jacuerunt ibidem, & ipſa comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis flexis genibus ante prandium & poſt inclinata ſuper bancam ſecundum modum ipſorum. ¶ Item audivit ab eiſdem moniciones eorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare, quia erat peccatum. ¶ Item ſemel fuit confeſſa peccata ſua cuidam de predictis & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, quamvis ſciret quod non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum eccleſie Romane, & credebat quod dicta confeſſio & abſolucio ſibi proficerent ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti. ¶ Item predictos homines credebat eſſe bonos & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſe ſalvari, & fuit in dicta credencia per tres annos. ¶ Predicta conmiſit à quatuor annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit citata.

107. Poncia uxor Johannis petiti burgundi qui moratur in ſancto Johanne comitali dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Octobris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua & viri ſui Criſtinum & Arnaldum de Cernone & Johannem fratrem predicti Arnaldi & Perrinum clericum, de quibus audivit ab eiſdem quod ipſi erant de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & quod nolebant revelari ſeu manifeſtari, quia ſi ſcirentur caperentur per capellanos & clericos, ipſos autem vidit non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus. ¶ Item quando erant in domo ſua comedebant & bibebant de bonis domus ſue, & aliquando jacuerunt ibidem. ¶ Item comedit & bibit cum eis in eadem menſa, & oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare quia ſemper erat peccatum. ¶ Item ſemel fuit confeſſa peccata ſua cuidam ex ipſis quamvis ſciret quod non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum de eccleſia Romana, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit ipſos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit acuſata & citata.

Jo-

Johanna uxor Perrini de la peria burgundi, qui moratur apud barcium in bavilia de Marciaco dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVI°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit in domo ſua & viri ſui & patris ſui etiam alibi in diverſis vicibus & diebus Johannem de Cernone & Johannetum & Perrinum belys, de quibus audivit quod erant boni homines & quod vocabant ſe fratres. ¶ Item in domo ſua & viri ſui comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eiſdem inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item de predictis negavit à principio veritatem.

Johanna uxor Yberti piperii burgundi, que moratur apud Mirandam dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio XI°. Kalendas Novembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua & viri ſui Bartholomeum, & Arnaldum, & Criſtinum, Gerardum de Vienna, Stephanum Porcherii, & Mondonum, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, de quibus audivit dici à viro ſuo quod erant boni homines & tenebant viam Dei & apoſtolorum, & quidam de dictis hominibus incantavit eam quod non revelaret eos alicui, quia ſi ſcirentur caperentur, & comederunt & biberunt in domo ſua de bonis ſuis. ¶ Item oravit cum eis inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit ab eis quod homo non debebat jurare. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec venit ad confitendum donec fuit vocata & capta & detenta in muro Tholoſe.

Penitencia arbitraria cum crucibus. 107.b.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Quoniam nos prefati inquiſitores heretice pravitatis, & Petrus Piſcis canonicus mirapiſcenſis domini archiepiſcopi Tholoſani, & nos prefati frater Rotgerius & Henricus daltor & Augerius de pozolis venerabilium virorum vicariorum & capituli eccleſie Auxitane ſede vacante, & Yterius de brolio canonicus engoliſmenſis domini epiſcopi Albienſis, & Bernardus Armanni canonicus & archidyaconus Riuenſis & Guilielmus Rocherii officialis Riuenſis domini epiſcopi Riuenſis conmiſſarii in hac parte delegati prout & quantum ad unumquemque noſtrum ſpectat quantum ad perſonas & de perſonis nobis ſubditis infra ſcriptis, per inquiſicionem invenimus ac per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, Quod tu Raymunda filia quondam Raymundi Sancii de garda uxorque quondam Bernardi de Artigiis dyoceſis Tholoſane, & tu Stephana uxor Raymundi Gerardi de Varenis prope bornum dyoceſis Montis albani, Et tu Guilielme ſalavert de Cordua, Et tu Durande boyſſa de Cordua dyoceſis Albienſis, Et tu Guilielme hugonis de ſavardino, Et tu Aſtruga uxor ejus dyoceſis Rivenſis, Et tu Pauline fili Berardi de aluſio, Et tu Perrine fili Berardi de aluſio, Et tu Johanna uxor Martini textoris, Et tu Helys uxor Gerardi de las donas, Vos omnes de Maſeriis; Et tu Gerarde fili Formundi burgundi de Marciaco, Et tu Monete ſeu Raymunde de la bruguieyra ſive de la laca prope Marciacum, Et tu Hugueta uxor Bertrandi de la Maſuga que moraris prope Marciacum, Et tu Germane ſartor fili quondam Andrici burgundi de Gaudone, Et tu Monete ſive Raymunde de gaudone fili quondam Andrici de gaudone, Et tu Michaël fili quondam Ruffi ſive Johannis de gratalo de monte gauſio, Et tu Guilielma uxor Hugonis ſartoris burgundi de ſancto Johanne Comitali, Et tu Poncia uxor Johannis Petiti burgundi de ſancto Johanne comitali, Et tu Johanna uxor Perrini de la peria burgundi que moraris apud barcium, Et tu Johanna uxor Ymberti piperii burgundi que moraris apud mirandam, Vos omnes predicti de dyoceſi auxitana, tam graviter & tam multipliciter in facto hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos prefati inquiſitores & conmiſſarii delegati vos omnes & ſingulos prout nobis ſubeſtis redire volentes pro-

ut asseritis ad ecclesie unitatem abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni heresi, & prestito ad sancta Dei euangelia juramento quod parebitis & eritis obedientes simpliciter mandatis nostris & ecclesie, absolvimus secundum formam ecclesie ab exconmunicacionis vinculis quibus eratis ligati propter culpas quas confessi estis in judicio vos in facto heresis conmisisse, si tamen de corde bono & fide non ficta redieritis ad ecclesie unitatem & si injuncta vobis mandata servaveritis; & quia in Deum & sanctam matrem ecclesiam predictis modis temere deliquistis, in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam perhemptorie assignatis sedentes pro tribunali sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis ut de vultu Dei nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem de bonorum virorum consilio inponimus & injungimus vobis & vestrum singulis in penitenciam & nomine penitencie pro predictis culpis duas cruces de filtro crocei coloris portandas in detestacionem veteris erroris, unam anterius ante pectus & alteram posterius inter spatulas in omni veste vestra preter camisiam interiorem, sine quibus prominentibus seu apparentibus infra domum vel extra nullatenus incedatis, quarum quantitas sit in longitu-
108. dine duorum palmorum & dimidii brachium unum, & duorum palmorum brachium alterum scilicet transversale, & trium digitorum in latitudine utrumque brachium, & easdem reficiatis vel innovetis si rumpantur aut deficiant vetustate. Tibi vero Guilielmo salavert de Cordua, considerantes quod in confessione tua perseverans & paratus suscipere penitenciam pro conmissis à te in facto heresis XIX. annis detentus in carcere penam carceris sustinuisti, parcimus ex misericordia à majori pena seu penitencia tibi debita de gracia speciali, conpensantes tibi penam preteriti temporis pro futuro. Tibi vero Guilielmo hugonis de savarduno & Astrugue uxori tue propter te considerantes quod tu in muro existens hereticum Petrum Raymundi de hugonibus revelasti & tractatum ejusdem de morte inquisitoris tempestive & provide significare curasti & quantum in te fuit periculo quod accidere poterat occurristi. Attendentes etiam quod detentus in muro multis annis patienter sustinuisti, parcimus à pena relapsus & inmuracionis ex misericordia & gracia antea tibi promissa si aliquem hereticum redderes. Et quia tu Raymunda filia quondam Raymundi Sancii de garda uxorque quondam Bernardi de Artigus, Et tu Guilielme salavert de Cordua, Et tu Durande boyssa de Cordua, Et tu Pauline fili Berardi de alusio, Et tu Perrine fili Berardi de alusio, Et tu Johanna uxor Martini textoris, Et tu Helys uxor Gerardi de las donas, Et tu Monete sive Raymunde de la bruguieyra sive de la laca, Et tu Hugueta uxor Bertrandi de la Masuga, Et tu Michaël fili quondam Ruffi de monte gausio, Et tu Guilielma uxor Hugonis sartoris de sancto Johanne comitali, Et tu Poncia uxor Johannis Petiti burgundi, pejerando à principio in judicio constituti amplius & gravius deliquistis, superaddimus vobis quod cruces quas vobis portandas inponimus sint duplices. Item injungimus vobis omnibus & singulis superius nominatis peregrinaciones beate Marie de rupe amatoris, & de podio de Valle viridi, & de tabulis in monte pessulano, & de serinhano, sancti Guilielmi de deserto, sancti Egidii in provincia, sancti Petri de monte majori, sancte Marthe apud tarasconem, sancte Marie Magdalene apud sanctum Maximinum, sancti Antonii Viennensis, sancti Marcialis, & sancti Leonardi in lemovicinio, sancti Dyonisii & sancti Ludovici & beate Marie de carnoto in Francia, sancti Severini in Burdegala, & beate Marie de solaco sancte Fidis de conchis, sancti Pauli Narbonensis, & sancti Vincencii de Castris. Testimoniales de singulis locis reportantes literas illorum qui in dictis locis prefuerint quod peregrinaciones conpleveritis memoratas. Dictasque peregrinaciones facere incipiatis infra tres menses ab hac die presenti conputandos, earumque conplecioni insistatis sub virtute à vobis prestiti juramenti. Item quod Vos de dyocesi Tholosana montis albani & Rivensis visitetis singulis annis quamdiu vixeritis ecclesiam sancti Stephani Tholose in festo invencionis ejusdem, & ecclesiam sancti Saturnini in octabis pasche. Item vos de dyocesi Auxitana visitetis eandem ecclesiam sancti Stephani Tholose in eodem festo, & ecclesiam cathedralem de auxio in festo nativitatis beate Marie virginis annuatim,

&

& miſſam majorem & ſermonem ſi ibi fiat audiatis utrobique. Confiteamini inſuper peccata veſtra ter in anno videlicet ante natale paſcha pentechoſten, & in eisdem feſtivitatibus conmunicetis niſi abſtinueritis de conſilio proprii ſacerdotis, ſingulis vero diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audiatis ex integro & ſermonem qui fiet in locis in quibus fueritis niſi valeatis legitime ac racionabiliter excuſari, & ab omni opere ſervili abſtineatis diebus dominicis & feſtivis colendis, officiisque publicis quibuscunque non fungamini. In adventu Domini in cibo quadrageſimali jejunetis. Divinaciones & ſortilegia non obſervetis. Uſuras non exerceatis. Preterea perſequamini hereticos quibuscunque nominibus cenſeantur, & credentes & fautores & receptatores ac defenſores eorum & pro hereſi fugitivos, fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas & jura eccleſiarum & officium inquiſicionis heretice pravitatis pro viribus defendatis. Hec autem omnia vobis injungimus, retenta nobis & noſtrum cuilibet ac noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus plenaria poteſtate addendi diminuendi conmutandi ac etiam remittendi in predicta penitencia ſive pena, ſi & quandocunque nobis vel eis viſum fuerit faciendum. Data fuit hec penitencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra. 108.b.

(LS) *Ego vero Guilielmus Juliani clericus lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis, requiſitus à religioſo viro fratre Bernardo Guidonis inquiſitore Tholoſano, predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi & in hanc formam publicam redegi ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis, qui preſens interfui & hic manu propria me ſubſcripſi & predicta recepi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Culpe inmuratorum.*

GUilielmus hugonis ſartor filius quondam Raymundi hugonis de rupe vitali habitator Tholoſe, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie nonas Auguſti anno Domini M°. CCC°. XII°. audivit à Petro Andree de beceta qui fuerat inmuratus pro facto hereſis quod Bernardus Iishols & quidam alius frater dicti Bernardi avunculi ipſius Guilielmi hugonis erant heretici perfecti & veſtiti in Lombardia ubi dictus Petrus Andree fuerat. ¶ Item dictus P. Andree fuit ſibi locutus pluries quod ſi irent in Lombardiam recuperaret theſaurum quem dimiſerant aliqui de parentela ipſius Guilielmi, dans ſibi intelligere modum recuperandi videlicet ſi intenderet & conſentiret in factum hereticorum. ¶ Item pluries audivit loquentes familiariter & cum placencia de facto hereticorum quaſdam perſonas tactas de facto hereſis quas nominat, Petrum Andree de Verduneto & Petrum Andree de beceta, & Aſtorgam uxorem ejus, & Arnaldam matrem ipſius Guilielmi hugonis ¶ Item ſcivit & audivit per Petrum Andree de beceta, quod Aſtorga que alias faciebat ſe vocari Guilielmam & olim fuerat inmurata pro facto hereſis voluit & petiit habere aliquem de hereticis in infirmitate de qua obiit, ut reciperetur ad ordinem hereticorum, & ex quo audiverat hoc à predicto Petro Andree viſitavit dictam infirmam, & audivit & ſcivit amplius idem de dicta Aſtorga per mulierem que ſerviebat ei que vocabatur Bonaſſias, & poſt mortem dicte Aſtorge audivit à dicto viro ſuo quod ſi amplius vixiſſet dicta Aſtorga paratum erat ei illud quod petierat, per quod ipſe Guilielmus intellexit quod aliquis de hereticis venerat alicubi unde poterat haberi pro hereticacione dicte Aſtorge. ¶ Item in quadam infirmitate quam habuit dictus Guilielmus, & de qua convaluit, Petrus Andree de beceta & Petrus Andree de Verduneto conſuluerunt ei & monuerunt eum quod vellet habere aliquem de hereticis & videre & loqui cum eis, & ipſe conceſſit & conſenciit quod volebat eos videre & loqui cum eis ad hoc ut reciperent eum ad ſectam & ordinem ipſorum, & poſt ſeptem dies vel circa predictus Petrus Andree dixit ſibi quod paratum erat illud de quo fuerant ſibi locuti ipſe & alius. P. Andree & ipſe ſciebat ubi erat, per 109.

quod ipſe intellexit quod aliquem de hereticis adduxerat in aliquo loco quem ipſe ſciebat, & tunc dictus Guilielmus reſpondit ei, quod nolebat aliquem de illis videre. ¶ Item illo tempore quo conſenciit & conceſſit Petro Andree de beceta & Petro Andree de Verduneto quod volebat videre hereticos vel aliquem de eis & loquí ad hoc ut reciperent ipſum ad ſectam & ordinem ſuum in illa infirmitate, tunc credidit quod heretici haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & ſtetit in dicta credencia illo die quo conceſſit & conſenciit predictis, & etiam ſequenti nocte, & ſi tunc hereticus aliquis veniſſet ad eum erat in propoſito & voluntate quod faceret ſe recipi per eum ad ſectam & ordinem ſuum, & ſequenti die receſſit à dicta credencia. ¶ Item audivit à quadam muliere que vocabatur Bonaſſias, quod ipſa fecerat recipi quandam filiam parvulam in infirmitate de qua obiit per quendam hereticum quem nominavit ad ſectam ſuam, & dicta mulier conſulebat dicto Guilielmo quod faceret recipi quendam puerum ipſius Guilielmi qui puer tunc infirmabatur. ¶ Item fuit familiaris in comedendo & bibendo cum multis perſonis hereticalibus, quas nominat in confeſſione ſua. ¶ Predicta conmiſit à quinque annis & ab uno & à dimidio citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios conplices & conparticipes revelatus, & donec fuit captus & detentus per quinque menſes & amplius, & celavit & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum, quamvis ſciret perſonas alias conparticipes eſſe captas.

Johannes de bretz filius quondam Jacob de ſerinhaco prope bellum montem dyoceſis Tholoſane converſus de judayſmo ad baptiſmum, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio XVIII°. Kalendas Julii, anno Domini M°. CCC°. XVII°. legitime nobis conſtat, dudum converſus fuit de judayſmo ad fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti, fuitque baptiſatus in villa que vocatur bretz prope inſulam dyoceſis Tholoſane, perſeveravitque ſicut Chriſtianus in fide Chriſti & baptiſmi annis tribus vel circa. Poſtmodum vero reverſus eſt ad judayſmum, fuitque rejudayſatus ſecundum modum & ritum rejudayſacionis à Judeis in talibus fieri conſuetum apud Ylerdam abraſo capite & abſciſſis capitibus unguium manuum & pedum uſque ad ſanguinem, & facta inmerſione capitis in aqua currenti, & permanſit vivendo judayce per tres annos ſervando vitam & ritum & fidem Judeorum, derelicta fide Chriſti & baptiſmi, & credidit ſe poſſe ſalvari in fide & vita & ritu & obſervancia Judeorum, & fuit in dicta credencia per tres annos, nec venit ad confitendum de predictis donec fuit adductus captus.

Perrinus fabri qui alias vocatur Botinus fabri filius quondam Aymoneti de biat burgundus oriundus de villa que vocatur Cortena dyoceſis biſuntine, qui nunc moratur apud barcium in bavilia de Marciaco in parochia beate Marie de palena dyoceſis auxitane, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XII°. olim exiſtens in burgundia confeſſus fuit in judicio coram fratre Guidonis de renns inquiſitore hereticorum in burgundia, quod viderat quatuor Valdenſes, ſcilicet Johannem de cer-
none & Hymbertum champanes & Johannem barrileti & Perrinum ſeu Johannem
109.b. Malifart ſciens eos eſſe tales, & participaverat cum eiſdem, & confeſſus fuerat peccata ſua cuilibet ipſorum & receperat penitenciam ab eiſdem quamvis ſciret ipſos non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopos eccleſie Romane, credens dictam penitenciam valere ſibi tantum ad ſalutem anime quantum ſi ſacerdos parochialis injunxiſſet eam ſibi, quamvis ſciret quod illi de eccleſia Romana & ſpecialiter inquiſitores perſequebantur dictos Valdenſes, & crediderat dictos Valdenſes habere & tenere bonam fidem & bonam ſectam & viam ſalvacionis, & in dicta credencia perſeveravit per ſex annos, & predicta dixit & recognovit plenius contineri in confeſſione quam fecit coram predicto inquiſitore burgundie, à quo poſtmodum fuit punitus & cruceſignatus pro predictis & reconſiliatus, & coram ipſo abjuravit & renegavit omnem hereſim & ſpecialiter omnem Valdeſiam, & promiſit ſe nunquam redire ad eam ſub pena que de jure debetur relapſis in hereſim in judicio abjuratam.

¶ Pre-

¶ Predictus Perrinus, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Maji anno Domini M°. CCC°. XIIII°. poſtquam alias confeſſus fuerat de crimine hereſis Valdenſium, & penitenciam receperat, & fuerat reconſiliatus, & abjuraverat omnem hereſim & ſpecialiter hereſim Valdenſium in judicio coram predicto inquiſitore burgundie, ex tunc vidit & viſitavit in Vaſconia in dyoceſi Auxitana pluries aliquos Valdenſes, & participavit cum eis, & comedit & bibit, & audivit verba & moniciones & exhortaciones & predicacionem ipſorum, & oravit cum eis ſecundum modum & ritum ipſorum flexis genibus inclinatus, & fuit confeſſus peccata ſua bis duobus Valdenſibus cuilibet ſemel in diverſis vicibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem. ¶ Item dedit duos ſolidos duobus Valdenſibus una vie, & alios duos ſolidos obtulit aliis duobus Valdenſibus alia vice licet ipſi noluerint accipere. ¶ Nomina autem Valdenſium quos vidit ſunt hec, videlicet Criſtinus Maynes & Perrinus de Gaudone clericus ſocius ejus, & Johannes Moran, & quidam alius qui vocabatur le Blanc ſocius ejus. ¶ Item audivit ab eiſdem Valdenſibus quod dicunt & docent ſe habere poteſtatem audiendi confeſſiones peccatorum, & inponendi penitencias quamvis non ſint ſacerdotes. ¶ Item quod clerici & inquiſitores de eccleſia Romana perſecuntur eos injuſte. ¶ Item quod jurare ſemper eſt peccatum & illis qui confitentur eis inponunt penitenciam tanquam pro peccato ſi juraverint in aliquo judicio. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere & tenere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per ſex annos. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis & à duobus & ab uno citra, nec de predictis venit ad confitendum donec fuit per alios acuſatus & detectus & adductus captus, & negavit veritatem à principio pluries requiſitus in judicio contra proprium juramentum.

¶ Predictus Perrinus ſeu Botinus fabri, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, XV°. Kalendas Maji anno Domini M°. CCC°. XIX°. poſtmodum exiſtens in muro nondum inpoſita ſibi penitencia pro predictis promiſſa jam ſibi prius gracia de corpore & vita, ſollicitavit quendam quem nominat ad recedendum & fugiendum de muro. ¶ Item poſtmodum tractavit aliquociens & cum tractantibus conſenciit quod ipſe & quidam alii quos nominat clam recederent & fugerent de muro, & ad hoc dedit opem & operam operando & cooperando illa que erant neceſſaria pro corda facienda & pro ſcala ad exeundum, nec per eum ſtetit quin ipſe & alii auffugerent, ſet fuerunt ipſe & alii preventi & deprehenſi in tractatu ſuo & inpediti. ¶ Predicta conmiſit à quinque annis & ab uno menſe & à minori tempore citra antequam confiteretur de predictis, nec ea revelavit donec fuit cum aliis deprehenſus & per alium revelatus. **110.**

Gerardus de Vincendat frater Perrini de Vincendat qui moratur in borda del forc de pa[illegible]dier in parochia de Avellaneto prope Marciacum dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XI°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit pluries Valdenſes in domo ſua & Perrini fratris ſui & alibi, & comedit & bibit cum eis in menſa quam ipſi benedixerant, & audivit verba & moniciones & predicacionem ipſorum, & ſciebat ipſos eſſe Valdenſes quos illi de eccleſia Romana perſecuntur, & fuit incantatus per aliquem ex eis quod eos non revelaret nec detegeret, quia clerici & capellani de eccleſia Romana facerent eos capi. ¶ Item oravit cum eis ſecundum modum & ritum orandi ipſorum flexis genibus inclinatus. ¶ Item fuit confeſſus peccata ſua ſemel cuidam Valdenſi & recepit penitenciam ab eodem quem tamen ſciebat non eſſe ſacerdotem ordinatum per epiſcopum de eccleſia Romana, & credidit quod confeſſio & abſolucio & penitencia ſibi injuncta per eum tantum valeret ſibi ad ſalutem anime ac ſi ſacerdos parochialis hoc ſibi feciſſet, & ſcivit quod quedam alia perſona quam nominat fuit confeſſa poſt ipſum dicto Valdenſi de nocte. ¶ Nomina autem Valdenſium quos vidit & audivit & cum quibus participavit ſciens ipſos eſſe tales ſunt, Petrus & Johannes de Cernone fratres, Perrinus clericus Guilhermetus Moterii & Robertus Moterii frater ejus, Odolinus & quidam alius cujus nomen neſcivit. ¶ Item

Folio CC°. XLV°.

tem credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere & tenere bonam fidem & viam ſalvacionis, & fuit in illa credencia per ſex annos donec fuit captus. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis & à v. & à IIIIor & à tribus & ab uno anno citra antequam confiteretur de predictis, & negavit à principio veritatem in judicio requiſitus contra proprium juramentum.

¶ Predictus Gerardus, poſtquam confeſſus fuerat de facto Valdeſie, & abjuraverat omnem hereſim & ſpecialiter Valdenſium, ex tunc, ſicut per ipſius confeſſionem factam XIIIIo. Kalendas Octobris anno Domini Mo. cccº. XVIIIº. legitime conſtat, audivit à quadam muliere quam nominat dici quod de Valdenſibus fuerant aliqui in illa terra Vaſconie, & nominavit ſibi ſpecialiter Hugonium piſandi de gaudos clericum quem ipſe Gerardus alias nominat & ſciebat eſſe Valdenſem perfectum, & dicta mulier dixit ſibi quod dictus Hugoninus Valdenſis dixerat ei quod libenter mitteret per ipſum Gerardum Stephano Porcherii inmurato pro hereſi valdeſie & tribus aliis quos nominat qui detinebantur in muro inquiſitorum Tholoſe pro dicto crimine Valdeſie aliquas res quando contingeret eum illuc ire, qui conceſſit dicte mulieri quod libenter portaret predictis perſonis detentis in muro illud quod dictus Hugoninus Valdenſis vellet eis mittere, & poſt aliquod tempus dicta mulier tradidit ipſi Gerardo XII. ſolidos turonenſes dicens quod dictus Hugoninus Valdenſis tradiderat ei illam pecuniam & dixerat ei quod traderet eam ipſi Gerardo & diceret ei quod portaret eam Perrino de Vincendat fratri ipſius Gerardi detento in muro, qui redderet eam Stephano Porcherii inmurato predicto & aliis perſonis detentis in muro quas nominat ex parte Hugonini Valdenſis, & ipſe Gerardus accepit pecuniam & portavit & reddidit ex parte dicti Valdenſis. ¶ Item alia vice poſt aliquod tempus dicta mulier que erat credens & conſenciens in facto Valdenſium tra-
110.b. didit ſibi unum ſupertunicale & VIII. ſolidos turonenſes ad portandum predicto Stephano Porcherii. ¶ Item eadem mulier tradidit ſibi camiſiam & femoralia, ut portaret & redderet cuidam perſone quam nominat detento in muro pro facto Valdeſie, dicens ei quod dictus Hugoninus Valdenſis mittebat illi perſone, & ipſe accepit & portavit & reddidit omnia predicta ex parte dicti Valdenſis. ¶ Item alia vice poſt quidam quem nominat tradidit ſibi XIIII. ſolidorum Tholoſanorum dicens ei quod Petrus de Cernone Valdenſis poſuerat ibi v. ſolidos & quedam alie perſone quas nominat reſiduum ut portaret quibusdam perſonis quas nominat detentis in muro pro crimine Valdeſie, & ipſe accepit & portavit & reddidit, & quando recepit & portavit dictas res ex parte Hugonini & Petri de Cernone Valdenſi Stephano Porcherii predicto inmurato, ipſe credebat quod dicti Valdenſes ad hoc mitterent ſibi quia credebant quod non receſſiſſet à credencia & ſecta ipſorum, & ut tenerent eum & conſervarent in illa credencia. ¶ Item perſonas que tradiderunt ſibi predictas res ad portandum predictis perſonis ipſe credebat eſſe amicas & credentes Valdenſium. ¶ Predicta conmiſit per unum annum cum dimidio antequam confiteretur de predictis, nec ea voluit confiteri aut revelare donec ipſe fuit per alium revelatus & detectus & in carcere poſitus. ¶ Item ad excuſacionem ſui confinxit mendacium, videlicet quod ideo non revelavit predicta tenentibus locum inquiſitoris, quia nolebat hoc revelare donec feciſſet predictos Valdenſes capi, ſuper quo ſic fuit convictus quod aliquando ipſe dixerat tenentibus locum inquiſitoris quod volebat facere capi dictos Valdenſes per duos ſervientes quos nominavit, cum tamen inventum fuerit quod unus illorum erat mortuus per tres annos antequam hoc diceret, & alter receſſerat de Vaſconia per duos annos ante, & ſic redargutus de falſo recognovit quod hoc dixerat propter ſtulticiam ſuam quia ſic credebat evadere & recedere ad domum ſuam.

fol. XIIIIº. Uwnardus de aluſio burgundus habitator de Maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIIº ydus Novembris anno Domini Mo. cccº. XIº. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua Valdenſes qui ſecuntur, non omnes ſimul ſet in diverſis vicibus temporibus & diebus videlicet Perrinum ſavorelli, Hymbertum ſocium ejus,

Per-

Perrinum belys, Perrinum de gandone, Johannem clericum, Johannem de Cernone, Stephanum porcherii, Petitum, Gerardum de Vienna, Johannem Martini; Stephanum bordeti, ſciens predictos eſſe Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno, & dedit eiſdem ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & aliquando jacuerunt ibidem aliqui ex predictis. ¶ Item in aliis locis & domibus vidit & viſitavit aliquos ex predictis. ¶ Item dedit aliquibus Valdenſibus de pecunia ſua; & recepit dono ab aliquibus ex eiſdem gavinetos & acus. ¶ Item pluries vendidit bladum in foro quod datum erat Valdenſibus, & reddidit eis pecuniam. ¶ Item multociens oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item fuit confeſſus peccata ſua aliquibus Valdenſibus quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana. ¶ Item audivit verba & predicaciones ipſorum, inter que audivit quod homo non debebat jurare quia erat peccatum. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, quamvis ſciret quod inquiſitores & illi de eccleſia Romana perſequerentur eoſdem, & fuit in dicta credencia per xv. annos. ¶ Predicta conmiſit à xviii°. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & in carcere detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum. III.

Gerardus de las donas burgundus habitator de Maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis Auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, xi°. Kalendas Novembris anno Domini m°. ccc°. xi°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua pluries ac etiam vidit & viſitavit alibi multociens Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales in diverſis temporibus & diebus, videlicet Johannem Chapayro, Petitum burgundum, Hymbertum burgundum, Gerardum provincialem & Gerardum de Vienna, Stephanum porcherii, Criſtinum, Perrinum de Gandone, Perrinum belis, Johannem & Arnaldum de Cernone fratres, Johannem Moran, Johannem Clericum, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue & aliquando jacuerunt ibidem; ¶ Item comedit & bibit cum Valdenſibus in eadem menſa benedicta per eos ¶ Item pluries oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones Valdenſium, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare nec in curia nec extra, & ſi conpelleretur ad jurandum debebat de hoc poſtea confiteri. ¶ Item pluribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & reputabat ſe eſſe abſolutum ac ſi confeſſus fuiſſet proprio ſacerdoti. ¶ Item Valdenſes credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam & bonam doctrinam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, quamvis ſciret quod inquiſitores & alii de eccleſia Romana perſequerentur eos, & fuit in dicta credencia à tempore quo vidit & recepit eos donec fuit confeſſus coram inquiſitore judicialiter de predictis. Conmittens ea à xiii. annis citra. ¶ Item incantavit aliquas perſonas & condixit cum eis quod non confiterentur coram inquiſitore de predictis Valdenſibus, nec voluit confiteri donec fuit per alios nominatus & acuſatus & captus & in muro detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Huguetus de lana bela burgundus prope ſayſha in comitatu aſtariaci dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Julii anno Domini m°. ccc°. xii°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua Gerardum de Vienna, Johannem Moran, Stephanum porcherii & Johanninum Valdenſes, ſciens ipſos eſſe tales in diverſis vicibus, & comederunt & biberunt in domo ſua de bonis ſuis & jacuerunt aliquando, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item alibi vidit & viſitavit aliquos de dictis Valdenſibus, & duos alios quorum nomina neſcivit. ¶ Item oravit cum Valdenſibus flexis genibus inclinatus ſuper

bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & predicacionem ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare quia erat peccatum. ¶ Item tribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret quod non erant ſacerdotes ordinati per aliquem epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod proficeret ſibi ad ſalutem ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere & tenere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per VII. annos. ¶ Predicta conmiſit à VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe.

III.b.

Folio CCC°. 1°. Raymundus ſive Ymonetus de aluſio burgundus habitator de Mazeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, V°. nonas Marcii anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & viſitavit in diverſis locis & diverſis vicibus IIII^{or} Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Petrum ſeu Perrinum de Cernone, Mondonum, Ruffum Janberti & Criſtinum. ¶ Item aliquos de predictis vidit & recepit in domo ſua, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & comedit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item ſemel fuit confeſſus peccata ſua cuidam Valdenſi, quamvis ſciret quod non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum de eccleſia Romana & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari ipſi & alii qui tenerent eam, & fuit in dicta credencia per ſex annos. ¶ Predicta conmiſit à VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit captus.

Folio CC°. Johannes filius Wunardi burgundi habitator de Maſeriis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XII°. Kalendas Febroarii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit in domo patris ſui in diverſis vicibus & diebus Criſtinum, Johannem Chapayro, Gerardum, Mondonum burgundum, Johannem de Cernone, Johannem filium Martini de monte gauſio, & Stephanum, & alium Gerardum, de quibus audivit à patre ſuo & matre ſua dici quod erant boni homines, & inter ſe vocabant ſe fratres, & incantaverunt ipſum quod non revelaret eos nec diceret alicui quod venirent illuc, quia ſi ſcirentur caperentur, & de hoc eodem incantavit eum dictus Criſtinus. ¶ Item comedit & bibit cum dictis Valdenſibus in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis flexis genibus & inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones eorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare quia erat magnum peccatum. ¶ Item quod ipſi poterant audire confeſſiones & abſolvere à peccatis. ¶ Item tribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus hominibus, qui vocabant ſe fratres de Lugduno, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per aliquem epiſcopum de eccleſia Romana, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item poſtquam ipſe fuit citatus & pater ſuus tenebatur captus propter factum predictorum hominum vidit & viſitavit duabus vicibus predictum Stephanum de fratribus ſeu pauperibus de Lugduno, & petiit conſilium ab eodem quid faceret de ſe & patre ſuo. ¶ Item predictos homines, quamvis ſciret quod nolebant aliis revelari, credidit eſſe bonos & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſe & alii poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per IIII^{or} annos. ¶ Predicta conmiſit à IIII^{or} annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Pe-

Petrona uxor de Vianeti ſancto Laurencio burgundi habitatrix de maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII°. Kalendas Januarii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua VII. Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales in diverſis vicibus & diebus, videlicet Perrinum ſavorelli, Perrinum belys, Perrinum malifart, Johannem chapayro, Gerardum, Mondonum, & Johannem de na conteſſa clericum, quibus dedit aliquociens ad comedendum & bibendum, & aliquando jacuerunt ibi, & ipſa comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis flexis genibus & inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item aliquando vidit & viſitavit aliquos ex eis alibi quam in domo ſua. ¶ Item bis fuit confeſſa peccata ſua aliquibus ex eis & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, quamvis ſciret quod non erant ſacerdotes ordinati per eccleſiam Romanam, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti. ¶ Item audivit verba & moniciones eorum, inter que audivit quod homo non debebat jurare quia jurare in omni caſu erat peccatum. ¶ Item quod bona que fiebant pro defunctis non valebant eis, ſet ſolum illa que homo faciebat in vita. ¶ Item condixit cum aliquibus perſonis quod non confiterentur inquiſitoribus de predictis. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per XV. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XV. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Stephanus lo creſtia filius Hugueti lo creſtia burgundi qui moratur apud Artigam prope caſtrum novum de barbazenchis & maſerias dyoceſis Auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, IIII°. Kalendas Maji anno Domini M°. CCC° XII°. legitime nobis conſtat, vidit in diverſis vicibus & diebus in domo ſua & patris ſui IX. Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales ſeu pauperes Lugduno, videlicet Criſtinum & ſocium ſuum, Johannem Chapayro, Petitum, Johannem de Cernone, Johannem Martini, Gerardum de Vienna, Stephanum porcherii, Mondonum textoris, & aliquociens aliqui ex eis jacuerunt ibidem & comederunt & biberunt de bonis dicte domus, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item aliquando vidit & obviavit in via aliis IIII IIor Valdenſibus, videlicet Bartholomeo, & Perrino de gaudone, & Garnerio, & Perrino malifart, & fuit locutus cum eis. ¶ Item audivit verba & moniciones Valdenſium inter que audivit ab eisdem quod homo non debebat jurare in aliquo caſu nec in curia nec alibi quia erat peccatum mortale. ¶ Item pluribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de predictis Valdenſibus quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum eccleſie Romane, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, credens quod ſibi proficeret ad ſalutem anime acſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia octo annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit ab octo annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

folio CC. XXXIIII°.

112.b

Perreta ſeu Peyrona la Creſtiana uxor quondam Hugueti burgundi, que moratur apud artigam prope caſtrum novum de barbazenchis & maſerias dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIX°. Kalendas Febroarii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua apud artigam in diverſis temporibus & vicibus & diebus XIII. Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Jaquiminum, Perrinum ſavorelli, Galterum Johannem de grandi valle, Hymbertum bordeti, Bernardum, & Robertum, Perrinum belys,

Folio CC. VII°.

Perrinum pifandi, Johannem de caſtello novo, Mondonum, Gerardum provincialem, Stephanum porcherii, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis ſuis, & aliqui ex ipſis jacuerunt ibidem, & ipſa comedit & bibit cum eis in eadem menſa benedicta per eos. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item quinque vel ſex vicibus fuit confeſſa peccata ſua aliquibus de predictis, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per aliquem epiſcopum de eccleſia Romana, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, credens quod ſibi proficeret ad ſalutem anime ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare in aliquo caſu. ¶ Item condixit cum aliquibus perſonis quod non confiteretur inquiſitoribus de predictis Valdenſibus. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per XIIII. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XIIII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit capta & detenta in muro & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

folio CO. XCIXO. Rotgerius caſtilho burgundus qui moratur in borda in loco vocato lo forc de pauſadier in tenencia de barcio dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIIO. Kalendas Septembris anno Domini MO. CCCO. XIIO. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua in diverſis vicibus temporibus & diebus ſex Valdenſes, non ſimul ſet per vices, videlicet Johannem de Cernone, Petrum de cernone, & quendam alium cujus nomen neſcivit, Robertum Moterii, Perrinum clericum, & Guilhmetum Moterii, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis ſuis, & aliqui ex eis jacuerunt ibidem, & ipſe frequenter comedit cum dictis Valdenſibus in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non de-

113. bebat jurare in aliquo caſu quia erat peccatum. ¶ Item pluribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua aliquibus Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item predictos Valdenſes credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per x. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à x. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & detentus.

folio CCO. VIIIO. Gibandus burgundus qui moratur in quadam borda de barcio dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XVIO. Kalendas Marcii anno Domini MO. CCCO. XIO. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua in diverſis temporibus & vicibus & diebus, non ſimul ſet per vices IX. Valdenſes, ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Perrinum belys, Hybertum, Criſtinum, Perrinum clericum, Johannem Moran, Johannem de cernone, Garnerium, Robertum Moterii, Petitum burgundum, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & comedit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item aliquos de dictis Valdenſibus vidit & viſitavit alibi quam in domo ſua. ¶ Item bis fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item Valdenſes credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per XIIII. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XIIII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de

eis-

eisdem, nec voluit confiteri donec fuit citatus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem.

Matheus filius Perreti de prato burgundus, habitator de Marciaco dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. XVI°. legitime nobis conſtat, vidit & viſitavit in quadam domo quam nominat IIII^{or} Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Johannem Martini, & Petitum, & ſocios ipſorum quorum nomina neſcivit; non ſimul ſet per vices, & comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus & inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item in quadam alia domo, quam nominat, vidit Johannem Moran Valdenſem, ſciens ipſum eſſe talem. ¶ Item alia vice in quodam loco quem nominat vidit Mondonum, de quo fuit ſibi dictum quod erat Valdenſis. ¶ Item audivit verba & moniciones Valdenſium, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare in aliquo caſu, quia jurare erat peccatum. ¶ Item ſemel fuit confeſſus peccata ſua cuidam Valdenſi & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, quamvis ſciret quod ipſe non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à x. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit citatus & vocatus. 113.b.

Guilielmus de Maſeriis alias cognominatus Goran burgundus habitator de Marciaco dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua, & viſitavit alibi quam in domo ſua x. Valdenſes, ſciens ipſos eſſe tales, non omnes ſimul ſet aliquos & per vices in diverſis temporibus & diebus, videlicet Criſtinum, Perrinum belys, Johannem Chapayro, Gerardum provincialem, Perrinum ſavorelli, Hymbertum, Perrinum de Gaudone, Johannem Malifart, Bartholomeum & Johannem de Cernone & aliqui de dictis Valdenſibus jacuerunt in domo ſua, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus flexis genibus & inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item aliquando aſſociavit aliquos ex eis de loco ad locum. ¶ Item aliquibus ex eis dedit de pecunia ſua. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare in aliquo caſu, quia erat peccatum. ¶ Item bis fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret ipſos non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopum de eccleſia Romana, credens quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in dicta credencia per XV. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XV. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum. } *folio* CC°. XXX°.

Guionetus Carreterii burgundus qui moratur apud Marciacum dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. ydus Febroarii anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua octo Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Criſtinum, Wulharmetum ſeu Guilhermetum, Johannem Moran, Garnerium, Petrum de Cernone, Mondonum, Petitum, Bartholomeum, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, & aliquando jacuerunt ibi, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item ſemel vidit in via Stephanum porcherii Valdenſem. ¶ Item oravit cum Valdenſi- } *folio* CC°. LXXXVIII°

bus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare, quia erat peccatum. ¶ Item tribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & illi qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per XIIII. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à xv. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec venit ad confitendum donec fuit citatus.

114.

Bertrandus de la maſuga burgundus, qui moratur in quadam borda apud la maſuga prope Marciacum dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, II°. nonas Aprilis anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua ſeptem Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Petitum fratrem ſuum, Perrinum de gaudone, Petrum de Cernone, Bartholomeum, Criſtinum, Guilhermetum Moterii, Mondonum textoris, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & aliqui jacuerunt ibi, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum, ante prandium & poſt. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eisdem quod homo non debebat mentiri nec jurare quia erat peccatum. ¶ Item quod homo debebat eis confiteri peccata ſua. ¶ Item ſemel dedit cuidam Valdenſi V. ſolidorum regalium. ¶ Item pluribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua poſſent ſalvari illi qui tenerent eam, & fuit in dicta credencia per ſeptem annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à VII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

} *Folio* CC°. XL°.

Huguetus de la maſuga burgundus, qui moratur in borda apud la maſugam prope marciacum dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Novembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua VIII. Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Petitum fratrem ſuum, Garnerium, Perrinum de gaudone, Petrum de Cernone, Bartholomeum, Criſtinum, Guilielmum Moterii, Mondonum textoris, non omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, & aliqui ex eis jacuerunt ibidem, comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item bis fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui haberent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus.

} *folio* CC°. LXXXIIIIo.

114.b.

Johannetus ſive Johannes de lartiga burgundus, qui moratur in quadam borda que eſt in terra de panlana in bavilia de marciaco dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIIII°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit in domo ſua & etiam alibi viſitavit XV. Valden-

} *cognominatus lo fol.*

denſes ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Perrinum belys, Perrinum ſavorelli, Robertum, Chriſtinum, Perrinum clericum, Bartholomeum, Hymbertum, Bernardum de albigeſio, Perrinum Malifart, Gerardum provincialem, Arnaldum de cernone, Guilielmum moterii, Mondonum textoris, Johannem clericum, Guilhermetum, non tamen omnes ſimul ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, & aliquos ex eis recepit in domo ſua, & jacuerunt ibi, & comederunt & biberunt de bonis domos ſue, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item aſſociavit aliquos de loco ad locum ¶ Item de pecunia ſua dedit cuidam ipſorum, & cuidam alteri voluit dare, ſet ipſe noluit recipere. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit eos dicentes quod homo non debebat jurare quia erat peccatum in omni caſu. ¶ Item pluribus vicibus fuit confeſſus peccata ſua Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per XVII. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à viginti annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Johannes Vertelherii alias cognominatus Calamandria burgundus habitator de Marciaco dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio Nonis Aprilis anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & viſitavit in diverſis locis & in diverſis vicibus & diebus IX. homines de illis qui vocantur pauperes de Lugduno & inter ſe vocant ſe fratres, videlicet Johannem de Cernone, Hugoninum clericum, Criſtinum, Perrinum de Gandone, Johannem clericum, Johannem Moran, Guilhermetum Moterii, Johannem de Cernone, Hugoninum de gandone, & comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare quia peccatum erat jurare in aliqua curia vel alibi. ¶ Item fuit confeſſus peccata ſua alicui de pauperibus de Lugduno, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, quamvis ſciret quod non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum de eccleſia Romana. ¶ Item credidit pauperes de Lugduno eſſe bonos homines & veraces, 115.
& habere bonam fidem & bonam ſectam, in qua ipſi & illi qui tenerent eam poſſent ſalvari, quamvis ſciret & audiviſſet dici quod ſi ipſi ſcirentur caperentur, & fuit in dicta credencia per IX. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Stephanus de Cernone burgundus filius Vianeti ſeu Guidonis de cernone, habitator de ſancto Johanne comitali dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua tam in vita patris ſui quam poſt mortem XVII. Valdenſes ſciens ipſos eſſet tales, non omnes ſimul nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & diebus, videlicet Johannem de Cernone, Johannem de grandi valle, Johannem Martini, Galterum, Geraldum provincialem, Criſtinum, Arnaldum de Cernone fratrem ſuum, Petrum de Cernone, Stephanum porcherii, Petitum, Mondonum de monte ganſio, Johannem moran, Hymbertum, Perrinum de gandone clericum, Gerardum de Vienna, Johannem clericum & Garnerium, & predictis Valdenſibus aliquociens dedit ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & aliquando jacuerunt ibidem, & ipſe comedit cum eis in eadem menſa benedicta per eosdem. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis

ge-

genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item pluries dedit de pecunia ſua diverſis Valdenſibus, & recepit aliquando ab eis cultellos dono. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit quod homo non debebat jurare, & quod jurare in omni caſu erat magnum peccatum. ¶ Item aliquociens fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia IX. annis vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XVI. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Huguetus de cernone frater Stephani & filius quondam Guidonis qui vulgariter cognominabatur Vianetus de Cernone habitator de ſancto Johanne comitali dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio Kalendis Maji anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & receptavit in domo ſua & patris ſui in vita ejus & poſt mortem XIII. Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, non omnes ſimul ſet aliquando iſtos aliquando illos in diverſis vicibus & diebus, videlicet Chriſtinum, Arnaldum de Cernone, Johannem & Petrum de Cernone, Johannem Moran, Petrum Hymbertum, Gerardum de Vienna, Perrinum clericum, Mondonum textoris, Johanninum, Garnerium, Stephanum porcherii, & dedit eis ad comedendum de bonis domus ſue & patris ſui, & aliqui ex eis jacuerunt ibi, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa benedicta per eos. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones eorum, inter que audivit ab eis quod jurare in curia vel alibi erat peccatum mortale. ¶ Item quod in preſenti vita erat purgatorium animarum, & poſt mortem anime purgate ibant in paradiſum, & non purgate ibant in infernum. ¶ Item bis fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret ipſos non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & illi qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per IX. annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à IX. annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

115.b.

Juliana uxor Vincencii Vertelherii qui moratur in ſancto Johanne comitali dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio Kalendis Octobris anno Domini M°. CCC°. XII°. vidit & receptavit in domo ſua & viri ſui quinque Valdenſes & ſocios ipſorum, ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Criſtinum, Johannem Moran, Johannem de Cernone, Perrinum Savorelli, & Johannem breyſſa, non omnes ſimul ſet in diverſis vicibus, & diebus, & aliqui ex eis comederunt & biberunt & jacuerunt ibidem, & ipſa comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis ante prandium & poſt flexis genibus inclinata ſuper bancam ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit quod nullus debebat jurare, quia erat peccatum. ¶ Item recepit dono ab eis acus. ¶ Item tribus fuit confeſſa peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, & crededat quod ſibi proficeret ad ſalutem anime, ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum eccleſie Romane. ¶ Item credidit dictos Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in

illa

illa credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à IX. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata.

Hugoninus ſeu Huguetus ſartor burgundus qui conſuevit morari apud ſanctum Johannem comitalem, nunc vero moratur apud Mirandam dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, III°. ydus Auguſti anno Domini M°. CCC°. XII° legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua V. Valdenſes, ſciens ipſos eſſe tales, videlicet Mondonum textoris & ſocium ſuum, & Johannem de cernone, Hymbertum, & Johannem brayſſan, non tamen ſimul ſet per vices in diverſis diebus, & dedit eis ad comedendum & bibendum, & aliqui ex eis jacuerunt ibidem, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum eis flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum orandi ipſorum. ¶ Item recepit acus ab eiſdem dono. ¶ Item ſemel voluit dare cuidam Valdenſi XII. denarios, ſet ille noluit recipere. 116. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod nullus debet jurare in aliquo caſu quia erat peccatum. ¶ Item bis fuit confeſſus peccata ſua aliquibus de dictis Valdenſibus, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces, & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per tres annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec voluit confiteri donec fuit captus & detentus in muro Tholoſe, & negavit à principio veritatem contra proprium juramentum.

Hymbertus ſive Bertetus piperius ſeu capentarius habitator apud Mirandam dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XII°. legitime nobis conſtat, vidit & recepit in domo ſua ſex Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, non tamen ſimul ſet in diverſis vicibus & diebus, videlicet Criſtinum, Robertum Vales, Stephanum porcherii, Bartholomeum, Johannem ſavorelli, Perrinum belys, & aliqui ex eis comederunt & biberunt ibidem de bonis domus ſue, & ipſe comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item aliquos de predictis Valdenſibus vidit & viſitavit alibi. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinatus ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones Valdenſium, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare quia erat peccatum, & quando homo moriebatur anima ejus ſtatim ibat vel in paradiſum vel in infernum. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per VII. annos, vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XX. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit adductus. *folio CCC. LXXVI°.*

Agnes filia quondam Bonini uxor Johannis Chanoati burgundi Valdenſis perfecti que moratur apud Viennam in parochia de Mirapiſce prope montem altum dyoceſis auxitane, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. XV°. audivit ſibi conmendari à marito ſuo bonos homines qui tenebant viam Dei & predicabant viam Dei, & quod vellet eis benefacere & conſentire in facto ipſorum. ¶ Item ex tunc vidit in domo Ponceti fratris dicti mariti ſui Johannem Moran. ¶ Item dictum Johannem Moran alia vice vidit & recepit in domo ſua & viri ſui, & cenavit ibidem, & ſcivit quod erat de illis bonis hominibus, & audivit verba & moniciones illius, & oravit cum eo poſt cenam inclinata ſuper bancam flexis genibus in terra ſtando ibi diu. ¶ Item fuit confeſſa de peccatis ſuis dicto Johanni Moran, & recepit penitenciam ab eodem quod jejunaret XV. diebus Veneris & quod diceret aliquibus vicibus pater noſter, & credidit quod confeſſio facta eiſdem & penitencia recepta ab eodem

116.b. ſibi proficerent ad ſalutem, quamvis ſciret quod non erat ſacerdos nec clericus, & quamvis crederet quod dictus Johannes Moran nolebat quod hoc revelaretur ſacerdotibus ſeu capellanis. ¶ Item alia vice vidit & recepit in domo ſua & viri ſui alium de eadem ſocietate qui vocabatur Stephanus una die vel duabus. ¶ Item ipſa & maritus ſuus ſervabant modum orandi predictum poſt cenam de ſero, & aliquando de mane, ſicut viderant dictum Johannem facientem. ¶ Item credidit quod dicti homines eſſent boni & haberent bonam fidem in qua poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia ab illo tempore quo vidit predictum Johannem, & fuit ſibi confeſſa peccata ſua donec fuit citata coram inquiſitore Tholoſano & confeſſa in judicio de predictis quaſi per duos annos.

Guilielma burgunda filia Hymberti piperii, uxorque Stephani barginnhol de monte ganſio in comitatu aſtariaci dyoceſis auxitane, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, v°. ydus Marcii anno Domini M°. ccc°. XI°. legitime nobis conſtat, vidit in domo ſua & viri ſui & etiam alibi non tamen ſimul ſet in diverſis vicibus & diebus v. Valdenſes, videlicet Stephanum porcherii, Gerardum de Vienna, Mondonum textoris, Bernardum de albigeſio, Johannetum de na comteſſa clericum, ſciens ipſos eſſe Valdenſes, qui inter ſe vocabant ſe fratres, & aliquando jacuerunt in domo ſua & viri ſui & comedebat de bonis domus ſue, & ipſa aliquando comedit & bibit cum eis in eadem menſa. ¶ Item oravit cum Valdenſibus ante prandium & poſt flexis genibus inclinata ſuper bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item audivit verba & moniciones ipſorum, inter que audivit ab eis quod homo non debebat jurare quia Deus prohibuerat omne juramentum. ¶ Item dedit Valdenſibus aliquid, & recepit ab uno eorum acus. ¶ Item duabus vicibus fuit confeſſa aliquibus de dictis Valdenſibus peccata ſua & recepit abſolucionem & penitenciam ab eisdem, quamvis ſciret quod ipſi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum de eccleſia Romana, & credebat quod ſibi proficeret ad ſalutem, ac ſi fuiſſet confeſſa proprio ſacerdoti ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & illi qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per ſex annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à ſex annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem, nec venit ad confitendum donec fuit capta, nec voluit confiteri donec fuit detenta in muro, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Sentencia inmuratorum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Quoniam nos prefati inquiſitores & Petrus Piſcis canonicus Mirapiſcenſis domini archiepiſcopi Tholoſani conmiſſarius, & prefati conmiſſarii delegati vicariorum & capituli eccleſie auxitane ſede vacante quantum ad perſonas & de perſonis infra ſcriptis prout nobis ſubſunt per inquiſicionem factam invenimus & per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, Quod tu Guilielme hugonis ſartor fili quondam Raymundi hu-
117. gonis habitator Tholoſe, Et tu Johannes de bretz converſe fili Jacob de ſerinhano prope bellum montem dyoceſis Tholoſane, Et tu Perrine fabri qui alias vocaris Botinus fabri fili quondam Aymoneti de biat burgunde de cortena dyoceſis biſuntine qui morabaris in bavilia de Marciaco dyoceſis auxitane, Et tu Gerarde de Vincendat fili quondam Poncii de Vincendat de cranceto dyoceſis biſuntine qui morabaris al forc de pauſadier in bavilia de Marciaco dyoceſis auxitane, Et tu Wunarde de aluſio, Et tu Gerarde de las donas, Et tu Huguete de lana bela, Et tu Raymunde ſive Ymonete de aluſio, Et tu Johannes fili Wunardi, Et tu Petrona uxor Vianeti de ſancto Laurencio, vos omnes de Maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis. Et tu Stephane burgunde Chriſtiane, Et tu Perreta Criſtiana uxor quondam Hugueti Chriſtiani de artiga prope caſtrum novum de barbazenchis &

ma-

maſerias, Et tu Rotgeri de Caſtillione qui moraris a pauſadier in bavilia de barcio, Et tu Tybande Burgunde, Et tu Mathee fili Pareti de prato de barcio, Et tu Guilielmẽ de Maſeriis qui alias cognominaris goran, Et tu Guionete Carreterii de marciaco, Et tu Bertrande de la maſuga, Et tu huguete de la maſuga in tenencia de marciaco, Et tu Johannes ſeu Johannete de lartiga qui alias cognominaris lo fol qui moraris alſarat, Et tu Johannes Vertelherii alias cognominate Calamandria de Marciaco, Et tu Stephane de Cernone, Et tu Huguete de Cernone fratres de ſancto Johanne comitali, Et tu Juliana uxor Vincencii Vertelherii de ſancto Johanne comitali, Et tu Huguete ſive Hugonine ſartor de ſancto Johanne comitali habitator mirande, Et tu Hymberte piperii de Miranda, Et tu Agnes uxor Johannis Chanoati de Vienna, Et tu Guillerma uxor Stephani barguinhol de monte ganſio. Vos omnes predicti de dyoceſi Auxitana, tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos prefati inquiſitores & conmiſſarii delegati vos omnes & ſingulos ſaniori utentes conſilio redire volentes prout aſſeritis ad eccleſie unitatem abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni hereſi & credencia & favore & receptacione ac defenſione hereticorum cujuscunque ſecte promittentes & jurantes vos fidem ſancte Romane eccleſie tenere defendere & ſervare, & perſequi hereticos credentes fautores receptatores ac defenſores eorum ac pro hereſi fugitivos, & detegere ac revelare ubicunque ſciveritis eos eſſe. Jurantes inſuper ſuper premiſſis omnibus mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter & fideliter obedire, Abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicacionis vinculis quibus pro culpis veſtris tenebamini aſtricti, ſi tamen de corde bono & fide non ficta ad eccleſie redieritis unitatem & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & contra fidem catholicam & ſanctam matrem eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, nos prefati inquiſitores & conmiſſarii deligati ſedentes pro tribunali ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem de bonorum virorum ac peritorum in utroque jure conſilio vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam & audiendum diffinitivam ſentenciam peremptorie aſſignatis ad perpetuum muri carcerem ad agendum ibidem pro conmiſſis penitenciam ſalutarem in hiis ſcriptis ſentencialiter condempnamus, ubi panis doloris in cibum & aqua tribulacionis in potum vobis miniſtrentur. Et quia tu Perrine fabri qui alias vocaris Botinus fabri gravius & amplius deliquiſti poſt abjuratam à te hereſim in judicio relapſus es in eandem & temptaſti auffugere de muro cum quibusdam aliis, Et tu Gerarde de Vincendat poſt abjuratam à te hereſim ex tunc recepiſti à quibusdam perſonis familiaribus ſeu amicis Valdenſium aliquas veſtes & pecuniam portandas aliquibus perſonis detentis in muro inquiſitorum Tholoſe ex parte Hugonini pifaudi perfecti Valdenſis & non revelaſti inquiſitori vel ejus locum tenenti vel alii per quem poſſet ad ejus noticiam pervenire, gravius & enormius in predicto crimine hereſis deliquiſtis & ideo eſtis gravius puniendi, vos in muro ſtricto & in loco arciori in vinculis ſeu conpedibus perpetuo decernimus includendos. Monentes vos omnes & ſingulos canonice & perhemptorie ac precipientes omnibus vobis & ſingulis ſuperius nominatis ſub virtute à vobis preſtiti juramenti quod ſine omni dilacione ad murum inquiſitorum Tholoſe talibus perſonis culpabilibus deputatum vos transferatis, & ibidem vos perſonaliter includatis. Quod ſi monicionem noſtram aut ſentenciam ac mandatum noſtrum contempſeritis ſeu diſtuleritis adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temerarie poſt ingreſſum abſque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum licencia exeundo, aut alias contra confeſſata ſeu jurata & abjurata per vos quocunque tempore veniendo, per hoc veſtram converſionem fictam veſtramque inpenitenciam oſtendendo: vos ex tunc ut ex nunc, & ex nunc ut ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes hereticos culpisque aſtrictos prioribus auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus, decernentes abſolucionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe, nec non ipſo

117.b.

facto penas alias latas à canone incurriſſe. Monemus inſuper cononice & peremptorie & ſub penis canonicis, ne aliquis cujuscunque condicionis exiſtat ſciens ſeu credens vos vel veſtrum aliquem eſſe tales recipiat vel defendat vel vobis moniciones aut mandata noſtra non conplentibus ne ea conpleatis aut contra confeſſata jurata ſeu abjurata vobis venientibus conſilium auxilium vel favorem ſcienter inpendat, Univerſos & ſingulos qui ſcienter vos vel veſtrum aliquem eſſe tales receperint vel defenderint vel ſcienter vobis inpenderint in predictis conſilium auxilium vel favorem iſta noſtra conpetenti monicione premiſſa ex nunc ut ex tunc & ex tunc ut ex nunc auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicationis vinculo innodamus, & penas à canone promulgatas incurrere volumus ipſo facto. Retinemus autem nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus plenariam poteſtatem addendi diminuendi aggravandi mitigandi vel etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint ſcienter aut malicioſe aliqua de facto hereſis ſuppreſſiſſe ſeu aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Ego vero Guilielmus Juliani clericus lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis, requiſitus à religioſo viro fratre Bernardo Guidonis inquiſitore Tholoſano, predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis, qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

118. *Culpe perſonarum defunctarum que forent ſi viverent inmurande.*

{ *libro c°. cxiii°.*

ARnaldus fabri de viridi folio, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, vi°. ydus Mayi anno Domini m°. ccc°. xi°. audivit à Bernardo Guilielmi de Aſſo quod Oliva uxor ipſius Arnaldi que tunc infirmabatur infirmitate de qua obiit petebat & volebat habere bonos homines per quos ipſe Arnaldus intellexit de hereticis inducendo ipſum Arnaldum quod conſentiret in hoc & quod dictus Bernardus procuraret quod heretici venirent, & poſt paucos dies dictus Bernardus adduxit duos hereticos ad predictam Olivam uxorem dicti Arnaldi infirmam & ipſo preſente & vidente unus illorum hereticorum hereticavit & recepit dictam infirmam ad ſectam & ordinem hereticorum, & ibidem dictus Arnaldus audivit verba & predicationem heretici. ¶ Item voluit & conceſſit quod dictus Bernardus daret & redderet quinque ſolidorum regalium hereticis ex parte ipſius Arnaldi quos idem Bernardus debebat ſibi. ¶ Item quidam homo alius quem nominat conmendavit ſibi pluries & in diverſis locis hereticos & vitam & ſectam ipſorum inducendo eum ad amorem & credenciam hereticorum, & per illum hominem dedit & miſit hereticis v. ſolidorum regalium. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua homo poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia per unum annum. ¶ Predicta conmiſit ab octo annis & à tribus citra ante quam confiteretur judicialiter de eisdem, nec voluit confiteri donec fuit adductus captus & per alios nominatus & acuſatus.

{ *libro primo c°. lxv°.*

Arnaldus hugonis de hugonibus prope taravellum, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Veneris ante feſtum beate Margarite anno Domini m°. ccc°. vi°. audivit conmendari ſibi vitam & factum & ſectam hereticorum à Petro Raymundi de Hugonibus nepote ſuo qui induxit eum ad videndum hereticos & ipſe conſenciit, & poſtmodum vidit & viſitavit Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos ſciens ipſos eſſe tales, & audivit verba & predicationem ipſorum cum aliis perſonis quas nominat Tholoſe apud ſanctum Cyprianum in quodam loco quem nominat, & quando receſſit ab hereticis ſicut fuit edoctus extracto capucio coram dictis hereticis dixit ter benedicite. ¶ Item alia vice vidit in

do-

domo Poncii dels hugos nepotis ſui apud caravellum tres hereticos ſimul, ſcilicet Petrum Raymundi & Petrum Auterii & Jacobum filium ejus, & audivit verba & predicationem ipſorum, & comedit cum eis in eadem menſa. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & veraces & poſſe ſalvari in fide ipſorum, & fuit in illa credencia per unum annum. ¶ Predicta conmiſit à duobus annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem.

Aymengardis uxor quondam Guilielmi Mercaderii ſenioris de garda prope viride folium, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio die Veneris ante feſtum ſancti Thome apoſtoli anno Domini M°. CCC°. V°. audivit ſibi conmendari olim, XXX. anni ſunt elapſi, factum hereticorum à duobus hominibus quos nominat qui fuerant pro hereſi inmurati, & inducebant ipſam ut recederet cum altero illorum in Lombardiam ad hereticos. ¶ Item annus erat elapſus tempore confeſſionis ſue quod Petrus Sancii frater ſuus conmendavit ſibi factum hereticorum, inducendo eam quod vellet videre eos, & ipſa conceſſit. ¶ Item poſt predicta vidit bis & viſitavit in domo Petri Sancii duos hereticos, ſcilicet Petrum Auterii & Jacobum, & audivit predicacionem ipſorum, & adoravit eos flexis genibus & junctis manibus inclinando ſe ter coram ipſis & dicendo qualibet vice benedicite, & vidit ab aliis perſonis quas nominat ſimiliter adorari. ¶ Predicta de viſione & adoracione hereticorum conmiſit ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Juravit parere mandatis eccleſie & abjuravit omnem hereſim in judicio.

libro 10. co. XCI°.

118. b.

¶ Predicta Aymengardis, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio ydibus Octobris anno Domini M°. CCC°. X°. poſtquam confeſſa fuerat de conmiſſis in hereſi & abjuraverat omnem hereſim, ex tunc quadam vice fuit in domo Guilielme filie ſue uxoris Raymondi de cumba Guilha apud calidum furnum, & tunc dicta Guilielma dixit eidem Aymengardi, quod Petrus Sancii frater ipſius Aymengardis qui tunc erat hereticus erat in domo ipſius Guilielme in quodam cellario, & dicta Aymengardis audiverat per famam publicam quod hereticus erat, & talem eum reputabat, & petivit dicta Guilielma à dicta Aymengarde ſi volebat eum videre, que reſpondit quod non, non tamen fecit eum capi, nec revelavit inquiſitoribus, donec poſt annum unum vel circa fuit citata & detenta diu & per dictam Guilielmam detecta. ¶ Predicta conmiſit ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis.

Raymunda uxor quondam Guilielmi de Morovilla de parochia de Varenis, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio nonis Junii anno Domini M°. CCC°. XV°. vidit ſcivit & tenuit in domo ſua & Raymundi de Morovilla filii ſui & aliorum filiorum ſuorum Petrum Sancii hereticum, qui ſtetit ibi per ſex ſeptimanas vel circa abſconditus, & ipſa multociens ſervivit eidem miniſtrando panem & vinum & alia neceſſaria, & lavando ſibi veſtes. ¶ Item audivit verba & predicacionem & admoniciones dicti heretici, & vidit & audivit ipſum legentem in libro cum aliis perſonis quas nominat. ¶ Item comedit de pane benedicto predicti heretici ſexies & amplius. ¶ Item credidit hereticum eſſe bonum hominem & habere bonam ſectam & bonam fidem in qua poſſet ſalvari, & fuit in illa credencia ab illo tempore quo primo vidit eum, donec poſtmodum Raymundus filius ſuus predictus fuit captus & propter factum heretici inmuratus. ¶ Predicta conmiſit à quatuor annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata & predictus filius ſuus inmuratus.

libro tercio cc°. LVI°.

Johanna uxor Raymundi Ivernati filia quondam Bernardi fabri eſpanhol de borno, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio in vigilia beati Thome apoſtoli anno Domini M°. CCC°. V°. audivit conmendari ſibi hereticos & vitam & ſectam ipſorum. ¶ Item poſtea vidit duos hereticos, ſciens ipſos eſſe tales, quorum unus vocabatur Petrus, & audivit predicacionem ejus, & adoravit eum flexis genibus & junctis manibus dicendo tribus vicibus benedicite in domo ſeu campmaſio Guilielmi & Bernardi fratrum ſuorum. ¶ Item alia vice & in alio loco,

quem nominat, vidit alios duos hereticos, & audivit predicacionem eorum. ¶ Item alia vice tertia, & in alio loco quem nominat vidit alios duos hereticos & predicationem eorum audivit. ¶ Item comedit ſemel de pane benedicto hereticorum. ¶ Predicta conmiſit per duos annos antequam confiteretur judicialiter de eisdem.

119. ¶ Johanna predicta, ſicut legitime conſtat per ipſius confeſſionem ſecundam factam in judicio, VII°. ydus Septembris anno Domini M°. CCC°. XII°. vidit pluries in domo ſeu campmaſio hyſpanorum fratrum ſuorum de borno Petrum Auterii & Jacobum filium ejus hereticos, ſciens ipſos eſſe tales, & ſervivit eis aliquociens tradendo & miniſtrando neceſſaria ad comedendum, & audivit verba & moniciones de doctrina ipſorum, & adoravit eos pluries flexis genibus & junctis manibus inclinando & dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & vidit ab aliis perſonis quas nominat ſimiliter adorari. ¶ Item vidit & ſcivit plures perſonas quas nominat viſitantes hereticos. ¶ Item in confeſſione ſua prima celavit plura ſcienter de facto hereſis de ſe & de aliis contra proprium juramentum. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & credentes ipſorum poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per annum & dimidium. ¶ Item depoſuit cruces ſibi injunctas nomine penitencie, & ſtetit in fuga & contumacia per duos annos, nec de predictis voluit confiteri donec fuit capta & detenta in muro.

lib. XVIII°. c°. XX°. Bernardus Operarii ſeu Obrerii de Cordua dyoceſis Albienſis, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VI°. ydus Marcii anno Domini M°. CCC°. legitime conſtat, vidit & viſitavit pluries in diverſis locis & in diverſis hoſpiciis ac in diverſis villis multos hereticos cum pluribus perſonis quas nominat, & pluries in pluribus locis adoravit hereticos inclinando ſe & flectendo genua coram ipſis, & dicendo ter benedicite coram eis, & vidit predictos hereticos à pluribus aliis perſonis quas in confeſſione ſua nominat ſimiliter adorari. ¶ Item interfuit hereticationibus plurium perſonarum quas vidit in infirmitatibus ſuis recipi ad ſectam & ordinem hereticorum ſecundum ritum & conſuetudinem eorundem quas nominat in confeſſione ſua, & ibidem hereticos adoravit & vidit à perſonis aliis quas nominat adorari. ¶ Item audivit verba & predicaciones hereticorum, qui conmendabant vitam & ſectam & ordinem ſuum & reprobabant Romanam eccleſiam & eccleſie ſacramenta, & ſpecialiter ſacramentum altaris de quo audivit eos dicentes quod ibi non poterat eſſe corpus Chriſti. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem & quod homo poſſet ſalvari in fide eorum, & fuit in illa credencia xv. annis & pluribus. ¶ Predicta conmiſit à L. à XL. à XXX. à XX. & à XIIII. annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec voluit confiteri donec fuit per alios acuſatus & detectus & in carcere detentus, & negavit à principio pluries veritatem in judicio requiſitus contra proprium juramentum.

Guilielmus duralli ſive durandi oriundus de polanh dyoceſis Albienſis qui nunc morabatur in Rapiſtagno, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio coram fratre Stephano Vaffinenſe & fratre Hugone inquiſitoribus anno Domini M°. CC°. LXXVI°. III°. Kalendas Aprilis, vidit & viſitavit tam in partibus Albigeſii quam in Lombardia hereticos multociens, & adoravit eos tociens quod de vicibus non recordatur, & comedit cum eis multociens de pane benedicto dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum, & apportavit hereticis piſces de quibus comedit cum eis in eadem menſa. ¶ Verba & moniciones hereticorum

119.b. audivit multociens. ¶ Hereticos credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem, ſeque ſalvari poſſe ſi in ſecta decederet eorundem, & fuit in illa credencia per IIII^{or} vel V. annos. ¶ Nomina autem hereticorum quos vidit ſunt hec: Bernardus de bordaria, Poncius Raynaudi, ſocius ſuus Aymericus de Colleto epiſcopus hereticorum Albenſium Yſarnus de campis, Bernardus de Garriga, Guilielmus deſiderii, Arnaldus Raymundi, Petrus Vitalis ſocius dicti Raymundi, Raymundus de bancio, Petrus de Verona, P. de ſala, Guilielmus boſqueti.

¶ Poſt-

¶ Poſt quam confeſſionem fuit per dictos inquiſitores reconſiliatus & abſolutus à ſententencia exconmunicacionis & abjuravit omnem hereſim coram ipſis.

¶ Poſt que anno Domini M°. cc°. LXXVI°. in feſto ſancti Johannis ante portam latinam predictus Guilielmus fuit per dictos inquiſitores ſentencialiter inmuratus in publico ſermone facto Carcaſſone, & ibidem in judicio dictus Guilielmus omnem hereſim publice abjuravit.

¶ Poſt que de gracia & miſericordia ſpeciali dictus Guilielmus fuit relaxatus de muro cum peregrinacionibus ſibi inpoſitis & injunctis per inquiſitores fratres Hugonem de boviolis & Johannem Galandi, anno Domini M°. cc°. LXXVIII°. XI°. Kalendas Marcii.

¶ Predictus Guilielmus durandi, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio pridie Kalendas Febroarii anno Domini M°. ccc°. X°. poſtquam alias fuerat confeſſus de hereſi & punitus & abjuraverat omnem hereſim in judicio, ex tunc vidit Petrum Auterii hereticum cum quodam alio heretico & quibusdam aliis perſonis de quibus in confeſſione ſua fecit mencionem, & ſcivit dictum Petrum Auterii & ſocium ejus eſſe hereticos, & audivit verba & predicacionem ipſius Petri Auterii heretici ibidem, & adoravit ipſum inclinando ſe ter profunde verſus terram coram ipſo heretico & dicendo qualibet vice benedicite. ¶ Predicta conmiſit à tribus annis citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit adductus captus & per alios detectus & nominatus.

Vianetus de ſancto Laurencio de rupe in burgundia dyoceſis biſuntine habitator de maſeriis prope caſtrum novum de barbazenchis dyoceſis auxitane, ſicut legitime nobis conſtat per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. Kalendas Decembris anno Domini M°. ccc°. XI°. vidit tenuit & recepit in domo ſua pluries & viſitavit alibi Valdenſes XIX non omnes ſimul ſet aliquando unum aliquando duos aliquando plures, ſciens eos eſſe tales quos illi de eccleſia Romana perſequebantur, & oravit pluries cum eisdem ſecundum modum & ritum orandi ipſorum. ¶ Item pluries fuit confeſſus peccata ſua Valdenſibus & recepit penitenciam ab eisdem, & credebat hoc ſibi proficere ad ſalutem, quamvis ſciret Valdenſes non eſſe ſacerdotes ordinatos per aliquem epiſcopum de eccleſia Romana. ¶ Item pluries audivit verba & predicacionem & doctrinam ipſorum erroneam dicencium omne juramentum eſſe prohibitum, & jurare in omni caſu eſſe peccatum. ¶ Item non eſſe purgatorium animarum poſt mortem, & quod non erant facienda ſuffragia pro defunctis. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & habere bonam ſectam & bonam fidem in qua poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia XXIII. annis, & nunquam conmunicavit cum tamen eſſet provecte etatis.

Diffinitiva declaracio perſonarum defunctarum que forent ſi viverent inmurande. 120.

IN nomine Domini, amen. Quoniam nos prefati inquiſitores heretice pravitatis & conmiſſarii delegati reverendorum in Chriſto patrum domini archiepiſcopi Tholoſani, Albienſis & montis albani epiſcoporum, & vicariorum generalium ac capituli eccleſie auxitane ſede vacante quantum ad perſonas & de perſonis unicuique noſtrum ſubditis infra ſcriptis per inquiſicionem legitime factam & per acta publica ejuſdem inquiſicionis & per confeſſiones factas in judicio invenimus & in judicio nobis conſtat, Quod Arnaldus fabri de viridi folio, Et Arnaldus Hugonis de hugonibus prope taravellum, Et Aymengardis uxor quondam Guilielmi Mercaderii ſenioris de garda, Et Raymunda uxor quondam Guilielmi de morovilla dyoceſis Tholoſane, item Johanna uxor quondam Raymundi Ivernati de borno dyoceſis montis albani, item Bernardus obrerii de Cordua, & Guilielmus duralli ſive durandi oriundus de polanh habitator quondam rapiſtagni dyoceſis albienſis, & Vianetus de ſancto Laurencio de rupe dyoceſis biſuntine habitator de maſeriis dyoceſis auxitane, defuncti & de-

functe, tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis dum viverent deliquerunt ſicut in judicio ſunt confeſſi & nunc publice lectum & recitatum eſt, de quibus culpis per ipſos conmiſſis ipſi morte preventi penam ſeu penitenciam aut diffinitivam ſentenciam dum viverent minime habuerunt. Idcirco nos prefati inquiſitores & conmiſſarii delegati, attendentes quod crimen hereſis propter ſui inmanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis debeat vindicari, maxime in eo caſu in quo heredes ad ſucceſſionem non debent ob hereſim ſeu culpam ſui actoris admitti, Non obſtante quod ipſis viventibus interveniente ipſorum morte non fuerit per ſentenciam declaratum, predictos viros & mulieres defunctos & defunctas fore inmurandos ſeu in perpetuo carcere detrudendos pro culpis ſuis predictis, propter bona tamen dumtaxat ſi que habebant ad quorum ſucceſſionem heredes ſeu alias ſucceſſores ipſorum ob culpas eorum predictas admitti non debent, jn hiis ſcriptis preſentibus ſentencialiter declaramus predictos viros & mulieres defunctos & defunctas fuiſſe credentes hereticorum & fore ſi viverent inmurandos ſeu in perpetuum carcerem detrudendos, & predictum Guilielmum duralli ſive durandi tanquam relapſum in hereſim in judicio abjuratam relinquendum fore ſi vivet curie ſeu judicio ſeculari. Lata fuit hec diffinitiva declaracio anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Ego verò Guilielmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis requiſitus à religioſo viro fratre B. Guidonis inquiſitore Tholoſano predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi. (LS)

120.b. *Sentencia defuncti qui fuit credens hereticorum erroribus dum vivebat.*

IN nomine Domini, amen. Quoniam nos frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum, inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, & Yterius de brolio canonicus engoliſmenſis conmiſſarius delegatus in hac parte reverendi in Chriſto patris domini Beraldi Dei gracia epiſcopi albienſis per acta publica inquiſicionis invenimus & per confeſſionem Benedicti Molinerii de Cordua dyoceſis Albienſis nunc defuncti factam olim in judicio, III°. idus Aprilis anno Domini M°. CCC°. I°. legitime nobis conſtat, quod predictus Benedictus Molinerii nunc defunctus tempore vivebat quadam vice in quadam domo cum quibusdam aliis perſonis quas nominat vidit Raymundum del boc & ſocium ejus hereticos, & ibidem ipſe & alie perſone adoraverunt predictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item alia vice vidit predictos duos hereticos in quadam alia domo cujuſdam quem nominat cum quibuſdam aliis perſonis quas in confeſſione ſua nominat, & ibidem ipſe & alie perſone adoraverunt predictos hereticos dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item interfuit hereticacioni cujusdam perſone, quam in confeſſione ſua nominat, in infirmitate de qua obiit, quam hereticaverunt & in ſectam ſuam volentem & petentem receperunt Bernardus de la vigaria hereticus & ſocius ejus ſecundum modum & ritum hereticorum ipſo preſente & vidente, & ibidem facta hereticacione predictus Benedictus Molinerii & alie perſone ibidem preſentes quas nominat adoraverunt predictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item alia vice vidit inmediate predictos duos hereticos in domo cujuſdam quem nominat in quodam ſotulo dicte domus & audivit verba & moniciones ipſorum, & ibidem cum aliis perſonis quas nominat adoravit predictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite ſecundum modum hereticorum. ¶ Item alia vice in infirmitate cujuſdam quem nominat vidit predictos duos hereticos in domo dicti infirmi cum quibuſdam aliis perſonis

nis quas nominat, & ibidem predictus Benedictus Molinerii & alie persone quas nominat adoraverunt predictos hereticos flexis genibus secundum modum hereticorum, & credidit quod dicti heretici & alie persone quas nominat convenissent ad hereticandum dictum infirmum, sicut ipse alias viderat fieri in tali congregacione. ¶ Item predictus Benedictus Molinerii in quadam infirmitate, de qua convaluit, voluit & petiit recipi in sectam hereticorum, & Bernardus de Goch hereticus recepit ipsum & hereticavit volentem & petentem secundum modum ipsorum tenendo manus ipsius infirmi inter manus suas & tenendo quendam librum super ipsum infirmum in quo legebat euangelium beati Johannis, In principio erat Verbum, dictusque hereticus tradidit eidem infirmo unum filum subtile quo pro heresi cingeretur, & interfuerunt dicte hereticacioni septem persone quas nominat, que facta hereticacionepredicta adoraverunt predictum hereticum flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum, & postmodum predictus Benedictus Molinerii postquam convaluerat de illa infirmitate misit per quandam personam quam nominat predicto heretico L. solidos turonenses quos dedit eidem. ¶ Item alia vice vidit predictum hereticum in domo cujusdam quem nominat cum quibusdam aliis personis quas nominat, & ibidem cum eisdem personis adoravit predictum hereticum flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. ¶ Item alia vice predictus Benedictus Molinerii vidit predictum Bernardum de Goch & Matfredum de somart hereticos in loco quodam quem nominat, quibus petentibus & dicentibus quod boni homines erant & non audebant conparere quia inquisitores persequebantur eos dedit & misit postmodum dicto Bernardo de goch heretico L. solidos turonenses. ¶ Item alia vice in 121.
infirmitate cujusdam quem nominat de qua obiit vidit Bernardum de la vigaria & socium ejus hereticos supra nominatos cum aliis personis quas nominat circa lectum dicti infirmi decumbentis, & credidit quod tunc dictus infirmus per dictos hereticos fuerit hereticatus, & quod persone quas ibidem vidit convenissent ad hoc, set ipse non vidit hereticacionem fieri. ¶ Item alia vice vidit predictos duos hereticos in domo cujusdam quem nominat cum quibusdam aliis personis quas nominat, & ibidem adoravit eos more hereticali predicto. ¶ Item alia vice in quadam alia domo cujusdam quem nominat vidit predictos duos hereticos cum quibusdam aliis personis, & odoravit eos more hereticali predicto. ¶ Item quadam alia vice in quadam alia domo vidit eosdem hereticos in quodam loco quem nominat cum quibusdam aliis personis quas nominat, & adoravit eosdem hereticos more hereticali predicto. ¶ Item quadam alia vice vidit predictos duos hereticos in domo cujusdam quem nominat cum quibusdam aliis personis quas nominat, & ibidem adoravit eos modo hereticali predicto. ¶ Item audivit verba & moniciones & inductiones & sermones quos heretici faciebant sibi & aliis credentibus, inter que audivit ab eisdem hereticis quod dicebant quod erant boni homines & sancti, & ecclesia malignancium videlicet Romana persequebatur eos injuste, & quod ipsi jejunabant tribus diebus in septimana in pane & aqua. ¶ Item dampnabant matrimonium, dicentes quod semper erat peccatum. ¶ Item dampnabant sacramentum altaris, dicentes quod non erat ibi nisi purus panis. ¶ Item dampnabant baptismum aque, dicentes quod per inposicionem manuum ab eis factam suis credentibus salvabatur homo & remittebantur omnia peccata sine confessione & satisfactione. Dicebant etiam quod inpossibile erat Deum fuisse incarnatum, quia nunquam tantum humiliavit se quod poneret se in utero mulieris. ¶ Item dicebant quod erant duo dii, bonus & malignus, & malignus creaverat omnia visibilia. ¶ Item negabant resurrectionem corporum. ¶ Item dicebant quod anime nichil aliud erant nisi illi spiritus qui de celo ceciderant propter peccata sua. Hec & multa alia audivit ab hereticis quando predicabant. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & habere bonam fidem & quod homo posset salvari per eos, & fuit in illa credencia circiter duos annos. ¶ Predicta conmisit à quindecim annis & à x. & à duobus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. Idcirco nos prefati inquisitores & conmissarius delegatus attendentes quod predictus Benedictus Molinerii non invenitur in actis publicis inquisi-

cionis ejusdem per aliquem inquisitorem fuisse absolutus à sentencia exconmunicacionis lata à canone contra sic culpabiles nec reincorporatus ecclesie unitati, nec etiam morte preventus penam aut penitenciam nec diffinitivam sentenciam habuisse: Attendentes insuper quod crimen heresis propter sui enormitatem non solum in vivis set etiam in defunctis debeat vindicari, maxime in eo casu in quo heredes ad succesionem ob heresim sui actoris non debent admitti, Non obstante quod ipso Benedicto Molinerii vivente interveniente ipsius morte non fuerit super premissis per diffinitivam sentenciam declaratum, hac die & loco ad audiendum declaracionem seu pronunciacionem ac diffinitivam nostram sentenciam de predicto Benedicto Molinerii & ejus bonis heredibus & bonorum detentoribus ejusdem Benedicti Molinerii
121.b. defuncti peremptorie assignatis sendentes pro tribunali sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis in ecclesia sancti Stephani Tholose in hiis scriptis presentibus per diffinitivam nostram sentenciam decernimus ac etiam declaramus ipsum Benedictum Molinerii fuisse credentem hereticorum erroribus dum vivebat, ipsumque si viveret nisi de premissis penitere vellet & redire ad ecclesie unitatem fore relinquendum brachio & curie seculari. Lata fuit hec sentencia anno & die & loco & presentibus testibus quibus supra.

(LS) *Ego vero Guilielmus Juliani clericus lemovicensis dyocesis auctoritate apostolica tabellio publicus & juratus officii inquisicionis, requisitus à religioso viro fratre Bernardo Guidonis inquisitore Tholosano, predictis omnibus una cum predictis testibus presens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi signoque meo solito signavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marquesii notarius inquisicionis, qui presens interfui & recepi & hic manu propria me subscripsi & signo meo signavi.* (LS)

Sentencia defuncti in fautoria hereticorum.

IN nomine Domini, amen. Quoniam nos prefati inquisitores heretice pravitatis & conmissarius deputatus reverendi in Christo patris domini archiepiscopi Tholosani per inquisicionem factam invenimus & per testes receptos in judicio, & per acta publica & processus ejusdem inquisicionis legitime nobis constat, quod Guilielmus bruni senior de pruneto dum vivebat Petrum Auterii & Jacobum Auterii hereticos vidit & visitavit in domo Raymundi de salvetate senioris, & ibidem audivit verba & predicacionem dicti Petri Auterii heretici, & quedam alia in favorem hereticorum conmisit, de quibus non constat ipsum fuisse emendatum vel finaliter penitentem. ¶ Postmodum verò citatis & vocatis filiis & heredibus ac bonorum detentoribus predicti Guilielmi defuncti in propriis domicilis propositisque edictis publicis in ecclesia parochiali de pruneto certis diebus peremptorie assignatis eisdem ad defensionem ipsius defuncti si defendere poterant & volebant, renunciatoque tandem & concluso in causa defensionis predicti Guilielmi bruni defuncti per ejus filios & heredes, & in aliis sicut decuit juris ordine observato conmunicato etiam & prehabito consilio sapientum peritorum in jure ac religiosorum virorum ista presenti die & loco ad audiendum diffinitivam sentenciam super premissis peremtorie assignata. Attendentes quod crimen heresis propter sui enormitatem non solum in vivis set etiam in defunctis debeat vindicari, habentes Deum pre oculis & sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis sedentes pro tribunali per diffinitivam sentenciam in & cum presentibus scriptis dicimus & declaramus predictum Guilielmum bruni fuisse fautorem hereticorum dumtaxat cum viveret & talem decessisse, & penas contra fautores hereticorum à jure positas & statutas incurrisse in vita pariter & in morte, precipientes ossa predicti Guilielmi bruni defuncti de sacro cimiterio exhumari, set ex hoc & propter hoc non ea decernimus conburenda, nec bona ejus esse confiscanda.

da. Lata fuit hec ſenteneia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Et ego Guilielmus Juliani clericus lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis requiſitus à religioſo viro fratre B. Guidonis inquiſitore Tholoſano predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Sentencia perſonarum defunctarum inpenitencium de hereſi aut in hereſi.

122.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Quoniam nos prefati inquiſitores heretice pravitatis & conmiſſarii delegati reverendorum in Chriſto patrum domini archiepiſcopi Tholoſani & domini epiſcopi Montis albani quantum ad perſonas nobis ſubditis infra ſcriptis per inquiſicionem legitime factam invenimus & per teſtes juratos in inquiſicione receptos & per acta publica & proceſſus ejuſdem inquiſicionis in judicio nobis conſtat. Quod Rotlandus ſeu Riolandus de valle brito de ſancto Mahalo dyoceſis briocenſis habitator quondam & incola montis albani in illum errorem & in illam hereſim dum viveret inciderit quod credebat & aſſerebat ſe habere poteſtatem à Domino celebrandi miſſam & conſecrandi verum corpus Chriſti de materia panis conmunis fermentati, & verum ſanguinem de vino cum oleo & ſale conmixtis in cipho ligneo cum pede, quem ad hoc & pro hoc loco calicis ſecum habebat & conſervabat, quamvis eſſet laycus uxoratus, laborator & agricola, nec unquam fuerit ſacerdos per aliquem epiſcopum ordinatus. Item pluries celebravit miſſam ſuam maledictam in domo ſua ſecreto ſecundum ritum ſuum ſuper archam panno lineo coopertam faciendo ſuum ſacrificium vel verius execratum maleficium de predicta materia panis & vini cum oleo & ſale diebus dominicis & feſtivis & de predicto pane ac poculo conmunicabat ſingulis diebus cujuslibet epdomade quando ſibi vacabat de peciis panis ſic per eum conſecratis ymmo verius execratis quas in pixide conſervabat ſumendo de mane pro conmunione diebus ſingulis. Item credebat & aſſerebat conſtanter in judicio conſtitutus in predicto pane & vino eſſe verum corpus Chriſti & verum ſanguinem ejus, ſicut eſt in vero ſacramento altaris quod ſancta Romana eccleſia Catholica credit confitetur & celebrat inſtitutum à Domino Jeſu Chriſto. Item in predicto errore & hereſi perſeveravit annis quatuor antequam fuiſſet deprehenſus celebrando & tale ſacrificium faciendo private in domo ſua diebus dominicis & feſtis precipuis quando poterat & ſibi vacabat. ¶ Item poſtquam fuit deprehenſus in predicto errore & in judicio confeſſus vix potuit evelli ab eodem & induci ad abjurandum eumdem errorem multociens monitus & multis menſibus expectatus. Item poſtquam dictum errorem in judicio abjuraverat deprehenſus eſt & per teſtes juratos probatum eſt & conpertum quod ex tunc rediit ad ritum celebrandi vel faciendi predictum ſuum ſacrificium ſeu magis maleficium maledictum dum adhuc detineretur in muro, & ſic antequam habuiſſet penam ſeu penitenciam debitam pro predictis obiit in muro detentus ſine confeſſione peccatorum & ſine euchariſtie ſacramento.

Item quod Arnalda uxor quondam Petri Filii de bunhaco prope taravellum, poſt confeſſionem à ſe factam in judicio de facto hereſis, in qua confeſſione invenitur de ſe & de aliis multa de facto hereſis ſuppreſſiſſe, ac etiam vitam & ſectam hereticorum perſonis aliis conmendaſſe & ad amorem & credenciam eorundem induxiſſe, nec non poſt hereſim à ſe in judicio abjuratam invenitur per teſtes in inquiſicione legitime receptos in facto hereſis conmiſiſſe videndo viſitando & receptando & occultando in domo ſua Petrum Sancii de garda hereticum paulo poſt fugam & evaſionem dicti heretici quando debuit per miniſtros inquiſitoris in alia domo ſatis propinqua deprehendi & capi. Item eidem heretico miniſtrando & ſerviendo

nec non procurando quod de domo sua ad aliam mutaretur ut secrecius ibi tenere-
122.b. tur & custodiretur, de quibus postmodum acusata & capta & detenta & in judicio requisita noluit confiteri veritatem, set sic obstinata obiit in sua perfidia & errore.

Postmodum verò citatis & vocatis filiis & heredibus ac bonorum detentoribus predictorum defunctorum Rotlandi seu Riolandi & Arnalde in propriis domiciliis propositisque edictis publicis in ecclesiis parochialibus eorundem certis diebus peremptorie assignatis eisdem ad defensionem ipsorum defunctorum si defendere poterant & volebant: nulloque legitimo defensore pro dicto Rotlando & pro dicta Arnalda conparente qui ipsum Rotlandum vel dictam Arnaldam veliet defendere, renunciatoque tandem & concluso in causa defensionis predictorum, & in aliis sicut decuit juris ordine observato, conmunicato etiam & habito consilio plurium sapientum & peritorum in jure ac religiosorum virorum, ista die presenti ad audiendam diffinitivam sentenciam super premissis peremptorie assignata, attendentes quod crimen heresis propter sui inmanitatem & enormitatem non solum in vivis set etiam in mortuis per jura canonica & civilia debeat vindicari, habentes Deum pre oculis & sacrosanctis euangeliis Dei positis coram nobis ut de vultu Dei nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem, sedentes pro tribunali per diffinitivam sentenciam dicimus & declaramus predictum Rotlandum seu Riolandum fuisse hereticum, & post heresim à se in judicio abjuratam in eandem recidisse & relapsum fuisse, & tanquam inpenitentem de predicto crimine decessisse. Et predictam Arnaldam in facto heresis plura conmisisse & relapsam in heresim à se in judicio abjuratam, & tanquam inpenitentem de crimine heresis decessisse. Et predictos Rotlandum seu Riolandum & Arnaldam defunctos tanquam tales in hiis scriptis presentibus sentencialiter condempnamus, precipientes ut in signum perdicionis ossa dictorum defunctorum Rotlandi seu Riolandi & Arnalde si ab aliis Catholicorum ossibus possint discerni de sacris cimiteriis exhumentur & extumulentur & comburantur in detestacionem criminis tam nephandi. Lata fuit hec sentencia anno & die & loco & presentibus testibus quibus supra.

Ego vero Guilielmus Juliani clericus Lemovicensis dyocesis auctoritate apostolica tabellio publicus & juratus officii inquisitionis requisitus à religioso viro fratre B. Guidonis inquisitore Tholosano preactis omnibus una cum predictis testibus presens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi signoque meo solito signavi rogatus. (LS)

Et ego Jacobus Marquesii notarius inquisitionis qui presens interfui & recepi & hic manu propria me subscripsi, & signo meo signavi. (LS)

¶ *Culpa relapsi.*

JOhannes Philibertus presbyter oriundus de capella sancti salvatoris prope Marnencs de burgundia filius quondam Poncii de boyba, qui aliquando moratus fuit apud sanctum Laurencium de rupe in burgundia dyocesis bisuntine, nunc verò morabatur in castro novo de barbazenchis prope maserias in comitatu astariaci dyocesis auxitane, sicut legitime constat per ipsius confessionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XI°. IIII°. Kalendas Novembris dudum XXVIII. anni vel circa sunt elapsi ipse fuit missus de burgundia cum quodam alio quem nominat cum literis inquisitoris ad querendum quendam Valdensem fugitivum vocatum Ruffum Jauberti ad partes Vasconie, & venerunt ad dyocesim auxitanam. Et postquam
123. rediit de partibus Vasconie in burgundiam ad illos qui ipsum miserant, post aliquod tempus ipse voluntate propria rediit ad partes Vasconie in quibus postmodum moratus est multis annis in dyocesi auxitana, ubi morando fuit inductus per aliquos burgundos quos nominat ad amorem & familiaritatem & participacionem Valdensium. ¶ Item in dictis partibus vidit & visitavit pluries multos Valdenses perfectos in diversis locis domibus seu hospiciis & in diversis villis quas nominat sciens

eos

eos esse tales, & pluries comedit & bibit cum eisdem, & aliquando oravit cum eis simul IIII^or vicibus in diversis locis & temporibus flexis genibus prostratus & inclinatus secundum modum & ritum quem habent Valdenses in orando, & aliquando associavit Valdenses de loco ad locum, & audivit verba moniciones & exhortaciones & predicacionem & doctrinam dictorum Valdensium cum aliis personis credentibus ipsorum & scivit & vidit quod dicti Valdenses qui non erant nec sunt sacerdotes ordinati per aliquem episcopum Romane ecclesie set erant layci audiebant confessiones peccatorum hominum & mulierum qui credunt & consenciunt in facto ipsorum. ¶ Nomina autem Valdensium quos vidit & cum quibus participavit sunt hec, Cristinus, Hymbertus, Janquimus burgundus, Stephaninus burgundus, Perrinus filius wudri de gaudone, Mundinus seu Mondonus qui consuevit morari apud montem gausium, Johannes chapayro, non omnes simul set aliquando duos aliquando tres aliquando quatuor. ¶ Item fuit requisitus & rogatus una vice per Cristinum & Hymbertum Valdenses predictos & per quosdam alios quos nominat quod vellet esse sicut unus ex ipsis Valdensibus & esse perfectus Valdensis sicut ipsi, & ipse concessit eis quod volebat eos sequi & esse de secta & societate ipsorum quam credebat esse bonam quamvis sciret quod inquisitores hereticorum persequebantur sectam Valdensium. ¶ Item tunc dixit sibi dictus Cristinus, Melius esset vobis quod essetis custos porcorum quam quod celebratis missam quia estis in peccato mortali.

¶ Predictus Johannes Philibertus sacerdos, sicut per ipsius confessionem factam in judicio, III°. Kalendas Augusti anno Domini M°. CCC°. XIX°. legitime constat, olim per duos annos vel circa ante tempus magne indulgencie que fuit Rome tempore Bonifacii pape VIII. constitutus coram fratre Guidone de Remis inquisitore heretice pravitatis in burgundia requisitus ab eo quod juraret super librum euangeliorum de veritate dicenda tribus vicibus recusavit omnino & noluit jurare, quia audiverat à Valdensibus quos prius viderat & cum quibus participaverat, prout in confessione sua plenius continetur, quod homo non debet jurare in aliquo casu, & quod jurare semper est peccatum mortale, & ita tunc credebat ipse, & propter hoc fuit tunc per dictum inquisitorem arrestatus in castro de sancto Laurencio de rupe dyocesis bisuntine. Postea vero vocatus conparuit coram dicto inquisitore apud bisuncium, ubi etiam fuit in arresto largo inquisitoris, & constitutus in judicio coram ipso in palacio archiepiscopali bisuntino presentibus testibus x. vel XII. & notario seu scriptore dicti inquisitoris juravit, & confessus fuit aliqua de facto Valdensium, & celavit scienter de Valdensibus quos antea in Vasconia viderat & cum quibus participaverat prout in confessione sua plenius continetur, quos Valdenses eo tempore credebat esse bonos homines & habere & tenere bonam sectam & esse peccatum quod inquisitores persequebantur eos, prout in confessione sua facta coram inquisitore Tholosano plenius continetur, & post factam tunc confessionem 123.b.
coram prefato fratre Guidone inquisitore burgundie ad requisicionem dicti inquisitoris juravit & promisit se facere capi Valdenses si & quando & ubi sciret eos esse, & ibidem requisitus ab eodem inquisitore abjuravit & renegavit omnem sectam illicitam, & specialiter sectam Valdensium hereticorum in judicio constitutus.

¶ Predictus Johannes Philibertus sacerdos post juramentum prestitum coram prefato inquisitore burgundie de Valdensibus capiendis & post sectam Valdensium hereticorum in judicio abjuratam ex tunc postquam recessit de partibus burgundie participavit cum Valdensibus pluries. Nam ex tunc, sicut per ipsius confessionem factam in judicio legitime constat, postquam rediit in Vasconiam vidit & visitavit pluries & in pluribus locis & villis Valdenses & participavit cum eisdem comedendo & bibendo & orando more ipsorum & associando eos de loco ad locum. ¶ Item scivit & vidit plures personas utriusque sexus, quas nominat in confessione sua, esse consencientes in facto Valdensium. ¶ Item audivit à Valdensibus doceri seu dogmatizari quod ipsi non jurarent super librum set ante permitterent se occidi, & quod homo non debet jurare in aliquo casu pro aliqua causa nec in judicio nec ex-

tra judicium. ¶ Item quod jurare est semper peccatum mortale. ¶ Item quod Deus prohibuit omne juramentum. ¶ Item scivit & vidit & audivit quod Valdenses predicant credentibus suis aliquando post cenam de nocte de euangeliis & de epistolis in vulgari. ¶ Item quod Valdenses non vadunt ad ecclesiam nisi forte ad dissimulandum ubi timerent ex hoc deprehendi. ¶ Item quod Valdenses dicunt se habere potestatem audiendi confessiones & inponendi penitencias salutares, & scivit quod ipsi audiunt confessiones & inponunt penitencias confitentibus sibi. ¶ Item quando confitebatur sacramentaliter de peccatis suis nunquam fuit confessus quod participaret cum Valdensibus, & quod crederet eorum sectam esse bonam, & nichilominus celebrabat missas & ministrabat ecclesiastica sacramenta. ¶ Item credidit Valdenses esse bonos & habere bonam sectam & bonam fidem in qua ipsi & alii qui tenerent eandem fidem & sectam possent salvari, quamvis sciret quod ecclesia Romana & inquisitores hereticorum persequerentur ipsos & condempnarent, & fuit in dicta credencia ab illo tempore quo primo vidit eos, & incepit participare cum eis, XIIII. anni sunt elapsi perseverando in hoc donec fuit captus & adductus apud Tholosam ad inquisitorem Tholosanum, anno Domini M°. CCC°. XI°. in mense octobri, & sic stetit in dicta credencia per XIIII. annos vel circa. ¶ De predictis noluit confiteri à principio, set negavit & celavit veritatem in judicio requisitus contra proprium juramentum.

¶ Predictus Johannes Philibertus, sicut legitime constat per ipsius confessionem factam in judicio, II°. nonas Aprilis anno Domini M°. CCC°. XVIII°. postquam fuerat confessus de predictis & iterato quod fuit secundo abjuraverat omnem heresim & specialiter Valdensium, & omnem favorem & credenciam & participacionem Valdensium in judicio coram fratre Bernardo Guidonis inquisitore Tholosano, anno Domini M°. CCC°. XI°. ex tunc quidam credens ipsorum Valdensium fuit locutus cum ipso in porta muri, & dixit sibi quod quidam Valdensis perfectus quem nominat, scilicet Hugoninus pifaudi mittebat per ipsum credentem unum supertunicale cuidam inmurato, scilicet Stephano porcherii qui olim fuit perfectus Valdensis. ¶ Item ille idem credens Valdensium portavit & tradidit predicto Johanni Philiberto duabus vicibus & diversis temporibus camisiam & femoralia & dixit sibi quod Hugoninus pifaudi Valdensis perfectus predictus mittebat sibi, & ipse recepit.

124. *Sentencia relapsi.*

IN nomine Domini amen. Nos prefati inquisitores heretice pravitatis & conmissarii delegati venerabilum virorum vicariorum generalium & capituli ecclesie auxitane sede vacante, Quoniam per confessionem tuam factam in judicio invenimus & & per inquisicionem & acta publica ejusdem inquisicionis legitime nobis constat, Quod tu Johannes Philiberte presbiter nacione burgunde dyocesis bisuntine, habitator olim castri novi de barbazenchis & de maseris dyocesis auxitane, postquam alias fuisti confessus in judicio te conmisisse in crimine illius secte dampnate que vocatur secta & heresis Valdensium seu pauperum de Lugduno, & promiseras ac juraveras parere mandatis ecclesie & inquisitorum & persequi Valdenses & alios hereticos, & fueras ab exconmunicacionis vinculo absolutus, nec non post heresim & Valdesiam à te in judicio abjuratam, ex tunc tanquam canis ad vomitum redeundo culpis veteribus novas addere non verendo, nec divinum judicium metuendo in abjuratam à te prius in judicio sectam & heresim Valdensium es relapsus, per hoc te falso & ficte conversum & inpenitentem ac perjurum ac de tam enormi crimine manifeste te incorrigibilem ostendendo, nec non omni gracia & misericordia & audiencia tanquam relapsus in abjuratam heresim feceris te indignum, ita quod promissionibus & juramentis tuis nulla sit fides penitus de cetero adhibenda. Ideo nos prefati inquisitores & conmissarii delegati, conmunicato & habito plurium sapientum peritorum in jure canonico & civili & religiosorum virorum plurium discreto-

rum

rum, Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali te preſente in hac die tibi ad audiendum diffinitivam ſentenciam peremptorie aſſignata dicimus & per diffinitivam ſentenciam in hiis ſcriptis preſentibus pronunciamus & declaramus eſſe relapſum in hereſim & ſectam Valdenſium in judicio abjuratam. Et cum eccleſia ultra non habeat quid faciat pro tuis demeritis contra te, Ideo in hiis ſcriptis preſentibus te Johannem Philibertum presbiterum antedictum per noſtram diffinitivam ſentenciam dicimus & declarando pronunciamus fore à tuis ordinibus degradandum, & te degradatum relinquendum judicio & curie ſeculari, teque poſtquam fueris degradatus ex nunc ut ex tunc in hiis & cum hiis preſentibus ſcriptis te tanquam talem relinquimus curie ſeculari, eandem affectuoſe rogantes prout ſuadent canonice ſancciones ut tibi vitam & membra illibata conſervet, ſalvo tibi & retento quod ſi digne penitueris tibi penitenti ſacramentum penitencie & euchariſtie non negetur. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Ego verò Guillelmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis requiſitus à religioſo viro fratre B. Guidonis inquiſitore Tholoſano predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolita ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Culpe fugitivorum. 124.b.

VItalis filius naturalis Bernardi Audoyni heretici de monte acuto dyoceſis Tholoſane, cum inveniretur per inquiſicionem ac per teſtes inquiſicione legitime receptos multa in facto hereſis conmiſiſſe, & cum predicto Bernardo patre ſuo heretico & aliis hereticis latuiſſe & aufugiſſe tanquam acuſatus & ſuſpectus de hereſi, vehementer fuit citatus canonice ut certis diebus & loco coram inquiſitore Tholoſano perſonaliter & peremptorie conpareret reſponſurus de fide & de hiis que conmiſit in facto hereſis contra fidem in cauſa fidei plenariam veritatem in feſto beate Marie Magdalene anno Domini M°. CCC°. XV°.

¶ Predictus vero Vitalis minime conparuit dicta die, unde fuit tanquam contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans nec non pro hereſi fugitivus exconmunicatus anno Domini M°. CCC°. XV°. pridie calendas Septembris, & conſequenter fuit denunciatus publice exconmunicatus in eccleſia. ¶ Poſtmodum verò cum predictam exconmunicacionis ſentenciam pro contumacia in cauſa fidei per annos fere quatuor ſuſtinuiſſet & adhuc ſuſtineret animo pertinaci, fuit citatus canonice cum publicis edictis ut certo die & loco coram inquiſitore Tholoſano perſonaliter & peremptorie conpareret, ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam ſuſtinuit per plures annos animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſentenciam auditurus, quibus diebus & loco tanquam ſibi male conſcius minime conparuit, anno Domini M°. CCC°. XIX°. menſe ſeptembri.

Eſpanhol fabri filius quondam Bernardi fabri oriundus de borno, poſtmodum verò habitator de Vaqueriis dyoceſis Tholoſane, fuit olim pro hiis que confeſſus fuerat ſe in hereſi conmiſiſſe ad agendum penitenciam ad perpetuum muri carcerem condempnatus in generali ſermone inquiſitorum facto Tholoſe anno Domini M°. CCC°. IX°. abjurata ibidem omni hereſi in judicio ab eodem, & preſtito juramento de parendo mandatis eccleſie, ac lata ſentencia exconmunicacionis per inquiſitores canonice & in ſcriptis in & contra quemcunque qui de dicto muri carcere aufugeret ſine voluntate inquiſitorum & licencia ſpeciali prout in actis publicis ejusdem ſermonis plenius continetur, à quo muri carcere dictus Eſpanhol clam & de nocte exivit

&

& aufugit, VIII°. Kalendas Mayi anno Domini M°. CCC°. X°. ex quo dinoſcitur ipſo facto exconmunicacionis ſentenciam incurriſſe, & converſionem & penitenciam ſuam fictam fuiſſe. Fuitque poſtmodum denunciatus exconmunicatus publice diebus dominicis & feſtivis in eccleſiis de Vaqueriis & de borno, nec non citatus canonice cum edictis publicis ut certis diebus & loco perſonaliter & peremptorie coram inquiſitore Tholoſano conpareret, reſponſurus de fide & de hiis que contra eam conmiſit plenariam veritatem, quibus diebus & loco minime conparuit, & per v. annos & amplius predictam exconmunicacionis ſentenciam ſuſtinuit animo pertinaci.

¶ Predictus vero eſpanhol fabri tanquam ſuſpectus de hereſi vehementer fuit citatus poſtmodum canonice & cum edictis publicis ut certis die & loco perſonaliter & peremptorie conpareret coram inquiſitore Tholoſe, reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem conmiſit in hereſi de ſe & de aliis plenariam veritatem ultima die Auguſti anno domini M°. CCC°. XV°. qua die minime conparuit, fuitque tanquam contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & pro hereſi fugitivus exconmunicacionis vinculo innodatus, tercia die introitus menſis Mayi anno Domini M°. CCC°.
125. XVII°. & predicta exconmunicacionis ſentencia fuit publice in eccleſiis nunciata diebus dominicis & feſtivis, quam exconmunicacionem cum per duos fere annos ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citatus poſtmodum canonice cum edictis publicis ut certa die & loco coram inquiſitore Tholoſe perſonaliter conpareret ſuper eo quod pro predicta contumacia in cauſa fidei exconmunicacionis ſentenciam per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſenteniam auditurus, quibus die & loco minime conparuit ſub anno Domini M°. CCC°. XIX. menſe Septembri.

Petrus borrelli quondam filius Sancii borrelli de bolhaco dyoceſis Tholoſane cum per inquiſicionem & per teſtes in inquiſicione legitime receptos inveniretur de facto hereſis acuſatus & vehementer ſuſpectus de hereſi, fuit citatus canonice cum publicis edictis tam in domicilio ubi habitare conmuniter conſuevit quam in eccleſia populo ad audiendum divina congregato ut perſonaliter & peremptorie conpareret coram inquiſitore Tholoſe, reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem conmiſit plenariam veritatem, IIII°. Kalendas Aprilis anno Domini M°. CCC°. XI°. qua die non conparuit nec etiam poſtmodum per plures annos diucius expectatus parere ſubterfugiens in cauſa fidei & contumaciter ſe abſentans, unde fuit tanquam contumax in cauſa fidei & pro hereſi fugitivus exconmunicacionis vinculo innodatus, tercia die introitus Mayi anno Domini M°. CCC°. XVII°. ejusque exconmunicacio fuit conſequenter in eccleſia publicata.

¶ Predictus P. borrelli, cum exconmunicacionis ſentenciam pro contumacia in cauſa fidei per duos annos & amplius ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citatus canonice cum edictis publicis tam in domicilio ſuo quam in eccleſia ut perſonaliter & peremptorie Tholoſe coram inquiſitore conpareret ſuper eo quod exconmunicacionem pro contumacia in cauſa fidei per plures annos ſuſtinuerat animo pernaci in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſenteniam auditurus ſub anno Domini M°. CCC°. XIX°. menſe Septembri.

Guilielmus falqueti de Verduneto olim appannenſis dyoceſis nunc verò ſancti papuli fuit dudum captus & deprehenſus in hereſi & confeſſus judicialiter de eadem anno Domini M°. CCC°. VII°. & pro illis que conmiſerat in hereſi fuit ad agendum penitenciam ad perpetuum muri carcerem talibus perſonis culpabilibus deputatum ſentencialiter condempnatus in generali ſermone inquiſitorum facto Tholoſe anno Domini M°. CCC°. IX°. abjurata ibidem omni hereſi in judicio ab eodem & preſtito juramento de parendo mandatis eccleſie & inquiſitorum, nec non per ipſos inquiſitores lata ſentencia exconmunicacionis canonice & ſcriptis contra & in quemcunque qui unquam de dicto muri carcere aufugeret vel exiret ſine voluntate inquiſitorum & licencia ſpeciali ſicut in actis publicis dicti ſermonis plenius continetur; à quo muri carcere predictus Guilielmus falqueti temeritate propria latenter de nocte diſ-

ſolutis

ſolutis conpedibus cum quibusdam conplicibus exiit & aufugit contra mandata ſibi facta & contra proprium juramentum ſub anno Domini M°. CCC°. X°. VIII°. Kalendas Mayi, ex quo ipſo facto dinoſcitur exconmunicacionis ſententiam incurriſſe ſuamque converſionem & penitenciam fuiſſe fictam. ¶ Fuitque poſtmodum denunciatus exconmunicatus publice in eccleſia de verduneto, nec non citatus pluries cum publicis edictis factis in domicilio ubi conſuevit habitare, & in eccleſia predicta coram populo ad audiendum divina congregato, ut veniret perſonaliter & peremptorie ſuper premiſſis ſatisfacturus & in cauſa fidei reſponſurus certis diebus & loco ſibi aſſignatis, in quibus minime conparuit nec aliquis pro eodem. Cumque per 125.b.
quinque annos & amplius exconmunicacionis predicte ſententiam ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citatus ut certis die & loco perſonaliter & peremptorie conpareret diffinitivam ſententiam auditurus ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. in quibus die & loco minime conparuit.

¶ Predictus Guilielmus falqueti tam vehementer ſuſpectus de hereſi fuit poſtmodum citatus canonice cum edictis publicis, ut certo die & loco conpareret perſonaliter & peremptorie reſponſurus de fide & hiis que in facto hereſis conmiſerat contra fidem, in quibus die & loco minime conparuit, fuitque contumax in cauſa fidei habitus & inventus anno Domini M°. CCC°. XVI°. ultima die Auguſti. Unde poſtmodum diucius expectatus cum minime conpareret in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans fuit tanquam contumax in cauſa fidei ac pro crimine hereſis fugitivus exconmunicacionis vinculo innodatus, & dicta exconmunicatio fuit in eccleſia de Verduneto publicata & denunciata anno Domini M°. CCC°. XVII°. in menſe Mayi, quam exconmunicacionis ſententiam per plures annos ſuſtinuit & adhuc ſuſtinet animo pertinaci. ¶ Unde fuit poſtmodum citatus canonice & peremptorie ut conpareret certo die & loco ſuper predicta fuga nec non ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam pro contumacia in cauſa fidei per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum quacunque die ipſum fieri contigerit diffinitivam ſententiam auditurus ſub anno Domini M°. CCC°. XIX°. quibus die & loco minime conparuit.

Bernardus fabri filius quondam Guilielmi fabri de Verduneto prope ſaxiacum cum inveniretur per inquiſicionem ac per teſtes in inquiſicione legitime receptos multa in hereſi conmiſiſſe, & Amelium de perlis hereticum nocte quadam ad quandam bordam adduxiſſe ubi dictus hereticus captus fuit & dictus Bernardus ductor ejus à capientibus evaſit & aufugit tanquam acuſatus & ſuſpectus vehementer de hereſi fuit citatus ſemel & ſecundo canonice & peremptorie tam in domicilio ubi morari conmuniter conſuevit quam in eccleſia publice populo ad audiendum divina congregato cum edictis publicis ut perſonaliter & peremptorie certis diebus & loco coram inquiſitore Tholoſano conpareret reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem conmiſit in hereſi plenariam veritatem, prima die Mayi ſub anno Domini M°. CCC°. X°. item M°. CCC°. XVII°. V°. nonas Mayi.

¶ Predictus vero Bernardus predictis diebus & loco minime conparuit nec aliquis pro eodem in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans. Unde tanquam contumax in cauſa fidei & fugitivus pro facto hereſis fuit exconmunicatus anno Domini M°. CCC°. XV°. in feſto beati Barnabe apoſtoli, & conſequenter tanquam exconmunicatus publice in eccleſia denunciatus. ¶ Poſtmodum vero, cum exconmunicacionis ſententiam pro contumacia in cauſa fidei per IIII°r annos & amplius ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citatus canonice & cum publicis edictis ut perſonaliter & peremptorie certo die & loco conpareret ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſententiam auditurus, ſub anno Domini M°. CCC°. XIX.°. quibus diebus & loco minime conparuit.

Poncius fabri filius quondam Guilielmi fabri de Verduneto prope ſaxiacum cum 126.
eſſet ſuſpectus de facto hereſis propter multa, quia Guilielmus fabri alias dictus Ba-

calar pater ſuus quondam fugit propter hereſim in Italiam ad hereticos, & Rica mater dicti Poncii fuit hereticata in fine ſuo, & omnes fratres dicti Poncii videlicet P. & B^us^. & ſorores eorundem videlicet Serdana & Johanna per confeſſiones ſuas factas in judicio plura inveniuntur in hereſi conmiſiſſe, dictusque Poncius diceretur de terra ac patria ſua receſſiſſe, & cum Bernardo fratre ſuo fugitivo pro facto hereſis crederetur aufugiſſe, fuit citatus canonice tam in domicilio ubi morari conmuniter conſuevit quam in eccleſia publice coram populo ad audiendum divina congregato ut perſonaliter & peremptorie certo die & loco coram inquiſitore Tholoſano conpareret reſponſurus de fide & de hiis que ad officium inquiſicionis pertinent in cauſa fidei plenariam veritatem, ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. menſe Septembri.

¶ Predictus vero Poncius fabri predictis die & loco minime conparuit, nec aliquis pro eodem, in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, Unde tanquam contumax in cauſa fidei & fugitivus pro facto hereſis fuit exconmunicatus anno Domini M°. CCC°. XV°. XVII°. Kalendas Novembris, & conſequenter tanquam exconmunicatus publice in eccleſia denunciatus. ¶ Poſtmodum vero, cum exconmunicacionis ſententiam per annos fere quatuor ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citatus canonice & cum publicis edictis, ut perſonaliter & peremptorie conpareret certo die & loco ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam per plures annos ſuſtinuit & adhuc ſuſtinet animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſententiam auditurus, ſub anno Domini M°. CCC°. XIX°. quibus die & loco minime conparuit.

Bertrandus ſartor de ſancto papulo frater Petri Raymundi heretici, cum per inquiſicionem ac per teſtes in inquiſicione legitime receptos inveniretur multa in hereſi conmiſiſſe, & olim in Lombardiam ad hereticos confugiſſe, & poſtmodum captus & detentus in muro inquiſitorum Carcaſſone fuerit, & inde relaxatus ut hereticos redderet ſicut ſe facturum promittebat hereticos minime reddidit, quin ymmo ad hereticos tanquam canis ad vomitum rediens cum eisdem auffugit. Unde acuſatus & vehementer ſuſpectus de hereſi fuit citatus canonice tam in domicilio ubi morari conſuevit quam in eccleſia publice coram populo congregato ad audiendum divina cum edictis publicis, ut coram inquiſitore Tholoſano certo die & loco ſibi aſſignatis perſonaliter & peremptorie conpareret reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem conmiſit in facto hereſis plenariam veritatem, ſub anno Domini M°. CCC. XV°. II°. ydus Junii.

¶ Predictus verò Bertrandus predictis die & loco minime conparuit, nec aliquis pro eodem, in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, Unde tanquam contumax in cauſa fidei ac pro facto hereſis fugitivus fuit exconmunicatus II°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XV°. & conſequenter tanquam exconmunicatus denunciatus publice in eccleſia. ¶ Poſtmodum vero, cum exconmunicacionis ſententiam pro contumacia in cauſa fidei per annos fere quatuor ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citatus canonice cum publicis edictis ut certo die & loco perſonaliter & peremptorie conpareret ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſententiam auditurus, quibus diebus & loco tanquam ſibi male conſcius minime conparuit, anno Domini M°. CCC°. XIX°.

126.b. Bernardus aliguerii
Guilielmus aliguerii junior } fratres filii quondam

Guilielmi aliguerii ſenioris de mirapiſce ſupra tarnum dudum confeſſi fuerunt in judicio de multis que conmiſerant in facto hereſis contra fidem ſub anno Domini M°. CCC°. V°. pro quibus conmiſſis in hereſi fuerunt ad perpetuum muri carcerem ſentencialiter judicati in generali ſermone inquiſitorum, ſub anno Domini M°. CCC°. IX°. abjurata ibidem omni hereſi in judicio ab eiſdem, & preſtito juramento de parendo mandatis eccleſie, & lata ſentencia exconmunicacionis per inquiſitores canonice

nice & in ſcriptis in & contra quemcunque qui de dicto muri carcere auffugeret ſine voluntate & licencia ſpeciali eorundem, ſicut in actis publicis predicti ſermonis inquiſitorum plenius continetur. A quo muri carcere predicti Bernardus & Guilielmus latenter & de nocte temeritate propria aufugerunt transgredientes mandata ſibi facta contra proprium juramentum, ex quo ipſo facto exconmunicacionis ſententiam incurrerunt & ſuam converſionem & penitenciam falſam & fictam fuiſſe oſtenderunt, fueruntque denunciati publice exconmunicati, nec non citati canonice ut certis diebus & loco conparerent perſonaliter & peremptorie de tali culpa ſatisfacturi, & ſuper hiis que contra ipſos inveniebantur de crimine hereſis reſponſuri, in quibus minime conparuerunt, ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. in feſto beate M. Magdalene. ¶ Predicti vero Bernardus & Guilielmus poſtmodum tanquam vehementer ſuſpecti de hereſi fuerunt citati canonice & cum publicis edictis, ut certis diebus & loco perſonaliter & peremptorie conparerent coram inquiſitore Tholoſano, reſponſuri de fide & de hiis que in facto hereſis conmiſerant plenariam veritatem, ultima die Auguſti anno Domini M°. CCC°. XVI°. ¶ Predicti vero Bernardus & Guilielmus minime conparuerunt dicta die, unde tanquam contumaces in cauſa fidei & parere ſubterfugientes ac pro facto hereſis fugitivi fuerunt exconmunicati tercia die introitus menſis Mayi anno Domini M°. CCC°. XVII°. & conſequenter eorum exconmunicacio fuit in eccleſia publice nunciata. Poſtmodum vero, cum predictam exconmunicacionis ſententiam pro contumacia in cauſa fidei ſuſtinuiſſent per duos annos & amplius animis pertinaciter induratis, fuerunt citati cum edictis publicis ut certis die & loco coram inquiſitore Tholoſano perſonaliter & peremptorie conparerent in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam per plures annos ſuſtinuerunt animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei diffinitivam ſententiam audituri, quibus die & loco tanquam ſibi male conſcii minime conparuerunt, anno Domini M°. CCC°. XIX°. menſe Septembris.

Arnaldus Yſarni de Villa muro filius Geraldi Yſarni dyoceſis Tholoſane quondam nunc vero dyoceſis montis Albani, cum olim pro hiis que conmiſerat in facto hereſis habuiſſet & recepiſſet in penitenciam & in nomine penitencie in ſermone publico inquiſitorum Tholoſe ſub anno Domini M°. CCC°. IX°. cruces de filtro portandas in veſte ſua, eique fuiſſet injunctum ut certas peregrinaciones faceret ac viſitaciones eccleſiarum ſancti Stephani & ſancti Saturnini Tholoſe annis ſingulis certis diebus ſub debito preſtiti juramenti, dictasque cruces temeritate propria depoſuerit, & peregrinaciones ac viſitaciones facere obmiſerit & aufugerit contra proprium juramentum, fuit citatus ſemel & ſecundo canonice cum publicis edictis tam in domicilio ubi habitare conmuniter conſuevit quam in eccleſia publice coram populo congregato ut certis diebus & loco coram inquiſitore Tholoſano conpareret ſuper premiſſis ſatisfacturus nec non cum eſſet ſuſpectus merito ex predictis de hereſi reſponſurus de fide & in cauſa fidei veritatem, quibus diebus & loco minime conparuit, ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. 127.

¶ Predictus Arnaldus tanquam contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans fuit exconmunicacionis vinculo innodatus die Lune poſt octabas omnium ſanctorum anno Domini M°. CCC°. XV°. & conſequenter predicta exconmunicacionis ſententia fuit in eccleſia de villa muro pluries & canonice publicata, quam exconmunicationis ſententiam ſuſtinuit per annos fere IIII^or^ animo pertinaci. Unde fuit poſtmodum citatus canonice cum publicis edictis ut certis die & loco perſonaliter & peremptorie conpareret ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc imminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſententiam auditurus, quibus die & loco minime conparuit anno Domini M°. CCC°. XIX°.

Petrus Jvernati filius quondam Poncii Jvernati, habitator de borno, oriundus vero de ſancto Urſicio, cum dudum fuiſſet captus nec non confeſſus in judicio ſe in facto hereſis conmiſiſſe, V°. ydus Septembris anno Domini M°. CCC°. X°. poſtmo-

dum relaxatus aufugit contra proprium juramentum. Fuitque citatus canonice cum publicis edictis, ut personaliter & peremptorie conpareret pro hiis que conmiserat in heresi penitenciam recepturus nec non tanquam suspectus de heresi responsurus de fide & de hiis que contra fidem inveniebatur in heresi conmisisse plenariam veritatem, v°. ydus April. anno Domini m°. ccc°. xi°. quo die minime conparuit parere subterfugiens in causa fidei & contumaciter se absentans, unde tanquam contumax in causa fidei & pre heresi fugitivus fuit exconmunicacionis vinculo innodatus, xii°. Kalendas Julii, anno Domini m°. ccc°. xv°. & consequenter ejus exconmunicacio fuit in ecclesiis publicata diebus dominicis & festivis.

¶ Predictus Petrus, cum predictam exconmunicacionis sentenciam pro contumacia in causa fidei per annos quatuor sustinuisset & adhuc sustineat animo pertinaci fuit postmodum citatus canonice cum bannis & edictis publicis ut personaliter & peremptorie conpareret coram inquisitore Tholosano super conmissis per eum in heresi nec non super eo quod exconmunicacionis sentenciam pro contumacia in causa fidei per plures annos sustinuit animo pertinaci in proximo tunc inminenti generali sermone inquisitorum diffinitivam sentenciam auditurus, anno Domino m°. ccc°. xix°. mense Septembris.

Johannes fabri espanhol filius quondam Bernardi fabri de borno, cum dudum sub anno Domini m°. ccc°. x°. confessus fuisset in judicio le in facto heresis conmisisse, & inveniretur postmodum per inquisicionem que fit generaliter contra omnes infectos de heretica pravitate amplius quam confessus fuerit in facto heresis conmisisse, aufugit nondum recepta penitencia pro confessatis, propter quod tanquam acusatus & per confessionem propriam convictus & vehementer suspectus de heresi fuit citatus canonice cum edictis publicis tam in domicilio quam in ecclesia, ut certo die & loco videlicet Tholose prima die mensis Decembr. anno Domini m°. ccc°. xv°. personaliter & peremptorie conpareret responsurus de fide & de hiis que conmiserat in facto heresis contra fidem de se & de aliis plenariam veritatem. Ipse verò non conparuit parere subterfugiens & in causa fidei contumaciter se absentans, propter quod tanquam contumax in causa fidei & pro facto heresis fugitivus fuit ejus
127.b. exigente contumacia exconmunicationis vinculo innodatus, xv°. Kalendas Augusti, anno Domini m°. ccc°. xvi°.

¶ Demum Predictus Johannes, cum exconmunicacionis sentenciam pro contumacia in causa fidei per tres annos sustinuisset & adhuc sustineret animo pertinaci, fuit citatus canonice cum edictis publicis, ut personaliter & peremptorie conpareret Tholose coram inquisitore super eo quod exconmunicacionis sentenciam pro contumacia in causa fidei per plures annos sustinuerat animo pertinaci in proximo tunc inminenti generali sermone inquisitorum diffinitivam sentenciam auditurus sub anno Domini m°. ccc°. xix°. mense Septembr.

Petrona uxor Petri Raymundi dominici de borno suspecta diffamata & acusata de heresi dudum fuit confessa in judicio se in heresi conmisisse, xv°. Kalendas Marcii, anno Domini m°. ccc°. x°. & prestito juramento de parendo mandatis ecclesie & inquisitorum nec non ab ipsa omni heresi in judicio abjurata postmodum aufugit cum viro suo pro heresi fugitivo, fuitque citata postmodum canonice cum publicis edictis ut personaliter & peremptorie conpareret responsura de hiis que conmisit in facto heresis contra fidem & in causa fidei plenariam veritatem in festo beate Margarite, anno Domini m°. ccc°. xv°. qua die minime conparuit parere subterfugiens in causa fidei & contumaciter se absentans. Unde tanquam contumax in causa fidei & pro heresi fugitiva fuit exconmunicacionis vinculo innodata in festo sanctorum Cosme & Damiani, anno Domini m°. ccc°. xv°. ejusque exconmunicacio fuit consequenter in ecclesia publicata diebus dominicis & festivis.

¶ Predicta Petrona cum exconmunicacionis sentenciam pro contumacia in causa fidei per annos fere iiii^or sustinuisset & adhuc sustineat animo pertinaci, fuit postmodum citata canonice cum edictis publicis ut personaliter & peremptorie conpa-

pareret coram inquiſitore Tholoſe ſuper conmiſſis per eam in hereſi penitenciam receptura, nec non ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam pro contumacia in cauſa fidei per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci, in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſentenciam auditura, anno Domini M°. CCC°. XIX°. menſe Septembris.

Raymundus bertrici filius quondam Guilielmi bertrici de rabinia prope montem clarum dyoceſis caturcenſis, acuſatus de facto hereſis & vehementer ſuſpectus, nec non per confeſſionem propriam factam in judicio deprehenſus lapſus fuiſſe in hereſim pariter & relapſus cum detineretur in muro inquiſitorum Tholoſe ut pro conmiſſis in hereſi penam & penitenciam reciperet tempore opportuno de dicto muro aufugit de nocte latenter, VIII°. Kalendas Mayi, anno Domini M°. CCC°. X°. Fuitque poſtmodum citatus canonice cum edictis publicis ut peremptorie & perſonaliter conpareret de fuga & de conmiſſis per eum in hereſi penitenciam debitam recepturus, nec non reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem inveniebatur in crimine hereſis conmiſiſſe, de ſe & de aliis dicturus plenariam veritatem, V°. ydus April. anno Domini M°. CCC°. XI°. qua die non conparuit. Fuitque iterato ad ejus convincendam maliciam citatus canonice in proprio domicilio & in eccleſia cum bannis & edictis publicis ut perſonaliter & peremptorie conpareret in feſto beate M^e. Magdalene ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. nec conparuit in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, unde fuit poſtmodum ejus exigente contumacia in cauſa fidei tanquam contumax & pro hereſi fugitivus exconmunicacionis vinculo innodatus in feſto ſanctorum martirum Coſme & Damiani ſub anno Domini M°. CCC°. XV°. fuitque conſequenter ejus exconmunicacio in eccleſia publicata 128.
diebus dominicis & feſtivis.

¶ Predictus Raymundus, cum exconmunicacionis ſentenciam pro contumacia in cauſa fidei ſuſtinuiſſet per annos fere quatuor animo pertinaci, fuit citatus poſtmodum canonice cum bannis & edictis publicis, ut perſonaliter peremptorie conpareret Tholoſe coram inquiſitore ſuper predictis culpis & precipue ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam per plures annos ſuſtinuit animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſentenciam auditurus ſub anno Domini M°. CCC°. XIX°. menſe Septembris.

Sentencia fugitivorum pro hereſi.

IN nomine Domini amen. Nos prefati inquiſitores heretice pravitatis & conmiſſarii delegati reverendorum in Chriſto patrum, domini archiepiſcopi Tholoſani, & Caturcenſis & ſancti papuli & montis albani epiſcoporum, quantum ad perſonas & de perſonis nobis ſubditis infraſcriptis. Quoniam per proceſſus factos & per acta publica inquiſicionis que fit generaliter contra omnes infectos heretica pravitate legitime nobis conſtat, quod Vitalis Audoyni filius naturalis Bernardi Audoyni heretici de monte acuto, Item Eſpanhol fabri filius quondam Bernardi fabri de borno habitator de Vaqueriis, Item Petrus borreli filius quondam Sancii borrelli de bolhaco, predicti tres de dyoceſi Tholoſana; Item Guilielmus falqueti de Verduneto, Item Bernardus fabri, & Poncius fabri fratres, & filii quondam Guilielmi fabri de Verduneto prope ſaxiacum, Item Bertrandus ſartor frater Petri Raymundi heretici de ſancto papulo, predicti quatuor de dyoceſi ſancti papuli; Item Bernardus & Guilielmus Aliguerii fratres & filii quondam Guilielmi aliguerii de Mirapiſce ſupra tarnum, Item Arnaldus Yſarni filius Geraldi Yſarni de villa muro, Item Petrus Ivernati filius quondam Poncii Ivernati habitator de borno, Item Johannes fabri eſpanhol filius quondam Bernardi fabri eſpanhol de borno, Item Petrona uxor Petri Raymundi dominici de borno, predicti ſex de dyoceſi montis Albani; Item Raymundus bertrici filius quondam Guilielmi bertrici de Rabinia prope montem clarum dyoceſis Caturcenſis, predicti omnes & ſinguli dudum diffamati

ac vehementer ſuſpecti de hereſi; nec non prenominati Eſpanhol fabri, Guilielmus falqueti, Bernardus & Guilielmus Aliguerii, Arnaldus Yſarni, Petrus Ivernati, Petrona uxor Petri Raymundi Dominici ſuperius nominati per confeſſiones proprias olim factas in judicio fuerint in hereſi deprehenſi, & Raymundus bertrici prenominatus per confeſſionem propriam factam in judicio deprehenſus fuerit lapſus in hereſim pariter & relapſus citati poſtmodum canonice cum edictis publicis datis ſibi conpetentibus dilacionibus & intervallis, ut certis diebus & loco perſonaliter & peremptorie conparerent, reſponſuri de fide & de hiis qui inveniebantur ac ſuſpecti merito habebantur contra fidem in crimine hereſis conmiſiſſe, dicturi de ſe & de aliis plenariam veritatem minime conparuerunt, ſet ſe contumaciter abſentarunt. Fueruntque tanquam contumaces in cauſa fidei & pro hereſi fugitivi exconmunicacionis vinculo innodati, quam exconmunicacionem per plures annos ſuſtinuerunt & adhuc ſuſtinent animis pertinaciter induratis. Demum vero fuerunt citati canonice & peremptorie cum edictis publicis propoſitis tam in domiciliis quam in eccleſiis parochialibus eorundem ut perſonaliter & peremptorie conparerent, ſuper predictis
128.b. fuga & contumacia in cauſa fidei nec non ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam pro dicta fuga & contumacia per plures annos ſuſtinuerunt & adhuc ſuſtinent animo pertinaci diffinitivam ſentenciam audituri. Idcirco nos prefati inquiſitores & conmiſſarii delegati attendentes quod contumacia in cauſa preſertim fidei ſuſpicioni preſumpcionem adicit vehementem, ſedentes pro tribunali ſacroſanctis euangeliis Jeſu Chriſti poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, in hac die & loco ſingulis predictorum ad diffinitivam ſentenciam audiendam peremptorie aſſignatis, predictos omnes & ſingulos ſuperius nominatos prout nobis ſubditi ſunt quamvis abſentes per contumaciam eorum abſenciam divina ſupplente preſencia velut hereticos in hiis ſcriptis preſentibus pronunciamus & declaramus & ſentencialiter condempnamus. Decernentes eosdem & ſingulos haberi pro hereticis, & velut hereticos ab omnibus Chriſti fidelibus ſub penis canonicis evitari. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Ego verò Guilielmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis requiſitus à religioſo viro fratre B. Guidonis inquiſitore Tholoſano predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

¶ *Forma ſentencie duorum Valdenſium.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Nos prefati inquiſitores heretice pravitatis & conmiſſarii delegati venerabilum virorum vicariorum generalium & capituli eccleſie auxitane ſede vacante, Quoniam evidenter & legitime nobis conſtat tam per inquiſicionem que fit generaliter contra omnes infectos de heretica pravitate & per acta publica & proceſſus inquiſicionis ejusdem quam per reſponſiones & aſſerciones tuas ac per confeſſionem propriam factam in judicio, Quod tu Johannes Chauoat filius quondam Petri Chauoat qui fuiſti oriundus de villa que vocatur Mulſia prope Urgeletum dyoceſis biſuntine, & conſueviſti morari apud Viennam in dyoceſi auxitana dudum captus fuiſti & deprehenſus es in judicio eſſe de ſecta & hereſi illorum qui dicuntur Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno, quam ſectam & hereſim ſancta Romana eccleſia à longis retro annis tanquam hereticam condempnavit ejusque ſectatores & profeſſores tanquam hereticos perſequitur & condempnat, quam ſectam à novem retro annis tenere & ſervare cepiſti participando & conmunicando cum Valdenſibus ſciens ipſos eſſe tales comedendo & bibendo ac ſecundum ritum eorum cum eis orando flexis genibus inclinatus, verba & predica-

cio-

cionem eorum quam ſuis credentibus faciunt in conventiculis audiendo, & in domo tua eos receptando, nec non peccata tua eis aliquociens confitendo & abſolucionem ac penitenciam quam melioramentum vocant recipiendo ſuppliciter ab eisdem, & captus ab inicio requiſitus in judicio noluiſti jurare, dictam ſectam & hereſim noluiſti ſet recuſaſti pluries abjurare, aſſerendo te credere illam eſſe bonam & ſectatores ejus eſſe bonos, & in ea poſſe ſalvari. Tandemque quamvis ficte & fallaciter dixiſti ore ſet non ex corde te ab ea velle recedere eamque abjurare, & verbo ſet non ex animo eandem in judicio abjuraſti, ſicut de fictione & fallacia ac dupplicitate cordis tui legitime conſtat per ea que tu plane & plene poſtmodum recognoviſti & aſſeruiſti & confeſſus fuiſti in judicio conſtitutus. 129.
Demum vero tuam perfidiam manifeſtans poſt abjuratam à te in judicio quamvis ficte dictam ſectam & hereſim requiſitus ſepius in judicio ut jurares de veritate dicenda jurare penitus recuſaſti & adhuc recuſas animo pertinaci, erroresque & hereſes dicte ſecte ſicut prius & multo evidencius approbas & conmendas, & ſectatores ejusdem aſſeris eſſe bonos & juſtos. Illos vero qui perſecuntur eosdem, ſcilicet prelatos Romane eccleſie & inquiſitores heretice pravitatis dicis & aſſeris injuſte agere & inique capiendo & detinendo eosdem & nolentes ſectam illam deſerere relinquendo judicio ſeculari. ¶ Prefate ſiquidem ſecte & hereſis Valdenſium devii ſectatores & prophani profeſſores tenent & dogmatizant ſe non eſſe ſubjectos domino pape ſeu Romano pontifici nec aliis prelatis Romane eccleſie quia eos injuſte perſequitur & condempnat. ¶ Item aſſeverant ſe non poſſe exconmunicari ab eisdem Romano pontifice & prelatis, nec eſſe obediendum alicui ex eisdem precipienti ſeu mandanti ſectatoribus & profeſſoribus dicte ſecte quod ipſam deſerant & abjurent quanquam per Romanam eccleſiam velut heretica ſit dampnata. ¶ Item predicta ſecta & hereſis & ſectatores ac profeſſores ejusdem tenent & dogmatiſant, quod omne juramentum ſine exceptione & expoſicione aliqua eſt à Deo prohibitum & illicitum & peccatum, & hoc ipſum ex ore tuo audivimus te ſic credere & tenere, verba ſancti euangelii & ſancti Jacobi apoſtoli de non jurando ad hoc quamvis intellectu tam inſano quam devio applicando. Cum tamen ſecundum ſanam doctrinam ſanctorum & doctorum eccleſie & tradicionem ejusdem ſancte eccleſie catholice non ſolum pro veritate aſſerenda in judicio licite & ex debito ſit jurandum, verum etiam ex ſtatuto contra prefatum errorem jam dudum edito, ſiqui ex eis juracionem ſuperſticione dampnabili reſpuentes jurare noluerint ex hoc ipſo heretici judicentur, & penis promulgatis à canone percellantur. ¶ Item tu ipſe multociens & coram multis à nobis in judicio canonice requiſitus quod jurares de veritate dicenda jurare noluiſti ſet penitus recuſaſti & adhuc recuſas aſſerens te credere Jurare omnino à Deo eſſe prohibitum & illicitum & peccatum. ¶ Item ex eodem fonte erroris & devii intellectus predicta ſecta & hereſis aſſerit omne judicium eſſe à Deo prohibitum & per conſequens eſſe peccatum & contra Dei prohibicionem exiſtere quod judex aliquis in quocunque caſu & ex quacunque cauſa hominem judicet ad ſupplicium corporis aut penam ſanguinis ſeu ad mortem, Verba ſancti euangelii ubi ſcribitur, Nolite judicare & non judicabimini, Item non occides & ſimilia ſine expoſicione debita ad hoc applicans, non intelligens nec recipiens ſicut ſancta Romana eccleſia ea ſane intelligit & tradit fidelibus ſecundum doctrinam patrum & doctorum & canonicas ſancciones, quas ſiquidem ſancciones dicta ſecta devians à recta ſemita nec recipit nec valere reputat, ſed ſpernit reſpuit & contempnit. ¶ Item circa ſacramentum vere penitencie & claves eccleſie perniciosius oberrantes, dicunt tenent & docent ſe habere poteſtatem à Deo ſicut apoſtoli habuerunt audiendi confeſſiones peccatorum ſibi volencium confiteri & abſolvendi, & penitencias injungendi, & confeſſiones talium audiunt, & injungunt ſibi confitentibus penitencias pro peccatis quamvis non ſint clerici nec ſacerdotes per aliquem epiſcopum Romane eccleſie ordinati, ſet ſunt layci ſimpliciter, talemque poteſtatem non confitentur ſe habere à Romana eccleſia, ſet pocius 129.b
diffitentur, & revera à Deo nec ab ejus eccleſia ipſam habent cum ſint extra eccleſiam & ab ipſa eccleſia jam preciſi, extra quam non eſt vera penitencia neque ſa-

lus.

lus. ¶ Item tu ipſe in judicio es confeſſus, te dudum confeſſum fuiſſe peccata tua quatuor Valdenſibus cuilibet ſingillatim videlicet Johanni Moran & Petro de Cernone & Johanni brayſſan & Stephano porcherii, & recepiſſe penitenciam ab eisdem, quos noveras eſſe Valdenſes, ſciebas non eſſe ſacerdotes per aliquem epiſcopum Romane eccleſie ordinatos. ¶ Item predicta ſecta & hereſis Valdenſium indulgencias que fiunt per prelatos eccleſie irridendo aſſerit non valere. ¶ Item negat eſſe poſt hanc vitam purgatorium animarum & conſequenter oraciones & helemoſinas ac miſſarum celebraciones & alia ſuffragia pietatis que fiunt à fidelibus pro defunctis ipſis aſſerit non prodeſſe. ¶ Item prelatis Romane eccleſie detrahentes ſtatum eorum reprobant & condempnant dicentes eos eſſe cecos & duces cecorum & non ſervare euangelii veritatem nec ſequi apoſtolicam paupertatem. ¶ Ipſamque Romanam eccleſiam domum eſſe mendacii mordaciter menciuntur. ¶ Item ſe ipſos vite & perfectionis apoſtolice conparantes & meritis coequantes in ſe ipſis inaniter gloriantur, jactantes ſe tenere & ſervare euangelicam & apoſtolicam paupertatem. ¶ Item hec & nonnulla alia tam erronea quam inſana credentibus ſuis clamculo in ſuis conventiculis dogmatizant. ¶ Item predicant de euangeliis & epiſtolis aliis que ſacris ſcripturis quas exponendo corrumpunt tanquam magiſtri erroris qui non noverunt eſſe diſcipuli veritatis, cum predicacio & ſacre ſcripture expoſicio ſit penitus laycis interdicta. ¶ Item dicta ſecta Valdenſium in nonnullis aliis à conmuni converſacione fidelium vita & moribus diſſidet & diſcordat, ſicut per inquiſicionem & examinacionem tam ipſorum Valdenſium quam credencium eorundem & precipue per confeſſiones illorum qui ab illa ſecta & hereſi convertuntur inquiſitoribus conpertum eſt & apertum. ¶ Dictam vero ſectam & hereſim Valdenſium tu Johannes coram nobis in judicio & alibi approbaſti ſepius & laudaſti, & adhuc approbas & conmendas, nec ab ea vis recedere nec eam abjurare & deſerere, ſet pocius perſeveras in ea animo pertinaci, quamvis à nobis & multis aliis bonis viris ad converſionem ſepius fueris invitatus, nec non per nos canonice monitus & judicialiter fueris requiſitus ut ab ea corde & opere reſilires & ore & animo penitus abjurares.

Item quoniam evidenter & legitime nobis conſtat tam per acta publica & proceſſus inquiſicionis quam per confeſſiones tuas in judicio dudum factas, Quod tu Perrine de Vincendat filius quondam Poncii de Vincendat, qui fuiſti oriundus de Crancero dyoceſis biſuntine, & conſueviſti morari in loco qui vocatur lo forc de pauſadier in bavilia de marciaco dyoceſis auxitane, dudum confeſſus fuiſti coram fratre Guidone de Remis inquiſitore heretice pravitatis in burgundia te in facto & crimine ſecte Valdenſium conmiſiſſe, & coram eodem inquiſitore promiſiſti preſtito juramento quod nunquam redires ad dictum crimen, & quod nunquam participares cum Valdenſibus, & ſic ab eodem inquiſitore fuiſti ab illis que in dicto crimine conmiſeras & de quibus confeſſus fueras abſolutus. ¶ Poſtmodum vero tanquam canis reverſus ad vomitum culpis veteribus novas addere non verendo in abjuratam à te prius in judicio ſectam & hereſim Valdenſium multipliciter es relapſus cum Valdenſibus hereticis pluribus participando comedendo & bibendo, verba moniciones ſeu exhortaciones ac predicaciones quas ſuis credentibus faciunt in conventiculis audiendo, & ſecundum modum & ritum ipſorum flexis genibus inclinatus cum eiſdem
130. orando. Item peccata tua aliquibus Valdenſium ſingillatim cuilibet confitendo & recipiendo abſolucionem & penitenciam ab eisdem, ſectamque illam Valdenſium à te prius abjuratam bonam eſſe credendo & in tali credencia per plures annos perſeverando. ¶ Item poſtquam de predictis confeſſus fuiſti in judicio coram inquiſitore Tholoſano & coram ipſo in judicio iterato quod fuit ſecundo dictam ſectam & hereſim in judicio abjuraſti, ex tunc tu exiſtens in muro recepiſti quoddam ſupertunicale & aliquantam pecuniam per quandam perſonam que tibi tradidit dicens quod Hugoninus pifaudi Valdenſis quem tu prius noveras & talem eſſe credebas mittebat predicta cuidam alteri in muro exiſtenti qui fuerat perfectus Valdenſis, & dictum ſupertunicale & pecuniam tradidiſti illi cui mittebatur à predicto Valdenſi, nec inquiſitori nec ejus locum tenenti aliquid revelaſti nec alicui alteri per quem poſſet ad

in-

quiſitori vel ejus locum tenenti aliquid revelaſti nec alicui alteri per quem poſſet ad inquiſitoris vel ejus locum tenentis noticiam devenire, ut perſona que apportaverat caperetur & predictus Valdenſis quereretur & ſi poſſet fieri caperetur. ¶ Demum vero tuam perfidiam & credentiam perfidam evidencius manifeſtans in judicio conſtitutus de veritate dicenda ſuper facto & crimine hereſis Valdenſium de te & de aliis jurare pluries & canonice requiſitus recuſaſti dicens quod jurare erat peccatum, & ſi jurares crederes te peccare, & quod credebas te dudum peccaſſe quando alias juraveras in judicio coram ipſo, nec jurare voluiſti ſet pertinaciter recuſaſti, quod non eſt dubium te ex aprobati à te prius erroris ſecte Valdenſium que jurare omnino recuſat conſequencia id feciſſe, nec etiam prefixo tibi termino peremptorio per eundem inquiſitorem ut à dicto errore recederes & acquieſceres jurare in judicio infra terminum dierum tibi prefixum noluiſti à dicto errore reſilire nec jurare in judicio pluries & canonice requiſitus, verum etiam per eumdem inquiſitorem examinatus & requiſitus ſi credebas Valdenſes eſſe bonos homines & habere & tenere bonam fidem & bonam ſectam, Item ſi credebas quod Romana eccleſia peccaret perſequendo & condempnando Valdenſes, Item ſi credebas quod illi de eccleſia Romana haberent & tenerent rectam fidem, Item ſi credebas quod confeſſio peccatorum facta Valdenſibus & ſuſcepta penitencia ab eisdem proficeret confitentibus ad ſalutem, Item ſi credebas eſſe poſt hanc vitam purgatorium animarum, noluiſti eidem inquiſitori de predictis requiſitus in judicio reſpondere, nec tunc nec poſt dies aliquos reexaminatus & iterum ſepius requiſitus, de & ſuper predictis ut reſponderes ſub pena exconmunicacionis late in te & contra te canonice & in ſcriptis, niſi infra ſequentem tunc diem craſtinam reſpondiſſes, quod facere penitus recuſaſti, ex quo ipſo facto exconmunicacionis ſentenciam incurriſti quam adhuc ſuſtines animo pertinaci, nec à predicto errore voluiſti reſilire, ſet in eo perſeveras animo indurato, exconmunicacionis ſentenciam in te & contra te latam more Valdenſium deſpiciens & contempnens. Idcirco quia tu Johannes Chauvat & tu Perrine de Vincendat, poſtquam dictam ſectam & hereſim in judicio abjuraſtis, ex tunc deprehenſi eſtis in eamdem fore relapſi eandem & ſectatores ejus approbando & ex conſequencia approbati à vobis prius erroris jurare in judicio penitus recuſando. Item quia non vultis à ſecta & hereſi ſupradicta converti nec reverti ad eccleſiaſticam unitatem quamvis diucius expectati & ſepius invitati & canonice requiſiti, ſet perſeveratis in veſtra perfidia animis induratis, Nos prefati inquiſitores & conmiſſarii delegati habito conſilio plurium ſapientum & peritorum in jure canonico & civili ac religioſorum virorum, ne ſicut ovis morbida dominici gregis inficiatis ulterius oves ſanas, vos ambos prefatos Johannem & Perrinum preſentes in judicio coram nobis hac die & loco ad audiendum diffinitivam ſenteniam peremptorie aſſignatis Deum habentes pre oculis & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſenteniam in hiis ſcriptis preſentibus vos & veſtrum quemlibet eſſe relapſos in ſectam & hereſim Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno à vobis prius in judicio abjuratam, nec non eſſe hereticos de predicta ſecta & hereſi Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno a vobis prius in judicio abjuratam nec non eſſe hereticos de predicta ſecta & hereſi Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno, declaramus & pronunciamus, & tanquam relapſos in hereſim à vobis prius in judicio abjuratam nec non tanquam inpenitentes & obſtinatos hereticos relinquimus curie ſeculari, eandem affectuoſe rogantes prout ſuadent canonice ſancciones ut vobis vitam & membra illibata conſervet. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra. 130.b

(LS) *Ego vero Guilielmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis requiſitus à religioſo viro fratre Bernardo Guidonis inquiſitore Tholoſano, predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

¶ *Et ego Jacobus Marqueſii notarius inquiſicionis qui preſens interfui & recepi & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Sentencia confeſſi prius de hereſi legitime in judicio & poſtea revocantis & & nichilominus convicti teſtibus, ſe nolentis defendere aut purgare.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Nos prefati inquiſitores heretice pravitatis & conmiſſarius delegatus reverendi in Chriſto patris domini Beraldi Dei gracia epiſcopi Albienſis, Quoniam tam per confeſſionem Guilielmi Cavalerii de Cordua factam in judicio, v°. ydus April. anno Domini M°. CCC°. I°. quam per teſtes juratos in inquiſicione que fit generaliter contra omnes infectos labe heretica in judicio receptos, quam etiam per acta & proceſſus inquiſicionis ejusdem legitime nobis conſtat quod idem Guilielmus Cavalerii dudum confeſſus fuit in judicio quod ipſe vidit & viſitavit in domo ſeu hoſpicio cujusdam perſone, quam in confeſſione ſua nominat, Raymundum del boc hereticum & ſocium ejus cohereticum, ipſosque adoravit more hereticali dicendo benedicite coram ipſis, & vidit ibidem ab aliis tribus perſonis quas nominat ſimiliter adorari. ¶ Item quod interfuit hereticacioni cujusdam perſone, quam nominat, in illa infirmitate de qua obiit, quam hereticavit & ad ſectam & ordinem hereticorum recepit Bernardus de Goch hereticus cum ſocio ſuo coheretico preſente ipſo Guilielmo cum aliis quinque perſonis quas
133. nominat, & facta hereticacione predicta ipſe Guilielmus & omnes alii aſſiſtentes adoraverunt predictos hereticos more hereticali dicendo benedicite coram ipſis. ¶ Item interfuit hereticacioni cujusdam hominis alterius, quem in confeſſione ſua nominat, in illa infirmitate de qua obiit, quem hereticavit & in ſectam & ordinem hereticorum recepit ſecundum modum & ritum ipſorum predictus Bernardus de Goch hereticus cum ſocio ſuo coheretico, preſente dicto Guilielmo & XII. perſonis aliis quas in confeſſione ſua nominat, & facta hereticacione predicta ipſe Guilielmus & omnes alie perſone ibidem preſentes adoraverunt predictum hereticum more hereticali dicendo benedicite coram ipſo. ¶ Item quadam vice fuit invitatus per quandam perſonam quam nominat, quod iret ad videndum Raymundum del boc & ſocium ejus hereticos qui tunc erant in domo cujusdam quem nominat, ſet ire non potuit propter hoſpites quos habebat. ¶ Item credidit hereticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem, & quod homo poſſet ſalvari in fide illorum, & fuit in illa credencia per tres annos vel circa. ¶ Predicta conmiſit à XV. & à quatuor annis citra antequam confiteretur judicialiter de eisdem. ¶ Predicta vero confeſſus fuit in judicio coram inquiſitore & notario & religioſis teſtibus conſtitutus, non exiſtens in queſtionibus ſeu tormentis, ſet ab ipſis tam loco quam miniſtris quam etiam tempore poſt tres videlicet dies penitus elongatus, & in illis aſſidue perſeverans, elapſis poſtmodum quinque ſeptimanis eadem ſicut per notarium ſcripta fuerant & recepta fuerunt ſibi lecta & recitata intelligibiliter in vulgari in judicio conſtituto in preſencia & teſtimonio ſollempnium perſonarum, & tunc omnia approbavit confirmavit ac de novo depoſuit aſſerens eſſe vera, nec ſe fuiſſe informatum ad confitendum predicta vel ad deponendum aliquid contra perſonam aliquam ſingularem. ¶ Item in predictis ſic confeſſatis poſtmodum perſeveravit multo tempore, donec contra felicis recordacionis dominum B. de Caſtaneto tunc epiſcopum albienſem poſtmodum vero Anicienſem & portuenſem epiſcopum cardinalem & contra inquiſitores heretice pravitatis per hereticales fuit ſuſcitata turbacio & gravis conmocio excitata, & ex tunc dictus Guilielmus ſicut & alii nonnulli cepit ab hiis que confeſſus fuerat reſilire, & confeſſata variare ac negare ſe fuiſſe confeſſum aliquid de hereſi niſi per violenciam tormentorum preter factum hereticacionis cujusdam perſone, quod etiam aſſeruit & nunc aſſerit eſſe falſum, quamvis de dicto facto conteſtem habeat ſecum concorditer deponentem de perſona hereticata, de hereticacione heretico & perſonis preſentibus

tibus & de hora & loco & de tempore ſeu annis. ¶ Item convincitur per duos teſtes quod Raymundum del boc hereticum & ſocium ejus viderit & eos adoraverit more hereticali dicendo benedicite coram eis. ¶ Item per quosdam alios teſtes quamvis ſingulares deponitur contra eundem de aliquibus factis hereticalibus tum iterabilibus, ſuper quibus & ex quibus ſuſpectus redditur de facto hereſis & notatus. Et publicatis ſibi & lectis intelligibiliter & in vulgari depoſicionibus contra ipſum ac nominibus teſtium deponencium expreſſatis, monitus & requiſitus canonice & peremptorie ut confiteretur ſuper illis & aliis quecunque ſciret de facto hereſis veritatem, aut ſe defenderet vel purgaret in judicio de eisdem ſi poterat & volebat, oblata ſibi ſepius facultate & copia defendendi confiteri noluit, & ſe aliter purgare aut defendere recuſavit. Idcirco nos prefati inquiſitores & conmiſſarius delegatus hac die preſenti dicto Guilielmo Cavalerii ad audiendam diffinitivam ſentenciam peremptorie aſſignata, tam ſuper confeſſatis legitime in judicio per eumdem quamvis ab eodem poſtmodum ſicut premittitur variatis ac negatis nulla tamen cauſa racionabili allegata, 131.b. quam ſuper probatis aut depoſitis de facto ſeu de crimine hereſis contra ipſum de quibus confiteri noluit & ſe purgare aut defendere recuſavit, conmunicato bonorum virorum peritorum in utroque jure ac prelatorum & religioſorum conſilio, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali predictum Guilielmum Cavalerii confeſſata legitime in judicio per eundem de crimine hereſis negantem ac variantem & penitus revocantem, nec non de conmiſſis per eundem in dicto crimine de quibus convincitur, & de aliis de quibus vehementer ſuſpectus redditur & haberur requiſitus & monitus canonice in judicio confiteri nolentem, & ſe purgare de eisdem aut defendere recuſantem tanquam convictum de crimine hereſis per confeſſionem propriam ac per teſtes, nec non ex eo quod negat & revocat à ſeipſo in judicio legitime confeſſata, impenitentem de dicto crimine & velut hereticum per diffinitivam ſentenciam in hiis ſcriptis preſentibus declaramus pronunciamus & ſentencialiter condempnamus & tanquam talem relinquimus curie ſeculari. Salvo & retento quod infra xv. dierum ſpacium, quorum primos quinque pro primo termino, alios vero quinque pro ſecundo, reſiduos autem quinque pro tercio & ultimo termino peremptorio eidem aſſignamus confeſſata per eundem in judicio & ea que contra ipſum de facto hereſis ſunt probata recognoverit, & tam de ſe quam de aliis de facto hereſis confeſſus fuerit in judicio veritatem & promiſerit ſe velle agere penitenciam de premiſſis, & de corde bono ac fide non ficta redierit ad eccleſiaſticam unitatem, & omnem hereſim abjuraverit in judicio, juraveritque ſuper premiſſis mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter obedire abſolucionis beneficio ei tunc inpenſo à nobis vel ab exconmunicacione qua pro dictis culpis nunc tenetur aſtrictus ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis ſedentes pro tribunali de conſilio bonorum virorum peritorum in utroque jure & prelatorum ac religioſorum ipſum ex tunc ad perpetuum muri carcerem in hiis preſentibus ſcriptis ſentencialiter condempnamus in quo penitenciam faciat ſalutarem. Precipientes eidem Guilielmo ſub virtute tunc ab eo preſtiti juramenti quod ſine omni dilacione ad murum inquiſitorum Tholoſe perſonis culpabilibus de crimine hereſis deputatum ſe transferat & ibidem perſonaliter ſe includat: quod ſi hoc mandatum noſtrum contempſerit adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temerarie poſt ingreſſum abſque noſtra ſeu noſtrorum in hoc officio ſucceſſorum voluntate aut licencia exeundo, aut alias contra premiſſa & jurata vel abjurata per eundem quocunque tempore veniendo per hoc converſionem ſuam fictam ac inpenitenciam oſtendendo, ipſum ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc tanquam perjurum & inpenitentem culpisque aſtrictum prioribus, nec non omnes qui ſcientes ipſum eſſe talem receptaverint aut defenderint aut eidem conſilium vel auxilium inpenderint vel favorem in hiis ſcriptis exconmunicacionis vinculo innodamus, decernentes abſolucionis beneficium ei inpenſum ulterius non prodeſſe. Retinemus autem in predicto caſu nobis & noſtris in hoc officio ſucceſſoribus plenam & liberam poteſtatem addendi diminuendi agravandi mitigandi conmutan-

di vel etiam remittendi predictam penitenciam ſive penam. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra.

(LS) *Ego vero Guilielmus Juliani clericus lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & juratus officii inquiſicionis, requiſitus à religioſo viro fratre B. Guidonis inquiſitore Tholoſe, predictis omnibus una cum predictis teſtibus preſens interfui & recepi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus.*

132. ¶ *Et ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio dyoceſis Caſtrenſis canonicusque ſancti felicis, nec non & notarius inquiſicionis in omnibus precedentibus penitenciis datis & ſentenciis latis & graciis factis & aliis actis in preſenti ſermone preſens interfui & recepi, & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſignavi.* (LS)

Sentencia lata contra fratrem B. delicioſi ordinis Minorum.

In nomine Domini amen. Dudum ad ſanctiſſimi patris & domini noſtri Johannis divina providencia pape XXII. fama vel infamia verius publica deduxit auditum, quod frater B. delicioſi ordinis minorum in profunda malorum opera obſtinans vota ſua in mortem felicis recordationis, domini benedicti pape XI. conſpirando operam dederat, ut idem dominus benedictus veneni poculo necaretur, Quodque molitus fuerat cum quibuſdam hominibus carcaſſone & ſindicis Albie, & caſtri de Cordua albienſis dyoceſis quod à fidelitate clare memorie domini Philippi regis Francie recedentes civitatem & burgum Carcaſſem ac civitatem etiam albienſem & caſtrum predictum cuidam potenti traderent ipſum ſibi in dominum aſſumendo, & quod idem frater B. contra inquiſitores & officium inquiſicionis heretice pravitatis, ac ordinem fratrum predicatorum per ſuas ſubdolas predicaciones & alia multa mala infraſcriptis contenta litteris fecerat, hereticis ſeu credentibus & receptatoribus eorundem prebendo auxilium conſilium & favorem, pluraque alia deteſtabilia conmiſerat que non poſſent abſque diffuſa narracionis ſerie recitari, propter quod idem dominus papa ſuper predictis omnibus & multis aliis articulis, tam ſub bulla ſua quam etiam ſub ſigillis diverſorum judicum ſuper eisdem articulis jam dudum in Romana curia deputatorum per eum transmiſſis venerabili patri domino Johanni archiepiſcopo Tholoſano & nobis Jacobo Appamienſi & Raymundo ſancti papuli miſeracione divina epiſcopis per ſuas litteras cum illa clauſula quatuor vos aut duo veſtrum, &c. inquiſicionem contra eundem fratrem B. Tholoſe vel alibi ubi nobis magis videretur expediens ſummarie ac de plano ſine ſtrepitu & figura judicii faciendam conmiſit, volens ac mandans expreſſe quod ſi per inquiſitionem jam tunc factam in curia aut per nos etiam faciendam nobis conſtaret legitime de predictis aut eorum aliquibus ad penam debitam & degradationem & aliam etiam graviorem ſi hoc exigeret enormitas delictorum nullis etiam aliis epiſcopis vel prelatis ſi comode haberi non poſſint vocatis contra eundem fratrem B. procedere curaremus ſecundum canonicas ſanctiones. Nobis igitur cum prefato domino archiepiſcopo previo ſuper hoc ad caſtrum novum de Arrio dyoceſis ſancti papuli convenientibus & dictis apoſtolicis literis articulis etiam & proceſſibus factis judicaturis ſuper eis reverenter ut decuit ibidem receptis ac ſibi & nobis ex parte dicti domini pape, ut per eum mandatum fuerat, dicto fratre B. perſonaliter tradito, & per eum in judicio coram eodem domino archiepiſcopo, & nobis recognitis literis ſigillis & proceſſibus ſupradictis, ipſo domino archiepiſcopo, ut nobis ſe ſuper hoc excuſando aſſeruit hujusmodi inquiſitionis negocio ulterius intendere non valente, quia plura & graviora etiam de premiſſis Carcaſſone dicebantur fuiſſe conmiſſa propter quod credebatur veriſimiliter quod eorundem veritas poſſet ibi celerius ac comodius inveniri, Nos illuc perſonaliter propter hoc venientes ad dictam inquiſitionem proceſſimus & dicto fratri B. coram no-

132. b. bis ibidem in judicio conſtituto de plena & mera in toto hujusmodi negocio veritate dicenda & de calumpnia etiam juramentis ab ipſo preſtitis & à nobis receptis

mul-

multis quoque interrogationibus ſibi per nos ac reſponſionibus & confeſſionibus plurimis factis ab ipſo teſtibusque contra eum receptis & etiam publicatis ac deffenſionibus ſuis coram nobis propoſitis & exhibitis ſive datis in ſcriptis ipſe demum in toto hujusmodi negocio concluſit nobiscum. Nosque habuimus pro concluſo, prout hec omnia in proceſſibus noſtris ſuper hiis habitis & actis inde confectis plenius & ſerioſius continentur. Ceterum venerabilibus patribus dominis Deodato caſtrenſi & Bertholo electenſi epiſcopis, multisque aliis magnis viris & in jure peritis ad noſtram propter hoc preſenciam evocatis toto ejuſdem inquiſitionis proceſſu per nos eis ſerioſe propoſito & integraliter explicato ac ipſo & ſpecialiter confeſſionibus & deffenſionibus dicti fratris B. plena frequenti & longa cum eis deliberatione diſcuſſis ac finaliter etiam qualiter pro eo & contra eundem fratrem B. deberet per nos ferri ſentencia per maturum ac concorde omnino conſilum preordinato cum ipſis. Nos diem & locum preſentes ad audiendum noſtram diffinitivam ſenteniam ſuper eodem negocio dicto fratri B. preſenti & conſencienti preciſe ac perhemptorie duximus aſſignandam, verum ex ſupradictis omnibus cum diligencia recenſitis invenimus manifeſte predictum fratrem B. de infraſcriptis criminibus & ſceleratis operibus nedum propria voce confeſſum ſet etiam de plurimis & gravioribus etiam eorundem argumentis convictum & teſtibus ſuperatum videlicet quod cum magnis pecuniarum quantitatibus per eum ſuper hec à dictis locis habitis & ultra illas etiam propter hoc libris ſuis venditis mutuisque diverſis receptis & factis tanquam principalis director Carcaſſonenſem Albienſis & Corduenſis comunitatum & conſulum querelas eorum licet non pertinentes ad ipſos multis annis perſonaliter extitit proſecutus illos etiam ſuper hoc ad invicem uniendo & alias etiam conmunitates & conſules illis uniri pro viribus procurando contra inquiſitores prefatos & bone memorie dominum B. epiſcopum albienſem ipſos eorum proceſſus atque ſentencias contra quaſdam dictarum conmunitatum ſingulares perſonas ſuper hereſi promulgatas in ſermonibus multis ac publicis in locis diverſis ac in tractatibus conſiliis & propoſitionibus ſupplicationibus & articulis in curiis etiam ſecularibus propoſitis & redditis multipliciter exagerate ac nimis diffamatorie inpugnando & libris ac proceſſibus inquiſitorum ipſorum fictiones ſuſpiciones ac falſitates etiam inponendo, captos pro hereſi & etiam de hereſi condempnatus & inmurationis & aliis penis addictos juſtificando & ipſos licet veros catholicos per tormentorum violenciam de ſe & aliis confeſſos ſuper hereſi & injuſte condempnatos fuiſſe dicendo exempla & ſimilitudines concitativas populorum contra epiſcopum & inquiſitores eosdem & pro condempnatis ac captis predictis in ſermonibus & alias proponendo ac per modos hujusmodi & alios exquiſitos prefatos conſules conmunitates & ſingulares perſonas contra epiſcopum & inquiſitores predictos graviter citando & animando etiam ut dictas viriliter proſequerentur querelas nedum res ſuas propter hoc ſet & uxores & liberos exponendo, coram rege quoque predicto & multis aliis viris ſecularibus & eccleſiaſticis conſtanter ac publice aſſeruit ſemel Tholoſe quod beati Petrus & Paulus ab hereſi deffendere ſe non poſſent ſi viverent dum tamen inquireretur cum eis per modum ab inquiſitoribus obſervatum, & alias etiam in Francia regem ipſum contra inquiſitores taliter ut aſſerit informavit, quod idem rex nedum eum ut dicet reputavit veracem, ſet dixit etiam quod inquiſitores in ejus capite ſuas prodiciones ponere nitebantur, propter quod etiam de quatuor vel quinque diebus ſequentibus illos ad ſe ingredi non permiſit. Impoſuit quoque falſo idem frater B. tam predicando quam alias Carcaſſone & alibi uni de dictis inquiſitoribus quod contra conmunitatem carcaſſonenſem ſuper negocio hereſis quoddam falſum & nimis pernicioſum confici fecerat inſtrumentum multa gravia contra conmunitatem eandem in illo contineri dicendo de quibus in ipſo mentio non fiebat, & ſic etiam licet non in ſermonibus coram Carcaſſonenſibus & aliis concludendo quenque videre quid poſſint iſti predicatores facere contra ſingulares perſonas quod contra tantam conmunitatem ſic falſum & pernicioſum confecerint inſtrumentum & cum uſque ad tempus verborum ſuorum hujusmodi inquiſitor carcaſſone ſuo libere & pacifice officio uteretur ex tunc occaſionem inſtrumen- 133.

ti hujusmodi ſic expoſiti concitata nimium & ſcandalizata conmunitate predicta non proceſſit inquiſitionis officium ſicut prius ſet fuit ex hoc multipliciter impeditum & inquiſitores & fratres predicatores facti fuerunt Carcaſſone plurimum odioſi ac nichilominus per homines Carcaſſone diruta fuerunt hoſpicia multorum ex ſuis concivibus qui in illa conſenſerant que inſtrumentum hujusmodi continebat & alia plura mala rebelliones & lites inde ſubſecuta fuerunt propter illa etiam que idem frater B. dictas proſequendo querelas fecit dictavit conſuluit, & quanquam per ſe propoſuit & interdum per alios conſuluit & ordinavit proponi mandata literatoria & ordinationes etiam à ſecularibus poteſtatibus proceſſerunt, per que inquiſitorum poteſtas ac officium & ejusdem officii exercicium reſtricta fuerunt & notabiliter impedita, & tam propter hoc quam propter alia per ipſum facta procurata & dicta memorato officio diucius impedito manente heretici qui antea de patria fugerant redierunt, & alii etiam extranei ſupervenerunt ad illam & novi multiplicati fuerunt in ea memoratis epiſcopo & inquiſitoribus nedum in ſuo ſic impeditis officio, ſet ut etiam ipſe frater fatetur tam ipſis quam ipſorum proceſſibus remanentibus injuſtificatis notatis & etiam diffamatis, & contra tam captis quam etiam condempnatis de hereſi apud multos & precipue apud conmunitates & conſules predictorum locorum juſtificatis & plurium excuſatis. Qui etiam condempnati & capti de muro Carcaſſone ipſo fratre B. conſulente ac perſuadente per ſecularem poteſtatem extracti fuerunt & extra manum inquiſitorum in ſeculari carcere poſiti & diu retenti. Ex quo etiam plura mala & magna ſcandala ſunt ſequta. Denique idem frater B. circa effrenatam proſecutionem negociorum hujusmodi crimen falſi conmiſit, nam cum conſules & conmunitas Albienſis certos conſtituiſſent ſindicos ſuper eisdem negociis proſequendo ſine dictorum conſulum & conmunitatis ſciencia ad dictamen & ordinationem ipſius
133.b. additum fuit in nota ſuper hujusmodi ſindicatu recepta & ex qua inſtrumentum poſtea factum fuit quod prefati ſindici dicta proſequendo negocia poſſent prout eis & eorum cuilibet videretur recipere mutua & pro illis ſolvendis conmunitatem *Albien*ſem & ipſius ſingulares perſonas etiam ad tenenda oſtagia obligare, quodque iidem ſindici aut eorum poteſtas non deberent per dictos conmunitatem & conſules revocari donec cauſe quas habebant cum epiſcopo & inquiſitoribus ſupradictis fuiſſent totaliter apud ſedem apoſtolicam terminate, & hoc ſe feciſſe confeſſus eſt propter dicta negocia forcius & virilius proſequenda & ne propter defectum pecunie vel aliter poſſet illorum proſecutio ante diffinitionem eorum ceſſare, licet confeſſus ſit quod inquiſitores illius temporis quo hoc & alia ſupradicta fiebant nullum malum proceſſum fecerant ſet ut dicit propter malos predeceſſorum proceſſus agebatur ad obviandum malis proceſſibus ſucceſſorum, ſane quia per vias hujusmodi ſeu devia verius ad ſuum contra inquiſitores non poterat pervenire optatum, ſicut clare confeſſus eſt, & ut tam teſtes quam negociorum textura confirmant propter inquiſitorum proceſſus & ut obviaretur & obſtaretur inquiſitorum ipſorum proceſſibus tam factis tunc quam in antea faciendis proditionem infraſcriptam tractavit & ipſius quodammodo inchoando proceſſum. Quibusdam ex Carcaſſonenſibus & Albienſibus qui dictas proſequebantur querelas & qui ſuper eisdem per dominum regem predictum optatum conſequi non ſperabant predixit quod nunquam illa negocia bonum finem haberent niſi magno aliquo ſcandalo mediante & quod nunquam per regem eundem haberent juſticiam de inquiſitionis negocio, ſet ſi credere ſibi vellent ipſe talem dominum eis procuraret qui eos bene contra inquiſitores deffenderet & juſticiam illis faceret de eisdem. Poſtque cum duobus ex eisdem proſequtoribus ordinato prius per eum de modo & ingreſſu hujusmodi proditionem tranctandi conſequenter cum aliis nunc iſtis nunc illis pluries & in diverſis locis ſet precipue in camera quam in domo Minorum Carcaſſone tenebat proditionem tractavit eandem & fieri eam conſuluit ac etiam perſuaſit, Affirmans quod ex quo ipſe rex Carcaſſonenſibus & Albienſibus ſuper factis inquiſitorum deficiebat in juſticia, ipſi poterant licite alium dominum ſibi aſſumere. Et ex quo rex ipſe unam eis fecerat transcambatam ſeu voltam quia ſcilicet non proviſerat eis circa dicta negocia ut volebant, aliam ſibi per eos fieri juſtum erat.

Fuit

Fuit autem tractatus hujusmodi multis vicibus diebus ſeptimanis & menſibus continuatus & in camera precipue ac preſencia & ſuggeſtione ac conſilio ipſius fratris B. in deliberationem & deliberatum conſenſum deductus, videlicet de burgo Carcaſſone domino quondam Ferrando de Majoricis per conſules burgi eisdem tradendo & ipſo domino Ferrando in loci ipſius dominum aſſumendo, quodque quidam qui ſe pro ſindico albienſi gerebat, & in premiſſum tractatum conſenſerat conſenſum conſulum albienſium ut idem Albie & de Albia fieret procuraret, ſet per illum conſenſu hujusmodi quod appareat non obtento dictus frater B. cum conſulibus Carcaſſone tractatum continuans dictavit & per quendam ſecum morantem clericum ſcribi fecit portandas per eum ad dictum dominum Ferrandum, ex parte ipſorum conſulum literas continentes quod iidem conſules ipſum dominum Ferrandum rogabant ut deffenſionem eorum aſſumeret cum ipſi eſſent parati eum cum gaudio recipere ac pro eo & ejus honore exponere ſe & ſua, quodque dicto fratri B. crederet ſuper hiis que ex parte ipſorum duceret exponenda. Ipſe vero frater B. cum hujusmodi literis ſub ſigillo conſulatus dicti burgi incluſis verſus dictum dominum Ferrandum acceſſit & credenciam ſibi conmiſſam eidem ut dicit propoſuit ſub hiis verbis, Sciatis domine quod Conſules burgi Carcaſſone propter turbationem inquiſitorum, quia dominus rex Francie non vult providere eis ſuper factis inquiſitorum ſecundum voluntatem eorum, vellent vos recipere in dominum & defenſorem eorum, & recipient vos ſi & quando venire volueritis, & tradent vobis burgum Carcaſſonem. Et ſuper hoc fecerunt litteras ſigillo eorum ſigillatas credencie michi conmiſſe, quas portarem vobis, ſet quia periculum eſt in literis oſtendendis, nolui eas portare vobis donec viderem & ſcirem ſuper hoc veſtram voluntatem. Dominus autem Ferrandus reſpondit quod plus credebat ſibi quam litteris & plus verbum ſuum valebat quam littere ſupradicte, quodque ipſe libenter reciperet quod ſibi offerebatur per ipſum fratrem B. & inſtitit apud eum quod hoc fieri procuraret. Predictas autem literas fregerat antea ipſe frater B. ut dicit & ſub terra etiam ſepeliverat prope locum in quo tunc dominum Ferrandum invenit, & quia gentes domini regis predicti dicebant quod dicte litere preſentate extiterant & venerant etiam ad manus regis ejuſdem, & hoc etiam proponebant in probacionem prodicionis predicte, ipſe frater B. quia fundamentum hoc falſum eſſe ſciebat nedum usque ad iſta tempora proditionem celavit eandem ſet etiam ipſam ut dicit multum conſtanter negavit patenter ac publice ſuper illam tam ſe quam alios excuſando. Ex tractatu autem prodidicionis hujusmodi in noticiam dicti regis & officialium ſuorum deducto, multorum ſuſpendia hominum multeque alie condempnationes ac incarcerationes ac fuge & mala alia & ſcandala proceſſerunt & procedere nondum ceſſant. Ad hoc idem frater B. contra generale ordinis ſui ſtatutum quod ejus transgreſſionibus nedum exconmunicationis ſet etiam perpetui carceris penam imponit ſciens ſtatutum hujusmodi libellum quendam nigromanticum habuit tenuit ac per omnes ſui partes perlegit ejus ſcivit continenciam & ad diſtinctionem materiarum ipſius aliquas dictiones & literas in marginibus ejus ſcripſit. Libellus autem hujusmodi continet multos caracteres plurima demonum nomina, modum eos invocandi & eis ſacrificia offerendi per eos & eis mediantibus domos & fortalicia diruendi, naves ſubmergendi in mari, magnatum & etiam aliorum amorem ac credulitatis & exauditionis graciam apud iſtos vel illos nec non mulieres in conjugium & aliter ad venereos actus habendi; cecitatem, caſſationem menbrorum, infirmitates alias ac mortem etiam preſentibus vel abſentibus, mediantibus ymaginibus & aliis ſuperſticioſis actibus inferendi, & multa mala alia faciendi. Rurſus in dicto inquiſitionis proceſſu calumpnioſus nimium extitit & prout ex actis predictis apparet plusquam ſeptuageſies in ejusdem inquiſitionis negocio in dicta Romana curia ut premittitur inchoato inexcuſabiliter degeravit. Poſtremo idem frater B. ſe ex multis premiſſis conſtituens manifeſtum hereticorum fautorem ſenteniam exconmunicationis à jure antiquo ex illis que cum conſulibus & poteſtatibus ſecularibus contra epiſcopum & inquiſitores prefatos & inquiſitionis officium ut prefertur conmiſit & conmitti conſuluit ac conſenſit ſententiam

134.

134.b.

ciam aliam exconmunicationis à jure novo in tales generaliter promulgatas pluries & indubitanter incurrit, & divina etiam celebrando ut prius ſentencias hujusmodi nedum uno ſet xv. annis & ultra animo ſuſtinens pertinaci fuit inde velut hereticus condempnandus. Preſertim cum juxta ea que coram nobis confeſſus eſt bene ſciret illis temporibus quod talia facientes ſcienter dictam novi juris ſenteniam incurrebant. Quia vero ex verbis ejus & confeſſionibus diminutis & nimium palliatis manifeſte nobis apparuit inpenitens ſuper illis ex quibus ſentencias incurrerat ſupradictas, ipſum ſemel ſecundo & tercio, in ſcriptis etiam & per diverſa temporum intervalla ac dicto novo jure ſibi expoſito, inſtanter monuimus ut per confeſſionem plenam & debitam abſolucionis petitionem pure ſuper premiſſis recognoſceret culpam ſuam. Qui admonitiones noſtras hujusmodi nunc ſic nunc aliter & multipliciter variando reſpondens affirmavit interdum ſe nedum non peccaſſe ſuper premiſſis inquiſitores tangentibus ſet pocius meruiſſe. Finaliter tamen à palliationibus circa confeſſiones ſuas per eum appoſitis omnino recedens & factorum ſuorum pleniorem apperiens veritatem
135. humiliter petiit à dictis ſententciis ſe abſolvi. Nosque juramento & abjuratione conſuetis & debitis prius ab eo receptis abſolvimus eum in forma debita à ſententciis memoratis. Verum quamvis enormitate criminum predictorum & inmanitate malorum ſecutorum ex illis deligenti conſideratione liberatis ipſum fratrem B. de ipſis juxta condignum punire nullatenus valeamus, ne tamen ſicut nec decet nec expedit crimina eadem omnino remaneant impunita, nos Chriſti nomine invocato & habentes pre oculis ſolum Deum, auctoritate nobis in hac parte conmiſſa die ac loco preſentibus ad hanc noſtram ferendam ſentenciam peremptorie ut premittitur aſſignatis, aſſiſtentibus nobis venerabilibus patribus dominis Petro Carcaſſonenſi, Raymundo Mirapicenſi & Bartholomeo Electenſi epiſcopis, cum plures ad hoc habere epiſcopos nequivimus, in eundem fratrem B. juxta memoratum conſilium perpetue depoſitionis & degradationis à ſacerdotali & omni alio ordine ſenteniam ferimus in hiis ſcriptis. Pronunciantes nichilominus ipſum ſtatim actualiter & in forma à jure tradita degradandum à nobis & omni eum clericali honore habitu & privilegio exuendum, ac poſtquam etiam ſic degradatus fuerit perpetuo carceri quem ſibi aſſignandum duxerimus effectualiter deputandum, in quo quidem ſub vinculis ferreis in pane doloris & aqua anguſtie perpetuam agat penitenciam de conmiſſis, mitigationem autem predicte penitencie in carcere faciendo per ipſum, ſecundum quod expedierit, & ipſe per pacienciam & humilitatem ac cordis contriti ſacrificium hujusmodi mitigationem meruerit, nobis ex cauſa certa & legitima reſervamus. Ceterum quia ſuper machinatione in mortem prefati domini Benedicti cum eodem fratre B. & contra eum cum diligencia & nichil omiſſo de contingentibus inquiſito, ipſum fore de ea culpabilem nequivimus invenire eum ſuper illa ſentencialiter abſolvimus inſcicia mediante. Porro ipſum fratrem B. ſemel ſecundo & tercio ac peremptorie & preciſe monemus & ſub virtute etiam juramenti nobis preſtiti per eum ſibi precipimus & mandamus quod poſtquam dictum carcerem ſibi aſſignaverimus ad illum ſine dilatione accedat & ſe etiam includat in illo predictam in ipſo penitenciam conpleturus. Quod ſi ad carcerem hujusmodi non acceſſerit aut ſe non incluſerit in eodem, vel etiam aliter ſe impenitentem exhibuerit, ſeu contra illa que abjuravit illorumve aliquid ſcienter venire preſumpſerit, nos ipſum ultra penas alias à jure vel ſecundum jura eidem inflictas ſeu etiam infligendas predicta monitione premiſſa ex nunc exconmunicationis vinculo innodamus, penas predictas infligendi eidem & aliter contra eum ut juſtum fuerit procedendi, reſervantes nobis expreſſe plenariam
135.b. poteſtatem. Per modum quoque premiſſum monemus omnes & ſingulos cujuscunque dignitatis gradus aut conditionis exiſtant, ne ipſum fratrem Bernardum ad hujusmodi noſtri mandati transgreſſionem inducere aut ipſum transgredientem idem mandatum ſcienter recipere ſeu ei auxilium conſilium vel favorem impendere quoque modo preſumant. In illos autem qui contrarium feceriñt, ultra penas alias contra tales à jure ſtatutas, ex nunc predicta monitione premiſſa exconmunicationis ſententciam promulgamus. Demum lata per nos hujusmodi ſentencia, ut prefertur, nos in con-

Sanctiſſimus pater dominus Johannes papa XXIIus. audita & lecta coram ſe & dominis cardinalibus in conſiſtorio privato ſententcia lata contra fratrem B. delicioſi, & percepta retenſione ſeu reſervacione mitigacionis penitencie circa ipſum dixit quod predictam reſervacionem mitigacionis penitus revocabat, mandans quod circa eundem B. delicioſi rigor late ſentencie & penitencie integraliter ſervaretur.

continenti ad degradationem fratris ejusdem coram nobis in veſtibus ſacerdotalibus exiſtentis actualiter procedentes ornamentis & inſtrumentis que in ordinatione ſua receperat exuendo eum atque degradationem ipſius concluſimus ſub hiis verbis, Auctoritate Dei omnipotentis patris & filii & ſpiritus ſancti, ac ex poteſtate nobis in hac parte conmiſſa, auferimus tibi habitum clericalem, & te ab omni ſacerdotali & alio quolibet ordine deponimus & etiam degradamus, teque ſpoliamus & exuimus omni honore & privilegio clericali. Lata fuit predicta ſentencia & actualis degradatio ſubſequta, anno Domini M°. CCC°. XIX°. indictione tercia, pontificatus ejusdem domini Johannis pape predicti anno quarto. In foro Carcaſſonenſis burgi; videlicet octava die Decembris preſentibus gencium nobilium religioſorum clericorum & ſecularium perſonarum multitudine quaſi infinita.

Poſt hec autem eadem die in domo epiſcopali Carcaſſone Nos prefati epiſcopi dicto fratre B. coram nobis preſencialiter conſtituo pro carcere cui eum in ſuprascripta ſentencia pronunciamus poſt degradationem ſuam effectualiter deputandum carcerem ſtricti muri qui ſitus eſt inter civitatem & flumen Araris eidem aſſignavimus & ad illum in continenti eum transmiſimus ſuam ibidem penitenciam conpleturum. Actum fuit hoc anno menſe die loco predictis ſupremo, preſentibus &c.

Noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod cum nos Jacobus Appamienſis & Raymundus ſancti papuli miſeratione divina epiſcopi Judices ſuper infraſcriptis à ſede apoſtolica delegati, fratrem B. delicioſi ordinis fratrum minorum hodie ſollempniter degradaverimus & condempnaverimus etiam ad perpetuum carcerem per nos eidem poſtmodum aſſignandum, ex nunc ſibi in noſtra ſuper hoc conſtituto preſencia deputamus & pro hujusmodi carcere aſſignamus carcerem ſtricti muri qui ſitus eſt inter civitatem Carcaſſonam & flumen Araris, ac volumus & mandamus eidem fratri Bernardo ut hujusmodi murum accedat & ſe includat & perpetuo remaneat in eodem, ſicut in noſtra ſuper hoc lata ſentencia continetur. Actum & datum ſub ſigillis noſtris, Carcaſſone in aula epiſcopali, octava die menſis Decembris, anno Domini M°. CCC°. XIX°. pontificatus ſanctiſſimi patris & domini domini Johannis pape XXII. anno quarto. 136.

Venerabili ac religioſo viro fratri Johanni de belna inquiſitori heretice pravitatis in regno Francie & ſpecialiter in ſeneſcallia Carcaſſonenſi auctoritate apoſtolica deputato, Jacobus Apamienſis & Raymundus ſancti papuli miſeratione divina epiſcopi in Deo ſalutari noſtro ſalutem. Cum nos auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conmiſſa fratrem B. delicioſi ordinis Minorum die data preſentem ſollempniter degradaverimus & condempnaverimus etiam ad perpetuum carcerem per nos eidem poſtmodum aſſignandum, demumque ſibi pro hujusmodi carcere aſſignaverimus ſtrictum murum qui ſitus eſt inter civitatem Carcaſſonam & flumem Araris, ut in eo ſub vinculis ferreis & in pane & aqua perpetuam agat penitenciam de conmiſſis. Nos attendentes quod propter ſenectutem & debilitatem ipſius, & ſpecialiter de preſenti propter debilitatem quam in manibus pati dinoſcitur diſpenſandum eſſe videtur cum eo ſuper penitencia in dicto carcere ut premittitur facienda per eum, de quo quidem in noſtra ſuper premiſſis lata ſentencia nobis expreſſam retinuimus poteſtatem preſencium vobis tenore conmittimus ut cum dicto fratre Bernardo ſuper rigore predicte penitencie quantum ad vincula & dietam diſpenſare poſſitis, prout diſcretioni veſtre videbitur faciendum. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum Carcaſſone, VIII. die menſis Decembris, anno Domini M°. CCC°. XIX°. pontificatus ſanctiſſimi patris & domini, domini Johannis pape XXII. anno quarto.

In nomine Domini amen. Anno ejusdem Domini M°. CCC°. XIX°. IIII°. Kalendas Decembris. Ad requiſicionem & mandatum ac judicium & ordinacionem religioſi viri fratris Bernardi Guidonis inquiſitoris heretice pravitatis in regno Fran-

cie & ſpecialiter in partibus Tholoſanis per ſedem apoſtolicam deputati, fuerunt libri Judeorum qui apellantur Talmut, quotquot apud Judeos potuerunt inveniri, combuſti & tracti prius per publicas carrerias Tholoſe in duabus quadrigis cum ſervientibus & miniſtris curie regalis cum voce preconia proclamante, propter errores & blasfemias contra Dominum Jeſum Chriſtum & ejus ſanctiſſimam genitricem Virginem Mariam & nominis Chriſtiani, qui errores & que blasfemie in eisdem libris inveniebantur contineri per juratos examinatores peritos in hebrayca linga, habito prius conſilio maturo per eundem dominum inquiſitorem cum peritis in utroque jure & religioſis & aliis multis diſcretis viris in aula veteri domini regis Tholoſe. Predicti autem libri prius diu antea fuerant cum multa ſollicitudine & diligencia per manum regalium ad mandatum prefati domini inquiſitoris habiti à Judeis & poſtmodum diligenter examinati.

Sentencia degradationis contra Johannem Philibertum presbiterum.

136.b. IN nomine Domini amen. Chriſti fidelibus univerſis, Johannes Dei gracia archiepiſcopus Tholoſanus, executor ſeu delegatus in hac parte à ſede apoſtolica deputatus, ſalutem in actore juſticie & ſalutis. Quoniam occulta judicia notari conſueverunt nec habent efficacem effectum mores aliorum in melius reformandi, publica vero ſuſpicione carent & tranſeunt ceteris in exemplum, Idcirco nos archiepiſcopus delegatus predictus, acta per nos & agenda in hoc preſenti negotio contenta in hujuſmodi preſentis ſcripture ſerie publicari volumus notaque fieri univerſis, nec non redigi ad perpetuam rei memoriam in publica monumenta. Anno ſiquidem ab incarnatione Domini M°. CCC°. decimo nono, pontificatus ſanctiſſimi patris & domini noſtri domini Johannis pape viceſimi ſecundi anno quarto, die quinta menſis Marcii, apud Milanum auxitanenſis dyoceſis preſentatum nobis extiterit quoddam reſcriptum apoſtolicum ejuſdem domini pape, omni carens ſuſpicione veraque bulla ut apparebat prima facie & humana conditio noſſe ſinit bullatum non viciatum non cancellatum, nec in aliqua ſui parte abolitum tenorem continens ſubſequentem. ¶ Johannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri, Archiepiſcopo Tholoſano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Nuper fide digna relatione percepimus quod Johannes Phylibertus presbyter oriundus de dyoceſi Biſuntina habitator in dyoceſi auxitana, dudum deprehenſus in hereſi ſecte Valdenſium & eandem abjurans, poſt abjurationem erroris hujusmodi in abjuratam à ſe in judicio hereſim & relapſus, propter quod dilecti filii inquiſitores heretice pravitatis in illis partibus una cum conmiſſariis deputatis capituli eccleſie Auxitanenſis eundem relapſum fore & propter ea à ſuis ordinibus degradandum & degradatum ſeculari curie relinquendum per diffinitivam ſentenciam condempnarunt. Quare fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum pro eo quod Auxitanenſis eccleſia paſtore vaccat quoad preſens, non ſit qui dictum relapſum valeat degradare, providere ſuper hoc de oportuno remedio dignaremur. Quocirca fraternitati tue preſentium tenore conmittimus & mandamus quatinus ſi premiſſis veritas ſuffragetur ad degradationem ejusdem relapſi procedas juxta canonicas ſanxiones, ipſum poſtquam fuerit à ſuis ordinibus degradatus ſeculari curie relinquendo. Datum Avinioni, VIII°. idus Febroarii, pontificatus noſtri anno quarto. Quo cum ea reverencia humilitate & devotione quibus decuit recepto ipſiusque tenore ſubſequenter ſtudioſe perlecto ſollicita meditatione appoſita ſuper ipſo conmunicato nobis ad hoc prudentum conſilio mentem ſcribentis & virtutem ſcripture in radice veritatis conprehendentes ut verus obediencie filius apoſtolica mandata fideliter exequenda prompto ſuſcipientes affectu, ad executionem contentorum in dicto reſcripto apoſtolico auctoritate nobis in hac parte conmiſſa proceſſimus in hunc modum, fecimus etenim ante omnia evocari coram nobis & ad noſtram preſenciam adduci dictum Johannem Phyliberti presbiterum preſentibus etiam & ad hoc vocatis religioſis viris fratribus Dominico Grima & Raymundo de Jumato ordinis fratrum predicatorum locum tenentibus re-

reli-

ligioſi viri fratris Bernardi Guidonis ejusdem ordinis inquiſitoris heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apoſtolica deputati in remotis agentis, & ibidem in preſencia ipſius Johannis Phyliberti acta prioris judicii per venerabiles ac diſcretos viros inquiſitores videlicet heretice pravitatis ac conmiſſarios delegatos per vicarios generales capituli & eccleſie auxitanenſis ſede vocante & coram ipſis in hac cauſa ſollempniter habiti, nobis perfecte & integraliter fecimus per fratres locum tenentes predictos exhiberi. 137. Quibus per nos conſiliariosque noſtros diligentiſſime recenſitis, contentisque in eisdem percunctatis equa lance diſcuſſis, tam circa ipſius cauſe & inquiſitionis veritatem quam circa procedendi modum & ordinem deliberatione ſufficienti & tractatu diligenti cum predictis noſtris conſiliariis aliisque peritis habitis ſuper iſtis fidem plenam dedimus ipſis actis, predictosque venerabiles viros inquiſitores heretice pravitatis ac conmiſſarios delegatos debite proceſſiſſe in cauſa ipſa cognovimus evidenter. Quamobrem in executione ipſius mandati apoſtolici ulterius procedendo, juxta formam & poteſtatem nobis datam, predictum Johannem Phyliberti presbiterum citari fecimus eidemque diem & locum preſentes, ſcilicet xv^{m}. diem menſis Junii in eccleſia ſancti Stephani ſedis Tholoſe aſſignavimus quibus coram nobis conparendo ſuam preſenciam exhiberet auditurus pronunciationem & ſententiam ac ejusdem ſentencie ſuſcepturus in ſe executionem que in cauſa ſua per ſedem apoſtolicam nobis conmiſſa & contra ipſum & in ipſo intendebamus dirigente nos Deo juſticiam ferre & facere in eisdem. Quibus ſubſequenter die & loco predictis predicto Johanni Philyberti presbitero coram nobis exhibente ſuam preſenciam & ad premiſſa conparente aſſiſtentibus nobis & ad hoc ſpecialiter convocatis abbatibus aliisque prelatis ſeu eorum vicariis doctoribus religioſis perſonis ac litteratis & clericis aliis noſtre civitatis & dyoceſis orthodoxe fidei Zelatoribus de quibus nobis viſum fuit expedire, nec non aliorum utriusque ſexus fidelium multitudine numeroſa communicato nobis ſuper hiis conſilio ſapientum deliberatione etiam cum eisdem prehabita diligenti, ad ſententiam contra dictum Johannem Philiberti presbiterum & mandati apoſtolci nobis injuncti executionem proceſſimus in hunc modum. Quia per acta prenominata prioris judicii & etiam per confeſſionem tui Johannis Phyliberti presbiteri in noſtra & noſtri conſilii religioſorum ac plurium aliorum prudentum preſencia ſponte factam legitime nobis conſtat quod tu Johannes Phyliberti presbiter oriundus de dyoceſi biſuntinenſi habitator olim in dyoceſi auxitanenſi, dudum deprehenſus in hereſi ſecte Valdenſium & eandem abjurans, poſt abjurationem erroris hujusmodi in eandem ante abjuratam in judicio hereſim es relapſus, propter quod diſcreti viri inquiſitores heretice pravitatis & conmiſſarii delegati predicti te relapſum fore per ſuam diffinitivam ſententiam veraciter declararunt, & ob hoc tuis ordinibus degradandum & degradatum ſeculari curie relinquendum canonice condempnarunt. Ideo nos Johannes archiepiſcopus conmiſſarius & delegatus predictus Chriſti nomine invocato, & habentes pro oculis ſolum Deum, die ac loco preſentibus ad ferendam hanc noſtram ſententiam peremptorie ut premittitur aſſignatis, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti amen. In te Johannem Phyliberti presbiterum dyoceſis biſuntinenſis habitatorem olim caſtri novi de barbaſenchis dyoceſis auxitanenſis, in hereſim ſecte Valdenſium dampnate relapſum, depoſitionis perpetue ac degradationis etiam à ſacerdotali & omni alio gradu & ordine & officio quantum auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conmiſſa poſſumus & debemus, ſententiam ferimus in hiis ſcriptis. 137.b. Pronunciantes nichilominus te ſtatim actualiter & in forma à jure tradita degradandum à nobis & omni clericali honore habitu privilegio & beneficio exuendum, ac poſtquam etiam ſic degradatus fueris ſeculari curie relinquendum. Ad dictam autem actualem faciendam de te coram nobis in veſtibus ſacerdotalibus conſtituto procedimus in hunc modum.

Calix & patena.

Auferimus tibi calicem & patenam, teque exuimus & privamus officio & poteſtate offerendi Deo ſacrificium & miſſam quamlibet celebrandi.

Stola ſacerdotalis.

Auferimus tibi orarium ſive ſtolam ſacerdotalem, cum jugum Domini ſuave repreſentatum in illa portare contempſeris & ſtolam innocencie obſervare.

Dalmatica.

Auferimus tibi dalmaticam dyaconalis officii ornamentum, cum ipſam non portaveris in indumentum leticie & veſtimentum ſalutis.

¶ *Liber euangeliorum.*

Auferimus tibi librum euangeliorum, teque in eccleſia Dei legendi officio & poteſtate exuimus & privamus.

¶ *Stola dyaconalis.*

Auferimus tibi ſtolam dyaconalem, teque exuimus & privamus poteſtate dyaconale officium exercendi.

¶ *Calix, patena, urceolus, aqua, manile manutergium.*

Auferimus tibi calicem patenam urceolum aquam manile manutergium ſubdyaconatus officii inſtrumenta, teque illorum uſu exuimus & privamus.

¶ *Tunica ſubdyaconalis.*

Auferimus tibi tunicam ſubdyaconalis officii ornamentum, cum illa uſus non fueris ad juſticiam & ſalutem.

¶ *Manipulus.*

Auferimus manipulum ſubdyaconatus officii ornamentum, teque exuimus & privamus miniſterio deſignato in illo.

¶ *Liber epiſtolarum.*

Auferimus tibi librum epiſtolarum, teque exuimus & privamus poteſtate legendi eas in eccleſia ſancta Dei.

¶ *Ceroferarium.*

Auferimus tibi ceroferarium, teque exuimus & privamus officio luminaria in eccleſia accendendi.

¶ *Urceolus.*

Auferimus tibi Urceolum, ne de cetero illo utaris ad ſuggerendum vinum & aquam in euchariſtiam ſangvinis Chriſti.

¶ *Liber exorciſmorum.*

138. Auferimus tibi libellum exorciſmorum, teque privamus & exuimus poteſtate manus ſuper euerguminos ſive baptizatos ſive cathecuminos imponendi.

¶ *Liber cum quo fuit lector.*

Auferimus tibi codicem quem cum lectoratus ordine ſuſcepiſti, teque exuimus & privamus poteſtate illum legendi de cetero in eccleſia ſancta Dei.

¶ *Claves.*

Auferimus tibi claves eccleſie, teque exuimus & privamus officio & poteſtate cuſtodiendi res que ipſis clavibus recluduntur & portas etiam eccleſie aperiendi ſive claudendi.

Auctoritate Dei omnipotentis patris & filii & ſpiritus ſancti, ac etiam poteſtate nobis ut premittitur in hac parte conmiſſa auferimus tibi habitum clericalem & te ab omni ſacerdotali & alio quolibet ordine deponimus ac etiam degradamus, teque ſpoliamus & exuimus ab omni honore beneficio ac privilegio clericali. Et nichilominus prenunciamus & dicimus nobili viro domino Guiardo Guidonis ſeneſcallo Tholoſano hic preſenti ut te in forum recipiat degradatum, Ipſum tamen inſtanter requirimus & rogamus ut citra mortis periculum & membri mutilationem ſuam circa te ſententiam moderetur.

Poſt hoc radatur ſibi caput, antequam ipſum recipiat curia ſecularis.

In quorum premiſſorum omnium & teſtimonium & memoriam futurorum de predictis omnibus juſſimus per Raymundum piſcem capellanum noſtrum & auctorita-

te

te apoſtolica notarium publicum fieri publicum inſtrumentum & ipſum noſtri ſigilli appenſione conmuniri.

Et ego Raymundus piſcis auctoritate predicta notarius prolationi hujus ſentencie & degradationi interfui, & de mandato dicti domini archiepiſcopi delegati in hac cauſa & ceteris de predictis notam ſumpſi.

Reconſiliacio Caſtri de Cordua. 138.b.

IN nomine Domini amen. Noverint univerſi preſentes pariter & futuri, quod anno Domini M°. CCC°. XXI°. indictione IIII. die Dominica infra octabas feſti nativitatis beati Johannis baptiſte, ſcilicet XXIX. die menſis Junii, pontificatus ſanctiſſimi patris & domini domini Johannis divina providencia pape XXII. anno V°. ad vocem preconis & tube convocatis & congregatis in platea mercati Caſtri Cordue Albienſis dyoceſis ad ſermonem publicum & ad ea audiendum que parte venerabilium ac religioſorum fratrum Bernardi Guidonis & Johannis de belna ordinis predicatorum inquiſitorum heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatorum ac venerabilis & diſcreti viri domini Iterii de brolio canonici engoliſmenſis conmiſſarii in hiis que ſunt officii inquiſitionis & ad officium inquiſitionis pertinent per reverendum in Chriſto patrem dominum Beraudum Dei gracia epiſcopum Albienſem literatorie deputatum, prout de hujusmodi conmiſſione ſibi facta conſtat per literas patentes ipſius domini epiſcopi in pergameno ſcriptas, ejusque ſigillo de cera rubea inpendenti ſigillatas ut prima facie apparebat quarum tenor inferius continetur eſſent intimanda conſulibus caſtri Cordue predicti & conſiliariis & aſſeſſoribus eorum infraſcriptis, ac etiam univerſitate dicti loci vel ipſius univerſitatis majori parte, que pro univerſitate debebat & poterat veriſimiliter reputari, poſt ſermonem publicum ibidem factum & ad ſalutem animarum verbis divinis prolatum in vulgari per Venerabilem & religioſum virum fratrem Hugonem de Marciaco priorem provincialem fratrum predicatorum provincie Tholoſane. Diſcreti viri Guirandus de biſturre, Bernardus de Vindiaco domicelli, Berengarius faucilhardi, Raymundus deſteria, Berengarius Roberti, & Bernardus ſequerii conſules dicti caſtri, & Guirandus de Alanis, Bernardus Molinerii, Bernardus de berenchis, Bartholomeus de petra, Arnaldus de ſalis, Galhardus Godan, Johannes Ichier, Guilielmus Mathei, Raymundus Roqueta, Ermengaudus Roberti, Yſarnus de capella, P. barrani, Raymundus de feneriis, Yſarnus de feneriis, & Raymundus pictanini aſſeſſores dictorum conſulum, & conſiliarii jurati ibidem preſentes dicto Berengario faucilhardi vice & nomine ſuo ac vice & mandato voluntate & conſenſu aliorum conconſulum & conſiliariorum predictorum infraſcriptam cedulam proponente legente & publicante prius in latino & poſtea in vulgari exponente ſupplicante & requirente, dixerunt ſupplicaverunt requiſiverunt promiſerunt juraverunt voluerunt ac etiam obtulerunt ſe facturos prout in dicta papiri cedula ſeu ſupplicacione ut premittitur lecta & publicata, & poſtmodum eisdem inquiſitoribus & conmiſſario preſentata & oblata, & demum nobis infraſcriptis notariis tradita plenius continetur. Cujus quidem ſupplicacionis tenor de verbo ad verbum ſequitur in hec verba. Coram vobis venerabilibus & religioſis viris fratre Bernardo Guidonis & fratre Johanne de belna ordinis predicatorum inquiſitoribus heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatis, & vobis venerabili & diſcreto viro domino Iterio de brolio canonico engoliſmenſi in hiis que ſunt officii inquiſicionis & ad inquiſicionis officium ſeu negocium pertinent conmiſſario deputato per reverendum in Chriſto patrem ac dominum dominum Beraudum Dei gracia epiſcopum albienſem ſupplicant humiliter & devote Guiraudus de biſturre, Bernardus de Vindiaco domicelli, Berengarius faucilhardi, Raymundus deſtena, Berengarius Roberti, & Bernardus ſoquerii conſules Caſtri Cordue dyoceſis albienſis, & Guiraudus de alanis, Bernardus Molinerii, Bernardus de berenchis, Bartholomeus de petra, Arnaldus de ſalis, Galhardus godan, Johannes Ichier, Guilielmus Mathei, Raymun- *Supplicacio.* 139.

dus Roqueta, Ermengaudus roberti, Yſarnus de capella, P. barrani, Raymundus de feveriis, Yſarnus de feveriis & Raymundus pictavini aſſeſſores & conſiliarii dictorum conſulum caſtri Cordue predicti. Ac preſens congregatio populi virorum ac mulierum coram vobis convocata ejusdem Caſtri de Cordua pro ſe & pro tota univerſitate ſeu conmunitate dicti caſtri dari ſeu donari à vobis ſibi & ſingulis de univerſitate predicta qui nunc ſunt & olim fuerunt ex gracia & miſericordia veniam & indulgenciam ac remiſſionem de omnibus & ſingulis offenſis & injuriis dudum factis aut dictis aut illatis, ſeu procuratis ſi que fuerunt per quoscunque ſeu à quibuscunque de dicto caſtro ſeu univerſitate ejuſdem caſtri hic preſentibus vel abſentibus quacunque cauſa vel occaſione, & ſpecialiter & expreſſim cauſa vel occaſione officii inquiſicionis hereticе pravitatis tam contra reverendum in Chriſto patrem ac dominum, felicis recordationis dominum B. de caſtaneto tum epiſcopum albienſem quam contra inquiſitores heretice pravitatis predeceſſores veſtros & officium ipſorum. Predicti vero conſules & conſiliarii & preſens populi multitudo utriusque ſexus recognoſcunt humiliter & confitentur tam pro ſe ipſis qui nunc ſunt quam pro illis qui tunc temporis fuerunt quod ſi qui ex eis & quicunque de univerſitate predicti caſtri Cordue aliqua fecerunt aut dixerunt in prejudicium officii inquiſicionis male egerunt opponendo ſe, ſive ſe oppoſuerint prefatis domino epiſcopo & inquiſitoribus quoque modo, ſive inpediverint aut retardaverint eorum officium ſentencias ſeu proceſſus ſive diffamaverint eosdem aut aliquas perſonas condempnatas vel captas pro crimine hereſis conmendaverint vel excuſaverint ſive conſenſerint facientibus predicta vel aliqua de predictis, & recognoſcunt ſe ſeu illos qui talia fecerunt fuiſſe deceptos ad clamorem & exitacionem ſeu inſtigacionem quarundam ſingularium perſonarum, & penitent ac dolent, & nollent aliquas perſonas de dicta univerſitate ſeu conmunitate feciſſe predicta nec predictis conſenſiſſe, & ſupponunt ſe ſimpliciter ac totaliter voluntati & ordinacioni veſtre ſuper predictis & ſingulis predictorum, offerentes ſe paratos ad emendacionem, & ad ſuſcipiendam penitenciam & perficiendam quam eis duxeritis injungendam. Item ſupplicant quanto poſſunt humilius & inſtancius quatinus ipſi & ſinguli de univerſitate predicta abſolvantur per vos à ſentenciis exconmunicacionis quibus-
139.b. cunque ſive ab homine ſive à canone generaliter promulgatis contra quoscunque impedientes ſeu retardantes officium inquiſicionis heretice pravitatis aut contra foventes ſeu defendentes culpabiles de crimine hereſis quoquo modo, ſi ipſi vel aliqui ex ipſis hactenus aliquatenus incurrerunt, & petunt humiliter reconſiliari ad graciam & familiaritatem veſtram, & promittunt ſe fore devotos & perſeverare in devocione & reverencia & obediencia ad vos & ſucceſſores veſtros & officium inquiſicionis toto tempore vite ſue. Promittentes nichilominus ac jurantes ad ſancta Dei euangelia coram vobis mandatis veſtris & eccleſie ſimpliciter obedire. Volentes quodſi contingeret quod abſit nos vel ſucceſſores noſtros contra officium inquiſicionis vel in ejus prejudicium aliquid attemptare vel facere quod extunc talia ſeu tale quid attemptantes ſeu facientes vel impedientes privati ſint ipſo facto omni gracia & beneficio eis factis, & ſint in illo ſtatu in quo erant ante gracias ſibi factas. Et de predictis omnibus volumus & requirimus unum vel plura fieri publica inſtrumenta per vos magiſtros Guilielmum Juliani clericum de Roeria Lemovicenſis dyoceſis, & Menuetum de Roberticuria Clericum tullenſis dyoceſis, publicos & officii inquiſicionis notarios hic preſentes. Quibus propoſitis in dicta ſupplicacione contentis predicti conſules & conſiliarii ſuperius nominati ac multitudo populi ſupradicta & omnes & ſinguli de dicta univerſitate ſeu conmunitate ibidem exiſtentes omnia contenta in dicta ſupplicacione tam ſupplicata quam requiſita quam promiſſa quam alia approbaverunt recognoſcentes ea ſuo nomine & de voluntate ſua eſſe propoſita ſupplicata requiſita & promiſſa. Conſequenter ibidem prefati inquiſitores & conmiſſarius dicti domini epiſcopi attendentes ſupplicacionem & requiſicionem hujusmodi ſibi factam recepto prius à ſe juramento & preſtito à prefatis conſulibus conſiliariis ac multitudine populi ſupradicta manibus elevatis ad librum euangeliorum ibidem tunc cunctis intuentibus apertum de parendo mandatis eccleſie ac prefati domini

mini epiſcopi & inquiſitorum predictorum ac ſucceſſorum eorundem totis temporibus vite ſue & alias prout ſuperius continetur. Abſolverunt omnes & ſingulos ſuperius nominatos de dicta univerſitate ſeu conmunitate Cordue cum pſalmo penitenciali & oracione in abſolucione hujusmodi conſuetis à quibuscunque ſentenciis exconmunicationum ſi quas ex cauſis in predicta ſupplicacione contentis incurrerunt. Cujus quidem abſolucionis modus ſequitur in hiis verbis. In nomine patris & filii *Abſolutie.* & ſpiritus ſancti amen. Nos fratres Bernardus Guidonis & Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apolicam deputati, & Iterius de brolio canonicus Eugoliſmenſis conmiſſarius in hiis que ſunt officii inquiſicionis & ad officium inquiſicionis pertinent per reverendum in Chriſto patrem dominum Beraudum Dei gracia epiſcopum albienſem in ſuis civitate & dyoceſi albienſibus deputâtus, Abſolvimus omnes & ſingulos de univerſitate 140. predicta dicti caſtri ab omnibus ſentenciis exconmunicacionis generaliter promulgati, ſive à canone ſive ab homine, ſi quas incurrerunt cauſa vel occaſione in ſupplicacione ſeu requiſicione predicta contentis. Qua abſolucione ſic facta ibidem & in continenti dicti inquiſitores & conmiſſarius dicti domini epiſcopi eosdem conſules & conſiliarios & ipſam univerſitatem & ſingulos de eadem utriusque ſexus ibidem preſentes ad ſuam graciam reconſiliaverunt, penitenciam injungentes eisdem pro conmiſſis & exceſſibus ſub hac forma. Nos Bernardus Guidonis & Johannes de *Penitencie.* belna inquiſitores & Iterius de brolio conmiſſarius antedicti, cum dudum conmunitas ſeu major pars ejuſdem conmunitatis caſtri de Cordua ad inſtigacionem & ſuggeſtionem quarundam ſingularium perſonarum excitata fuerit graviter & conmota contra reverendum in Chriſto patrem felicis recordacionis dominum Bernardum de Caſtaneto tunc epiſcopum albienſem & contra inquiſitoris heretice pravitas & eorum officium cauſa & occaſione quarundam ſingularium perſonarum dicti caſtri detentarum in carceribus inquiſitorum culpabilium de & pro crimine hereſis, ſicut extitit poſtmodum per ſenteniam declaratum, & poſt talem conmocionem & excitacionem contra prefatum epiſcopum & inquiſitores ac officium eorundem multa fuerunt indebite attemptata, & dampna data, & offenſe & injurie irrogate & dicte per perſonas conmunitatis ejusdem in inpedimentum & prejudicium officii inquiſicionis pravitatis predicte, prout de predictis injuriis & offenſis & inpedimentis dictis factis & illatis officio inquiſicionis & dicto domino epiſcopo albienſi & nobis inquiſitoribus & predeceſſoribus noſtris nobis conſtat per proceſſus legitimos rite factos, que omnia digna forent gravibus penis & punicionibus acrioribus & confuſibilibus juxta canonicas ſancciones ſecundum ſtilum & uſum ac privilegia officii inquiſicionis ſi ſingula in ſingulis vel omnia in unum in conmuni appenderentur in libra judicii in numero pondere & menſura. Nos tamen conſiderantes quod parcendum eſt multitudini attento maxime quando & ubi ſe humiliat culpam ſuam recognoſcit graciam & miſericordiam petit correctionem & emendam promittit & ad penitenciam ſuſcipiendam ſe offert. Attendentes inſuper quod hoc ſolum bene agitur ut vita hominum corrigatur, & quod ſancta mater eccleſia nulli claudit gremium redeunti, videntes oculata fide humiliacionem ac humilem ſupplicacionem inſtanciamque ſupplicem & devotam conſulum & conſiliariorum preſentisque multitudinis populi virorum ac mulierum caſtri de cordua ad hoc congregate preſencium coram nobis promittencium ac jurancium manu elevata ad librum euangeliorum ſe parituros mandatis eccleſie & noſtris volenciumque ac deſiderancium reconſiliari eccleſie & nobis, petenciumque ſibi remitti per nos ſeu à nobis injurias & offenſas dudum conmiſſas & abſolvi à ſentenciis exconmunicacionis quibuscunque generaliter promulgatis à canone ſeu ab homine ſi quas cauſa ſeu occaſione predictorum 140.b. modo aliquo incurriſſent, habita ſuper hoc deliberacione provida peritorum in utroque jure, & religioſorum virorum piis eorum & quarundam bonarum perſonarum ſpectabilium precibus & ſupplicacionibus inclinati dictam conmunitatem ſeu univerſitatem Caſtri de Cordua ſepe dicti, & omnes & ſingulos de eadem iſta die & in iſto loco preſenti coram nobis abſolvimus à ſentenciis excon-

munica-

municacionis quibuscunque, ſi quas cauſa ſeu occaſione premiſſorum dudum incurriſſent, & eisdem qui nunc ſunt & olim fuerunt remittimus & condonamus ac indulgemus injurias & offenſas contra nos & dictum dominum epiſcopum & predeceſſores noſtros aut officium inquiſicionis dudum conmiſſas, & penas pro hiis de jure ſibi debitas infligendas. Et pro omnibus hujusmodi injuriis & offenſis & penis inponimus & injungimus ſub debito à ſe preſtiti juramenti quod univerſitas ſeu conmunitas predicti caſtri Cordue & conſules qui nunc ſunt aut erunt in poſterum ejusdem conmunitatis ſeu univerſitatis faciant ſeu conſtruant aut fieri ſeu conſtrui faciant capellam unam ſine prejudicio matricis eccleſie parochialis in dicto caſtro de Cordua in loco & in forma latitudine longitudine ſeu magnitudine ſive quantitate de quibus loco & forma ſeu quantitate nec non de providendo alicui miniſtro ſacerdoti de neceſſariis & condecentibus ſtipendiis victui ſuo ut ibidem miſſam celebrando poſſit & debeat deſervire duxerimus ordinandum, ad expenſas & ſumptus dicte univerſitatis ſeu conmunitatis dicti Caſtri taxandas ſeu taxandos ad noſtrum arbitrium de bonorum ac proborum virorum conſilio. Eamdemque capellam teneantur ornare de veſtimentis ac paramentis ſacerdotalibus & altaris condecentibus & de calice ac libro miſſali, & aliis ornamentis, & picturis congruis ſeu neceſſariis. Dictaque capella ſit intitulata in honore ac nomine ſancti Petri Martiris de ordine predicatorum, & beate Cecilie virginis & Martyris & ſancti Ludovici regis, & ſancti Dominici confeſſorum. Fiantque inſuper ſumptibus & expenſis predicte univerſitatis ſeu conmunitatis pro predictis quatuor ſanctis ſuper altare dicte capelle in eorundem ſanctorum veneracionem ac nomen quatuor ymagines lignee vel lapidee. Item fiant exterius ſuper hoſtium dicte capelle una ymago lapidea epiſcopi albienſis, & due ymagines duorum inquiſitorum hinc & inde in habitu Ordinis predicatorum. Item ordinamus ac precipimus ſub virtute preſtiti juramenti, & ſub pena quingentarum librarum turonenſium ad noſtrum arbitrium ponendarum in operibus pietatis quod predicti conſules ſeu conmunitas caſtri Cordue predictam capellam cum omnibus & ſingulis ſuperius expreſſatis infra biennium à preſenti die fieri ſeu conſtrui faciant & conpleri. Alioquin predictam penam quingentarum librarum
141. turonenſium ex tunc incurrant, & nichilominus ad faciendum predictam capellam cum omnibus & ſingulis ſuperius expreſſatis facere teneantur. Et niſi infra ſequens aliud biennium predicta conpleverint aliam conſimilem penam quingentarum librarum incurrant, & ad faciendum & conplendum predicta per nos aut ſucceſſores noſtros per cenſuram eccleſiaſticam conpellantur. Retinemus nichilominus nobis ordinacionem faciendam de quibusdam perſonis ſingularibus de dicta conmunitate, usque ad ſex vel octo quas hodie vel craſtina die vocare proponimus nominatim, & quia amplius deliquerunt eisdem ultra predicta aliquas ſalutares penitencias injungemus. De dampnis vero datis prefato domino B. quondam epiſcopo & eccleſie albienſibus & officio inquiſicionis & inquiſitoribus noſtris predeceſſoribus de quibusvis perſonis ipſis adherentibus, & de expenſis per eos factis occaſione negocii ſupradicti dictam univerſitatem ac ſingulares perſonas ejusdem oneramus ut ipſi & eorum quilibet ſatisfaciant de predictis prout & perſonis quibus & quantum ſecundum Deum & juxta jura tenentur. Retinemus inſuper nobis & noſtris ſucceſſoribus epiſcopis & inquiſitoribus plenam & liberam poteſtatem mitigandi ſeu conmutandi aut remittendi in predictis penitenciis, ac etiam declarandi & interpretandi ſi quid in predictis interpretacione ſeu declaracione aliquatenus indigeret. De quibus omnibus & ſingulis ſupradictis per ipſos conſules & conſiliarios ac per ipſam univerſitatem dicti caſtri ibidem preſentes propoſitis petitis ſupplicatis promiſſis & juratis, ac etiam per ipſos inquiſitores ac dicti domini epiſcopi conmiſſarium predictum factis dictis reſponſis & ordinatis & aliter ſuper quomodolibet pronunciatis. Idem inquiſitores & conmiſſarius mandaverunt voluerunt & requiſiverunt fieri per nos notarios ſupra & infraſcriptos unum vel plura publica inſtrumenta, conſencientibus omnibus ſupradictis, & ea approbantibus & ratificantibus ipſis conſulibus conſiliariis & univerſitate ſeu conmunitate ibidem preſentibus ante dictis. Quibus inſtrumentis ſigilla domini epi-

epiſcopi albienſis predicti & inquiſitorum predictorum & dicti conmiſſarii & etiam conſulatus dicti caſtri voluerunt appendi. Acta fuerunt hec omnia in dicta platea mercati caſtri Cordue, anno die indictione & pontificatus anno quibus ſupra, preſentibus venerabilibus & diſcretis viris dominis Guilielmo de boſco judice albigeſii domini regis, Germano de miravalle procuratore incurſuum hereſis domini regis in ſeneſcallia Tholoſana, Bernardo Amati granaterio regio in ſeneſcallia Carcaſſonenſi, Poncio de Vado procuratore domini regis in judicatura albienſi, Petro de Albia notario domini epiſcopi albienſis, Johanne de barrio rectore de corrumpino dicte dyoceſis albienſis, Jacobo Marqueſii rectore eccleſie de Anicio Caſtrenſis dyoceſis notario inquiſicionis Tholoſe, Religioſis viris fratribus Hugone de Marciaco provinciali predicto, Petro ſicardi, Petro de annoriis ſociis dictorum inquiſitorum, & fratre Guilielmo clavarii ordinis predicatorum, & magiſtro Johanne Chatmarii notario Carcaſſonenſi teſtibus ad premiſſa, & multis aliis in multitudine copioſa. Tenor vero literarum domini epiſcopi albienſis predicti ſuper conmiſſione facta prefato domino Iterio canonico engoliſmenſi conmiſſario de quibus ſuperius facta eſt mentio ſpecialis ſequitur in hiis verbis. Beraldus miſeracione divina epiſcopus albienſis, dilecto in Chriſto ſocio noſtro domino Iterio de brolio canonico engoliſmenſi ſalutem in domino. Suſcepti noſtri regiminis cura ſollicitat, & inter omnes 141.b.
noſtras ſollicitudines illa nobis eſt precipua, ut à noſtris civitate & dyoceſi labes pravitatis heretice extirpetur. Hinc eſt quod cum de diſcrecione & fidelitate veſtra quam plurimum in Domino confidamus, poteſtatem inquirendi & aliter modo quolibet procedendi contra quoscunque hereticos credentes fautores receptatores defenſores & alios quoslibet noſtre civitatis & dyoceſis predictarum labe predicta ſuſpectos ſeparatim vel conjunctim cum inquiſitore ſeu inquiſitoribus in regno Francie à ſede apoſtolica deputatis, nec non proceſſus factos & faciendos per vos ac per predeceſſores noſtros ſe conmiſſarios eorundem quomodolibet incohatos dictis inquiſitoribus ſeu alteri ipſorum conmunicandi ſeu per dictos inquiſitores ſeu altero ipſorum factos & faciendos videndi & inſpiciendi ac cum eis ſeu altero eorundem in prolacione ſententiarum conveniendi & ſententiandi eosdem, ipſisque ex cauſa graciam faciendi, & omnia alia que nos faceremus ſi preſentes eſſemus, & que in premiſſis & premiſſa tangentibus erunt neceſſaria ſeu etiam opportuna exercendi vobis tenore preſencium duximus conmittendam, donec eam ad nos duxerimus revocandam, quam conmiſſionem revocare non intendimus ſi per nos in inquiſicione predicta quandoque procederetur ſeu ſentencia proferretur. Mandantes omnibus nobis ſubditis ut vobis in premiſſis pareant & intendant. In quorum teſtimonium preſentes literas ſigillo noſtro ſigillatas vobis duximus concedendas. Datum Albie ſecunda die Octobris, anno Domini M°. CCC°. XVIII°. Actum & ſcriptum anno die indictione & pontificatus anno quibus ſupra, per nos Mennetum de Roberticuria, clericum tullenſis dyoceſis & Guilielmum Juliani de Roëria clericum Lemovicenſis dyoceſis publicos & officii inquiſicionis pravitatis heretice notarios, qui premiſſis omnibus & ſingulis una cum ſupraſcriptis teſtibus preſentes fuimus, & de predictis omnibus inſtrumenta recepimus, & quilibet in prothocollo ſuo eadem ſcripſimus mandati juſſi & requiſiti tam per dictos dominos inquiſitores & conmiſſarium domini epiſcopi predictum, quam per conſules conſiliarios & univerſitatem dicti caſtri Cordue ſupradictos.

(LS) *Ego vero Guilielmus Juliani de Roeria clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & notarius auctoritate domini noſtri regis ac officii inquiſicionis Tholoſe predictus premiſſa omnia & ſingula manu propria ſcripſi & in hanc publicam formam redegi meoque ſigno ſolito conſignavi. Que omnia ſcripta fuerunt incluto principe Domino Philippo rege Francorum & Navarre regnante.*

Et ego Mennetus de Roberticuria clericus tullenſis dyoceſis publicus imperiali & regia auctoritate ac officii inquiſicionis predicte notarius ſupradictus una cum predicto magiſtro Guilielmo Juliani notario, ac etiam teſtibus ſupradictis premiſſis om-

142. nibus & ſingulis preſens interfui & una cum ipſo recepi, & in prothocollo meo ſcripſi, & idcirco facta collacione diligenti de preſenti inſtrumento per eundem magiſtrum Guilielmum ſcripto & ſignato ad meum & ſuum originale prothocollum quia ipſum inſtrumentum cum ipſo prothocollo concordare inveni in eo me ſubſcripſi & ſignum meum appoſui, inclito principe domino Philippo rege Francorum & Navarre regnante.

Et ad majorem omnium & ſingulorum premiſſorum certitudinem ac firmitatem, Nos Beraldus miſeracione divina Albienſis epiſcopus, & nos fratres Bernardus Guidonis & Johannes de belna inquiſitores, & Iterius de brolio conmiſſarius ejusdem domini epiſcopi ſupradicti ſigilla noſtra, & nos conſules caſtri Cordue ſupranominati ſigillum conſulatus predicti caſtri huic preſenti publico inſtrumento apponi fecimus & appendi, anno Domini M°. CCC°. XXI. menſis Julii die prima.

Tenore preſencium notum fiat preſentibus & futuris, quod nos frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, & Iterius de brolio canonicus engolismenſis conmiſſarius officio inquiſicionis & ad ea que ad dictum officium pertinent in civitate & dyoceſi albienſi per reverendum in Chriſto patrem dominum Beraldum divina gracia albienſem epiſcopum deputatus collacione ac deliberacione prehabita de loco & forma & quantitate capelle que per nos pronunciata eſt fienda & inpoſita & injuncta ut fiat ſumptibus & expenſis conmunitatis Cordue in caſtro de Cordua, ſicut in inſtrumento publico ſuper hoc & ſuper aliis confecto plenius continetur, Ordinamus declaramus & pronunciamus atque mandamus quod fiat dicta capella in introitu caſtri de Cordua juxta hoſpitale ſancti Jacobi de ſubtus via publica media in loco quem ſubjectum oculis vidimus cum multis bonis viris dicti caſtri. Item quod ſit latitudinis trium cannarum cum dimidia, & ſeptem cannarum cum dimidia, & ſeptem cannarum longitudinis infra parietes, & ſit teſtudinata de lapide, & habeat caput rotundum, & ſit altitudinis que proporcionaliter reſpondeat magnitudini ejusdem judicio peritorum magiſtrorum in arte edificandi. In quorum teſtimonium & munimentum nos prefati inquiſitores & conmiſſarius ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Datum albie, anno Domini M°. CCC°. XXI°. ultima die menſis Junii.

Sentencia contra magiſtrum Guillermum garrici.

142.b. IN nomine Domini amen. Quoniam nos frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie & ſpecialiter in partibus Carcaſſonenſibus & Tholoſanis per ſedem apoſtolicam, & Bertrandus de Auriaco rector eccleſie de Vilardonello ac canonicus montis regalis inquiſitor in civitate ac dyoceſi carcaſſonenſi pravitatis ejusdem per reverendum in Chriſto patrem dominum P. divina gracia carcaſſonenſem epiſcopum deputati, per acta & proceſſus officii inquiſicionis Carcaſſonenſis ac per depoſiciones teſtium juratorum in judicio receptorum invenimus & legitime nobis conſtat quod tu magiſter Guillerme Garrici de carcaſſona legum profeſſor preſens interfuiſti in hereticacione cujuſdam perſone in infirmitate de qua convaluit facta per hereticos ſecundum modum & ritum hereticandi perſonas, & ibidem facta hereticacione cum aliis perſonis aſſiſtentibus hereticos adoraſti more hereticorum dicendo benedicite flexis genibus coram ipſis. Item quod interfuiſti & conſenciſti in conſilio & tractatu cum quibusdam aliis perſonis quod libri inquiſicionis carcaſſonenſis in quibus erant ſcripte confeſſiones & depoſiciones de facto hereſis in eadem inquiſicione carcaſſonenſe furtim ſeu clam per quendam hominem familiarem domus inquiſicionis & inquiſitoris carcaſſonenſis haberentur ſubriperentur & conburerentur promiſſa certa pecunia & quantitate illi homini per quem dicti libri erant ſubripiendi & reddendi ipſis tractantibus, ut ſic deperiret & aboleretur memoria librorum & confeſſionum & depo-

poſicionum contra reos ſeu culpabiles de hereſi, in impedimentum ac prejudicium officii inquiſicionis & fidei, & in fomentum heretice pravitatis. Et ibidem in dicto tractatu cum aliis perſonis aſſiſtentibus hereticos ibidem exiſtentes more hereticali predicto etiam adoraſti. De quibus tu predicte Guillerme garrici non fuiſti olim confeſſus inter alia per te conmiſſa & dudum confeſſata de facto hereſis in judicio, prout de confeſſatis per te in actis & libris inquiſicionis plenius continetur, nec etiam de predictis penitenciam habuiſti aliquam usque modo. Item quod dudum tu magiſter Guillerme garrici poſt confeſſionem à te factam de facto hereſis, & poſt abjuracionem tuam, & poſt juramentum preſtitum de parendo mandatis eccleſie & inquiſitorum multipliciter & graviter te oppoſuiſti officio inquiſicionis & inquiſitoribus heretice pravitatis perturbando & impediendo eorundem inquiſitorum ſentencias & proceſſus dando conſilia aliis & inducendo ac concitando plures alios contra predictos inquiſitores & officium eorundem publice & privatim. Item fuiſti rebellis & inobediens pluries inquiſitoribus & ad rebellandum nonnullos alios incitaſti conſuluiſti & tractaſti contra promiſſiones & obligaciones per te factas, nec non contra juramentum proprium temerarie veniendo ſuſtinuiſtique exconmunicacionis ſententiam pertinaciter per plures annos, & penas ad quas te prius obligaveras inveniris pluries incurriſſe, ſicut de predictis per acta & proceſſus inde factos plenius invenitur. De quibus inpedimentis preſtitis per te ac rebellionibus & inobedienciis fuiſti reſervatus ſpecialiter & expreſſim ad puniendum aliter per inquiſitores & ſucceſſores eorum quando fuiſti ad carcerem muri per ſententiam condempnatus ſicut in eadem ſentencia expreſſius continetur, nec dum de ipſis usque adhuc penitenciatus extitiſti ſeu punitus. Demum cum per nos prefatum fratrem Johannem de belna inquiſitorem fuiſſes pluries in judicio requiſitus ut de predictis culpis conmiſſis per te in hereſi de quibus per teſtes convinceris, & confeſſus non fuiſti aliter nec punitus confitereris & recognoſceres in judicio plenariam veritatem poſt negativam tuam ac diffugia multa nec non detencionem perſone tue, & poſt apellaciones frivolas per te interjectas tu magiſter G. garrici uſus conſilio ſaniori dixiſti & ſcripſiſti & coram nobis in judicio recognoviſti quod quamvis de predictis conmiſſis in hereſi de quibus convinceris non recordareris in ſpeciali tum propter tuam ſenectutem magnam tum etiam propter diſtanciam temporis longioris, tamen ſupponebas & reputabas eſſe vera predicta que in dictis actis & proceſſibus inveniuntur de hereſi contra te de quibus tibi copia facta fuit, & ſuper illis ac ſuper aliis impedimentis rebellionibus & inobedienciis antedictis de quibus nullam adhuc penitenciam habueras, te ſuppoſuiſti & ſubmiſiſti voluntati & ordinacioni inquiſitoris petens graciam & miſericordiam tibi fieri, nec non à ſentencia exconmunicacionis lata à canone ac etiam ab homine contra tales, & ſpecialiter contra te abſolucionis beneficium tibi inpendi. Abjuraviſtique coram nobis hereſim in judicio, ac juraſti parere mandatis eccleſie & noſtris & ſucceſſorum noſtrorum in officio inquiſitionis prout ſequitur ſub hac forma. Ego magiſter G. garrici de carcaſſona profeſſor legum in judicio conſtitutus coram vobis inquiſitoribus prefatis abjuro penitus omnem hereſim extollentem ſe adverſus fidem catholicam Domini Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie, & omnem credenciam hereticorum cujuscunque ſecte dampnate per eandem Romanam eccleſiam, & omnem favorem & receptacionem defenſionem & participacionem hereticorum ſub pena que de jure debetur relapſis in hereſim in judicio abjuratam. Item juro & promitto me credere & tenere ac ſervare fidem Catholicam quam eadem ſancta Romana eccleſia predicat & obſervat. Item juro atque promitto me pro poſſe meo perſequi hereticos cujuscunque ſecte dampnate & credentes & fautores & receptatores & defenſores eorum, ac etiam illos quos ſcirem aut crederem pro hereſi fugitivos & quemlibet predictorum & facere eos capi & reddi pro poſſe meo inquiſitoribus heretice pravitatis ubicunque & quandoque ſcivero eſſe predictos vel aliquem de predictis. Item juro atque promitto ſimpliciter obedire & parere mandatis eccleſie & veſtris & ſucceſſorum veſtrorum, & nunquam fugere nec me ſcienter & contumaciter abſentare. Item juro atque promitto me

143.

Abjuracio.

ſuſcipere & pro poſſe meo conplere penam ſeu penitentiam quam mihi duxeritis
Abſolucio. injungendam. Et ad hoc obligo me & omnia bona mea. Nos vero prefati inquiſitores juramento & abjuracione predictis receptis à te magiſtro G. abſolvimus te ab exconmunicacionis ſentenciis memoratis cum pſalmo penitenciali & oracione in hu-
143.b. jusmodi conſuetis ſub hac forma. Nos prefati frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna & Bertrandus de Auriaco inquiſitores auctoritate Dei & officii inquiſicionis qua fungimur abſolvimus te magiſtrum Guillermum Garrici à ſentencia exconmunicacionis qua tenebaris ligatus propter illa de quibus convictus es in hereſi conmiſiſſe & que ſupponis & reputas eſſe vera & propter alia ſuperius expreſſata,
Penitencie. ſi tamen de corde bono & fide non ficta redieris ad eccleſie unitatem, & ſi ſervaveris illa que tibi per nos injuncta fuerint & mandata. Et quia tu magiſter G^e. Garrici in Deum & ſanctam matrem eccleſiam ac fidem catholicam & officium inquiſicionis predictis modis temere ſic deliquiſti Chriſti nomine invocato habentes pre oculis ſolum Deum de bonorum virorum tam religioſorum quam ſecularium ac peritorum in utroque jure conſilio, die & loco preſentibus ad hanc noſtram ferendam ſentenciam & penitenciam injungendam tibi peremptorie aſſignatis ſedentes pro tribunali ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis. Aſſiſtentibus nobis venerabilibus diſcretis ac religioſis viris infraſcriptis inponimus & injungimus tibi auctoritate qua fungimur in penitenciam & nomine penitencie pro predictis culpis & exceſſibus ſub debito à te preſtiti juramenti quatinus in primo generali paſſagio tenearis perſonaliter transfretare ibidem moraturus usque ad noſtrum aut ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum ſeu mandatum. Aut ſi legitime fueris inpeditus tenearis transmittere loco tui ſufficientem & ydoneum bellatorem in ſubſidium terre ſancte tuis ſumptibus & expenſis. Medio vero tempore ante paſſagium predictum egrediaris à toto regno Francie moraturus extra dictum regnum continue ſicut advena & peregrinus, nec non poſt dictum paſſagium ſi te loco tui contingeret mittere ut premittitur aliquem bellatorem. Morerisque extra dictum regnum in loco ſeu locis quem vel que nos vel noſtri ſucceſſores tibi duxerimus aſſignanda, & ſi nobis viſum fuerit pro tempore inmutanda. In eo vero caſu in quo predictam tibi injunctam penitenciam non conpleveris aut conplere recuſaveris aut officio inquiſicionis te oppoſueris quoquo modo aut contra jurata vel abjurata per te feceris aut veneris, & de predictis predictorumve aliquo conſtiterit etiam levi argumento nobis aut noſtris ſucceſſoribus, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc in hiis preſentibus ſcriptis ſedentes pro tribunali auctoritate predicta qua fungimur te prefatum magiſtrum Guillermum Garrici ad perpetuum muri carcerem ſentencialiter condempnamus in loco inter civitatem carcaſſonam & fluvium Araris ſito & perſonis culpabilibus pro hereſi deputato. Monemus autem te prefatum magiſtrum Guillermum Garrici ſemel ſecundo & tercio peremptorie & preciſe & ſub virtute à te preſtiti juramenti tibi precipimus & mandamus quod dictum regnum Francie infra xxx. dierum ſpacium egrediaris & ad locum tibi deputandum accedas, nec ad dictum regnum regrediaris tuam ibidem penitenciam conpleturus, nec unquam directe vel indirecte clam vel palam per te vel per alium inquiſicionis offi-
144. cio te opponas, nec ſe opponentibus preſtes conſilium auxilium vel favorem. Quod ſi predicta non ſervaveris aut contra predicta ſeu aliquid predictorum veneris aut feceris, vel etiam aliter inpenitentem te exhibueris ſeu contra illa que juraſti & abjuraſti illorumve aliquid ſcienter venire preſumpſeris, Nos te ultra penas alias à jure vel ſecundum jura tibi inflictas ſeu etiam infligendas, predicta noſtra monicione premiſſa ex nunc in hiis preſentibus ſcriptis exconmunicacionis vinculo innodamus, penas predictas infligendi tibi & aliter contra te ut juſtum fuerit procedendi reſervantes nobis expreſſe plenariam poteſtatem. Per modum quoque premiſſum monemus omnes & ſingulos cujuscunque dignitatis gradus aut condicionis exiſtant ne te magiſtrum ad hujusmodi mandatorum noſtrorum transgreſſionem inducere, aut te transgredientem mandata noſtra ſcienter recipere ſeu tibi auxilium conſilium vel favorem inpendere quoquo modo preſumant. In illos autem qui contrarium fece-

rint

rint ultra penas alias à jure ſtatutas ex nunc monicione premiſſa in hiis preſentibus ſcriptis exconmunicacionis ſenteniam promulgamus. Confitearis quoque magiſter Guillerme peccata tua ter in anno, ſcilicet ante natale paſcha & pentechoſten, & in eisdem feſtivitatibus conmunices niſi abſtinueris de conſilio proprii ſacerdotis, ſingulis vero diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audias ex integro, & ſermonem qui fiet in locis in quibus fueris, niſi legitime valeas excuſari. Item ab omni opere ſervili abſtineas diebus dominicis & feſtivis colendis, officiisque publicis quibuscunque tuo vel alterius nomine non fungaris. Divinaciones & ſortilegia non obſerves, fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas ac jura eccleſiarum & officium inquiſicionis heretice pravitat:s pro viribus tuearis. Qua ſentencia lata lecta & publicata per dictos inquiſitores prius in latino & poſtmodum expoſita ſubſtancialiter in vulgari, predictus magiſter Guillermus garrici flexis genibus conploſis manibus cum humilitate dixit quod predicta acceptabat gracias agens & reddens primo domino Jeſu Chriſto, & poſtmodum dictis inquiſitoribus de graciis hujusmodi ſibi factis. De quibus omnibus & ſingulis ſupradictis prefati inquiſitores voluerunt & mandaverunt per nos notarios infraſcriptos & noſtrum quemlibet unum vel plura fieri publica inſtrumenta. Acta fuerunt hec in civitate Carcaſſone in aula domus inquiſicionis anno Domini M°. CCC°. XXI°. indictione IIII. die XIIII. Julii, pontificatus ſanctiſſimi patris & domini domini Johannis divina providencia pape XXII. anno V°. Preſentibus nobilibus viris domino Hugone Guiraudi milite ſeneſcallo carcaſſonenſi, Roſtagno payrerii judice majore carcaſſonenſi, Johanne locherii ſerviente armorum vicario carcaſſonenſi, Ac venerabilibus & diſcretis viris, dominis Raymundo Graſſi priore de manſo, Johanne de Varenis ſacriſta, Vaſcone de rupe forti archidyacono minori, Petro de rupe archipresbitero majore, Arnaldo de pomariis archipresbitero minore canonicis eccleſie Carcaſſonenſis, & Bernardo de rupe rectore eccleſie de Arzenchis, Bernardo Andree alias dicto de Carcaſſone canonico Narbonenſi, Arnaldo Caſtellarii regente officialatum carcaſſonenſem, Guilielmo lanſa jurisperito bitterenſi, 144.b.
Friſco Richomanni legum doctore, Petro de Raxiaco rectore eccleſie de conchis, Bernardo Amoroſi rectore eccleſie de moſſolinchis, magiſtro Guilielmo Cathalani jurisperito Narbonenſi, Magiſtris Petro Vitalis, Petro Guilha, Guilielmo de lotis, Bernardo Johannis, Johanne de Calmis juriſperitis, Raymundo folcandi, Arnaldo aſſalhiti procuratoribus domini regis, Germano beſſi de podio nauterii, Guilielmo bonaſſie, Arnaldo ſicredi notariis carcaſſonenſibus, Carminano Jacobi theſaurario carcaſſonenſi, & Guilielmo Arnaldi de pariſius, Petro durandi, Guilielmo Rotgerii, Raymundo Vilamartini conſulibus carcaſſonenſibus, Religioſis viris fratribus Guilielmo de belafar priore, Petro bruni lectore, Raymundo de rupe, Bernardo bricii, Guilielmo de ſolario, Guilielmo de ſalaviridi ordinis predicatorum conventus Carcaſſonenſis, & Petro ſicardi, & Petro de armoriis ejusdem ordinis ſociis dictorum dominorum inquiſitorum, Bernardo columba gardiano, Johanne maleti lectore, Guilielmo bellerini, Raymundo reparie ordinis fratrum minorum conventus caraſſonenſis, Jacobo de Vallebrario priore & lectore, Johanne groſſi, Raymundo groſſi, Jacobo mini ordinis de carmelo conventus carcaſſonenſis, Stephano cavalli, Petro de malo paſſu ordinis ſancti Auguſtini, Magiſtris Philippo de corterario, Guilielmo garini notariis carcaſſonenſibus, & pluribus aliis in multitudine copioſa teſtibus ad premiſſa Et nobis Petro boerii rectore eccleſie de inſulis, Bartholomeo Adalberti dyoceſis carcaſſonenſis, Menneto de Roberticur clerico tullenſis dyoceſis, & Guilielmo Juliani clerico lemovicenſis dyoceſis notariis publicis qui predictis interfuimus, & de predictis omnibus inſtrumenta recepimus per dictos inquiſitores ut premittitur requiſiti.

Penitencia de Crucibus.

145. IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti amen. Quoniam nos frater Jacobus miſeracione divina Appamienſis epiſcopus & fratres Bernardus Guidonis & Johannes de belna ordinis predictorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati per inquiſicionem legitime factam & per confeſſiones proprias factas in judicio legitime nobis conſtat, quod tu Mengardis uxor Bernardi buſcal quondam de pradis de alione, & tu Guilielma uxor Petri Clerici de monte alione dyoceſis appamienſis, tam graviter & tam multipliciter in hereſi deliquiſtis ſicut vobis lectum & recitatum eſt hic intelligibiliter in vulgari. Idcirco Nos epiſcopus & inquiſitores prefati vobis prout aſſeritis redire volentibus ad eccleſiaſticam unitatem abjurata primitus per vos omni hereſi & hereticorum credencia & fautoria publice in judicio coram nobis, promittentibus que ad ſancta Dei euangelia parere ſimpliciter mandatis eccleſie & noſtris, obtento etiam à nobis per vos abſolucionis beneficio ab exconmunicacionum ſentenciis quibus ligati eratis pro culpis & erroribus predictis hac die & loco vobis per nos ad recipiendum penitenciam pro conmiſſis peremptorie aſſignatis, ſendentes pro tribunali ſacroſanctis euangeliis Jeſu Chriſti poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, de conſilio plurium ſapientum & peritorum in jure canonico & civili tam ſecularium quam religioſorum & aliorum diſcretorum virorum ſuper hoc habito deligenti, nomine penitencie & pro penitencia tibi Mengardi & tibi Guilielme predictis penitencias inponimus que ſecuntur, Videlicet quod tu Mengardis predicta cruces ſimplices & tu Guilielma predicta que gravius deliquiſti cruces duppliçes de filtro crocei coloris in omni veſte veſtra ſuperiori perpetuo portetis, unam videlicet in pectore, & aliam poſterius inter ſpatulas, ſine quibus prominentibus & apparentibus infra domum vel extra de cetero nullatenus incedatis, quarum quantitas in longitudine, videlicet ſimplicium ſit duorum palmorum, & aliarum ſcilicet dupplicium duorum palmorum & dimidii in longitudine, habeatque quod libet brachium in ſe trium amplitudinem digitorum, eaſque reficiatis vel renovetis continuo ſi rumpantur vel cum fuerint vetuſtate conſumpte, & nichilominus vobis inponimus & nomine penitencie injungimus peregrinaciones que ſecuntur, videlicet quod viſitetis ſemel eccleſias, & omnes peregrinaciones minores, item generalia.

Lata fuit hec ſentencia anno Domini M°. CCC°. XXI°. inductione IIII. die dominica in craſtino beati Petri ad vincula ſcilicet die ſecunda menſis Auguſti pontificatus ſanctiſſimi patris & domini noſtri domini Johannis divina providencia pape XXII. anno quinto, in cimiterio ſancti Johannis martiris extra muros civitatis appamienſis, Preſentibus reverendo patre domino R. Dei gracia epiſcopo Mirapiſcenſi, & venerabili in Chriſto patre domino Guilielmo abbate monaſterii de belbona Ciſtercienſis ordinis, & religioſis viris domino B. de ſavarduno, & Macro Canonico fuxenſi, ac diſcretis viris magiſtris Arnaldo de Verdala officiali Mirapiſcenſi, & Bernardo faxerii officiali appamienſi, Maurando & Poncio de Villamuro canonicis ſancti Saturnini Tholoſe, & Religioſis viris fratribus Galhardo de pomerio priore, Arnaldo de Caſlario ordinis predicatorum conventus Appamienſis, Petro de Armoriis & P. Sicardi ſociis dictorum inquiſitorum, Fratribus David & Johanne Guilhardi monachis ſociis domini epiſcopi Appamienſis, dominis Germano de caſtro novo archidyacono Appamienſi, Bertrando de Marcafana priore de Uſſaco, de Raymundo de bajolis prepoſito de Rauato, Guilielmo barlas priore de frontinhiano & de Vernaco, & Magiſtris Raymundo de malo lupo, & Marcho notariis. Et nobilibus viris Petro flequeru actore nobilis domine domine comitiſſe fuxenſis, Bertrando de vernollo vicario, Amalrico de Furino domino de podio cherico, Lupo de fuxo, Sycardo de bello podio, Jacobo de querio, Guilielmo bernardi de aſnava,

Eſqui-

Esquino de monte lauro, Guilielmo de sancto Saturnino, Bernardo durfort, domicellis, nec non consulibus Appamiensibus, & consulibus de ax ac consulibus de tarascone, & pluribus aliis in multitudine numerosa testibus ad premissa. Et nobis Guilielmo Juliani inquisicionis Tholosane, & Batalha de penna Appamiensis, & Menneto de Roberticur inquisicionis Carcassonensis notariis qui premissis interfuimus & hec recepimus.

Sentencia inmuracionis. 145.b.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Quoniam nos frater Jacobus miseracione divina appamiensis episcopus, & fratres Bernardus Guidonis & Johannes de belna ordinis predicatorum inquisitores prefati per inquisicionem legitime factam & per proprias confessiones receptas in judicio invenimus & nobis constat quod tu Arnaldus fabri de monte alione, & tu Guilielmus auterii ejusdem loci, & tu alazaycis uxor den Vernaus de villa de vernaus parochie de podio, & tu alaycis uxor Arnaldi fabri de monte alionis, & tu Alamonda uxor Johannis Guilaberti, & tu Guilielma uxor Guilielmi beneti quondam de monte alione appamiensis dyocesis tam graviter & tam enormiter in heresi deliquistis prout vobis publice recitatum & lectum est hic intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos episcopus & inquisitores predicti vobis prout asseritis redire volentibus ad ecclesiasticam unitatem, & omnem heresim iterum abjurantibus, jurantibus ac promittentibus mandatis ecclesie & nostris simpliciter obedire, obtento à nobis absolucionis beneficio ab exconmunicacionis sentenciis quibus ligati eratis pro culpis per vos conmissis in criminibus memoratis hac die & loco vobis per nos ad audiendum diffinitivam sentenciam peremptorie assignatis, sedentes pro tribunali sacrosanctis euangeliis Jesu Christi positis coram nobis ut de vultu divino nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem, de consilio plurium sapientum & peritorum in jure canonico & civili & aliorum discretorum virorum tam religiosorum quam secularium super hoc habito diligenti ad agendum penitenciam de premissis ad perpetuum carcerem muri inter fluvium Araris & civitatem Carcassonam te Arnaldum fabri & te Guilielmum Auterii predictos, nec non & vos alios supra nominatos ad carcerem muri castri de alamannis, ubi panis & aqua solummodo vobis ministrentur, in & cum hiis scriptis sentencialiter condempnamus. Et quia tu Alazaycis uxor den Vernaus de Vernaus parochie de podio, & tu Alaycis uxor Arnaldi fabri de monte Alione & tu Alamanda uxor Johannis Guilaberti de monte Alione & tu Guilielma uxor Guilielmi beveti quondam de monte alione predicte gravius & enormius in facto heresis deliquistis, ad perpetuum carcerem stricti muri predicti castri de Alamannis cum vinculis & cathenis ferreis in pedibus, ubi panis doloris & aqua tribulacionis vobis solummodo ministrentur, in & cum hiis scriptis sentencialiter condempnamus. Monentes vos omnes singulos supradictos canonice & peremptorie ac precipientes vobis sub virtute prestiti juramenti quod in continenti ad dictos carceres vobis ut premittitur deputatos celeriter accedatis & vos intrudatis in eisdem, & post ingressum hujusmodi &c. Lata fuit hec sentencia anno die loco & presentibus testibus quibus supra in penitencia supra scripta & nobis notariis suprascriptis.

Sentencia contra relapsum.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Quoniam nos frater Jacobus miseracione divina appamiensis episcopus auctoritate nostra ordinaria, & ex conmissione religiosorum virorum inquisitorum Carcassone & Tholose predictorum ibidem presencium per inquisicionem legitime factam & propriam confessionem tuam receptam in judicio invenimus & nobis constat quod tu Guilielme fortis de monte alione coram bone memorie fratre Gaufrido de abluseis quondam inquisitore carcassonense acusatus tanquam suspectus de heresi & citatus ac detentus in carcere edu-

eductusque inde confessus fuisti te nonnulla in facto heresis conmisisse, pro quibus omni heresi per te primitus in judicio abjurata nomine penitencie cruces tibi inposite fuerunt in omni veste tua deferende, & certe peregrinaciones injuncte, prout de predictis constat tam per confessionem tuam quam per patentes literas inquisitoris prefati. Post que confessus fuisti in judicio coram nobis te hereticacionem cujusdam persone quam nominas sciviſſe & hereticum adorasse, & in credencia hereticorum aliquo tempore fuisse, de quibus tam coram predicto inquisitore minime confessus fuisti, quia tunc non recolebas ut dixisti. Item dixisti quod ad instructionem Guilielmi beneti credentis hereticorum xx^ti anni possunt esse vel circa credidisti quod sacerdos peccator vel in peccato existens non poterat absolvere confitentem sibi de peccatis suis eque bene sicut bonus. Item dixisti quod postquam audiveras dici & predicari in ecclesia
146. futuram esse resurrectionem corporum humanorum, tamen ad instructionem predicti Guilielmi circa idem tempus credidisti resurrectionem corporum humanorum nullo modo futuram esse, & in credencia predictorum fuisti usque ad tempus illud in quo confessus fuisti de aliis coram inquisitore predicto. Item credidisti quod licet anime humane venirent ad judicium Christi non tamen venirent in corporibus suis. Item quod anime humane malorum hominum egresse de corporibus & ante judicium & post irent per los bausses e per los tertres, hoc est dictum per rupes & per precipicia, & quod demones de rupibus precipitabant eas. Item quod anime humane egresse de corporibus habent carnes & ossa manus & pedes & omnia membra sua, que licet precipitentur per demones per rupes & ex hoc doleant tamen nunquam mori possunt. Et tunc abjurata per te omni heresi recessisti à credencia dictorum errorum, ut dixisti, & omnium aliorum. Postmodum vero confessus fuisti & firmiter asseruisti pluries repetitus quod tres anni sunt vel quatuor quod ad predictorum errorum credenciam rediisti & tenuisti & credidisti firmiter ut prius quod sacerdos peccator non potest absolvere à peccatis equę bene sicut bonus. Item asseruisti te credere quod resurrectio corporum humanorum nullo tempore fit futura, & in ista credencia fuisti à dicto tempore usque ad illud tempus in quo fuisti coram nobis episcopo predicto confessus. Et quoniam tu prefate Guilielme fortis postquam alias confessus fueras te in facto heresis conmisisse, & promiseras atque juraveras parere mandatis ecclesie, & abjuraveras omnem heresim in judicio, fuerasque absolucionis beneficium ab exconmunicacionis sentencia assecutus, ex tunc tanquam canis ad vomitum redeundo in abjuratam à te prius heresim & errores predictos deprehensus es per confessionem propriam sicut premittitur recidisse, per hoc te falso & ficte conversum ac perjurum & inpenitentem de crimine heresis & incorrigibilem ostendendo, omnique gracia & audiencia tanquam relapsus in heresim feceris te indignum, ita quod promissionibus & juramentis tuis nulla sit fides de cetero adhibenda. Idcirco nos prefatus episcopus auctoritate nostra ordinaria & ex conmissione religiosorum virorum inquisitorum Tholose & carcassone predictorum de multorum bonorum ac peritorum in utroque jure & religiosorum virorum maturo consilio prehabito habentes pre oculis solum Deum & orthodoxe fidei puritatem, sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis ut de vultu Dei nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem, sedentes pro tribunali die & loco presentibus ad audiendam diffinitivam sentenciam tibi Guilielmo peremptorie assignatis dicimus & per nostram diffinitivam sentenciam in hiis presentibus scriptis pronunciamus & declaramus te esse relapsum in heresim à te in judicio abjuratam; Et cum ecclesia ultra non habeat quod faciat pro tuis demeritis contra te, Idcirco te predictum Guilielmum tanquam talem relinquimus brachio & judicio curie secularis, eandem affectuose rogantes, prout suadent canonice sanctiones quatinus citra mortem & membrorum multilacionem circa te suum judicium & suam sentenciam moderetur, tibique penitenti & humiliter petenti sacramentum penitencie & heucharistie ministretur.

Lata fuit hec sentencia anno die loco & presentibus quibus supra, & nobis notariis suprascriptis.

Sen-

Sentencia duorum Valdenſium.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos Jacobus permiſſione divina Appamienſis epiſcopus, & frater B. Guidonis ac frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis generaliter in regno Francie & ſpecialiter in partibus Tholoſanis & carcaſſonenſibus ac vicinis per ſedem apoſtolicam deputati per acta & proceſſus inquiſicionis facte per nos epiſcopum antedictum, una cum religioſo viro fratre Galhardo gerente vices prefati fratris Johannis inquiſitoris in hac parte, invenimus nec non per reſponſiones & aſſerciones & recognicionem ſeu confeſſionem Johannis de Vienna civis Viennenſis & Huguete uxoris ejus factas ac repetitas in judicio coram nobis legitime nobis conſtat quod predictus Johannes tanquam ſuſpectus de hereſi ſecte illorum qui dicuntur Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno, fuit detentus à nobis epiſcopo ſupradicto noſtrisque carceribus mancipatus, fuitque requiſitus à nobis epiſcopo ſupradicto ut ſuper quibuſdam ſuper quibus inquirere intendebamus juraret dicere veritatem, qui jurare recuſavit pretendens cauſam fictam quod jurare non audebat, videlicet quia alias jurando morbum caducum incurrerat, nec jurare voluit nec juravit pluries requiſitus, addiditque interrogatus quod jurare pro veritate erat peccatum. Poſtmodum vero cum eſſet ſuſpectus de hereſi Valdenſium elapſis aliquibus menſibus requiſitus iterum quod juraret de veritate dicenda juravit, & cum prius dixiſet quod jurare peccatum erat, requiſitus quare modo juraverat noluit reſpondere nec fidem ſuam explicite pandere. Cumque fuiſſet captus cum Raymundo da la coſta heretico de ſecta Valdenſium per ſententiam declarato requiſitus recognovit ſe predictum Raymundum in multis locis vidiſſe & cum eo fuiſſe locutum & participaſſe. Poſtmodum canonice & pluries requiſitus in judicio ut juraret ſuper dicenda veritate de crimine hereſis de ſecta Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno jurare penitus recuſavit, fuitque ſibi intimatum ibidem & explicatum per nos epiſcopum antedictum jus ſcriptum quod quicunque ſuſpectus de fide conſtitutus in judicio requiſitus ut juret de veritate dicenda ſi jurare recuſaverit eſt velut hereticus judicandus, nec modo aliquo jurare voluit, quinymo dixit quod eum penitebat quia alias coram prefato epiſcopo & inquiſitore Carcaſſonenſi juraverat dicens quod jurando graviter peccaverat & credebat peccare ſi amplius juraret, nec ex tunc jurare voluit de veritate dicenda in judicio in cauſa fidei ſepius requiſitus. Item dixit ſe credere non eſſe aliquem locum purgatorium animarum in alio ſeculo poſt hanc vitam. Item quod non credebat quod oraciones miſſe & alia ſuffragia que fiunt pro mortuis in eccleſia illis valeant poſt hanc vitam. Item dixit quod in dicta credencia fuerat per annos XII. vel circa. Item requiſitus ſub pena ſentencie exconmunicacionis late in ſcriptis in ipſum niſi revelaret illos qui eum talia docuerant & conplices ſecte ſue nullo modo voluit revelare. Item dixit ſe credere predictam exconmunicacionis ſententiam non eſſe ſibi ad dampnacionem. Item fuit eidem expoſitum & explicatum quod illi qui dicunt eſſe peccatum jurare pro veritate dicenda in judicio, & maxime in cauſa fidei, & illi qui negant eſſe purgatorium animarum poſt hanc vitam, & qui negant ſuffragia eccleſie valere defunctis, ſunt exconmunicati. Dixit & aſſeruit ſe credere quod propter talem exconmunicacionem minime dampnaretur. Item quod ille qui cogit ad jurandum peccat, quia Dominus precepit non eſſe jurandum. Item dixit ſe credere quod ſalvaretur ſi judicaretur ad mortem propter predicta. Item requiſitus ſi poteſtates ſeculares poſſunt ſine peccato judicare ad mortem reos mortis, ut pote homicidas & alios malefactores, reſpondit ſe neſcire quid de hoc credat quia Dominus precipit non occides. Item dixit & aſſeruit quod in predictis volebat ſtare & perſeverare & vivere atque mori ſuper hoc ſepius requiſitus, nec jurare aliquo modo voluit. Item recognovit & aſſeruit quod Johannes cognominatus de Lothoringia Majoralis ſecte ſue videlicet Valdenſium docuit eum de predictis cum quo fuit & cum quo vidit alios ſex de eadem ſecta, quorum unus vocabatur Stephanus, alter Garnerius, & tercius Johannes, anni XII. erant elapſi, & ex tunc ipſe credidit predicta & adhuc aſſerit

146. B.

ſe credere. Item dixit & aſſeruit quod ipſe non crederet nec obediret domino pape dicenti quod licitum eſt jurare pro veritate dicenda, & quod eſſet purgatorium, & quod ſuffragia eccleſie valerent defunctis. Item dixit quod ipſe non credebat eſſe ſubditus domino pape ſet ſoli Deo, nec pro ipſo predictos errores dimitteret aut revocaret. Poſtmodum eidem Johanni dictum fuit, & expoſitum, quod niſi predictos errores revocaret & ab eis reſiliret, procederetur contra ipſum ſicut contra hereticum inpenitentem & obſtinatum, qui reſpondit quod in eis perſiſtebat & volebat vivere atque mori, nec ab eis voluit modo aliquo reſilire, videlicet quod jurare pro veritate dicenda vel alias eſt peccatum. Item quod non eſt purgatorium poſt hanc vitam. Item quod ſuffragia que fiunt pro defunctis non proſunt eiſdem. Item quod exconmunicacio quantumcunque rite & canonice lata non excludebat ipſum à regno Dei nec à bonis ſpiritualibus. Item quod poteſtates ſeculares habentes jurisdictionem pecant occidendo malefactores. Item quod non credebat ſe eſſe ſubjectum Romano pontifici niſi quando precipit illud idem quod Deus. Item quod in eccleſia non ſunt niſi tres ordines, epiſcopalis, ſacerdotalis, & dyaconalis, nec à dictis erroribus voluit recedere, nec eos abjurare, quantumcunque pluries fuerit exortatus & ſepius monitus & canonice requiſitus.

Item quod predicta Hugueta filia Johannis Ros, qui fuit oriundus de villa de coſta ſancti Andree & morabatur in villa vocata bocin, uxor Johannis de Vienna predicti que fuit oriunda de dyoceſi viennenſi & nutrita in Arelate ſuſpecta de hereſi ſecte Valdenſium detenta requiſita ut juraret in judicio, jurare recuſavit fingens
147. prima vice quod ideo jurare nolebat quia timebat quod ſi juraret pateretur aborſum fingens & dicens quedam alia que inventa ſunt eſſe falſa. Poſtmodum in judicio conſtituta requiſita ſepius ut juraret de veritate dicenda ſuper facto hereſis ſeu Valdeſie, recuſavit penitus jurare dicens quod jurare peccatum erat etiam pro veritate dicenda, quia Dominus precepit non eſſe jurandum, & cum alias ipſa juraſſet dixit quod ideo juraverat quia ita credebat poſſe evadere, quamvis crederet ſe peccare, quia tempore quo ipſa eſſet etatis annorum XII. vel circa quidam de ſecta Valdenſium qui vocabatur Gerardus docuit eam ita, & ex tunc ita credidit, cui Gerardo ipſa promiſit quod volebat eſſe de ſecta ſua & fide. Item edocta per dictum Gerardum ivit ad loquendum cum Johanne de Lothoringia qui erat majoralis in ſecta Valdenſium, & dictus Johannes Valdenſis docuit eam quod nullo modo juraret quia jurare pro quacunque cauſa erat peccatum. Item quod poſt hanc vitam non erat purgatorium animarum, ſet anime que recedunt de corporibus vadunt in paradiſum vel in infernum. Item quod ſuffragia defunctorum que fiunt pro eis in eccleſia non valent eis poſt mortem. Item quod nullus homo debet condempnari ad mortem. Item quod exconmunicacio que fit per eccleſiam vel illos de eccleſia nichil valet. Item predicta credidit eſſe vera, & dicto Johanni promiſit quod volebat eſſe de fide & ſecta ſua & eidem obedire. Item fuit confeſſa peccata ſua predicto Johanni Valdenſi frequenter recipiens penitenciam ab eodem quem credebat non eſſe ſacerdotem ordinatum per epiſcopum de eccleſia Romana, ſet eſſe majoralem de ſecta Valdenſium, predictumque Johannem in diverſis locis ſepius viſitavit. Item requiſita ſepius & monita quod predictos errores dimitteret & inſtructa & informata per prefatum epiſcopum quod ſancta Romana eccleſia predictos errores ſingillatim reprobat & condempnat, nullo modo voluit recedere ab eiſdem aſſeruit ſe ita credere & tenere & in tali credencia velle perſeverare. Item vidit & viſitavit Valdenſes alios ſciens ipſos eſſe tales, videlicet predictum Gerardum, & Johannem de cernone, & Raymundum de coſta cum quo in appamiis fuit capta. Item dictis Valdenſibus dedit munera & recepit ab eis. Item dictos Valdenſes non reputabat eſſe ſubjectos domino pape qui perſequitur illos. Item quod propter dominum papam ipſa non dimitteret predictos errores credere & tenere, & ſi papa hoc diceret ipſe magis in hoc erraret. Item dixit ſe credere quod ſolus Deus abſolvit de peccatis, & ille cui fit confeſſio peccatorum ſolummodo dat conſilium quid debeat homo facere & injungit penitenciam, & hoc poteſt facere

ho-

homo ſapiens & diſcretus ſive ſit ſacerdos ſive non. Item credidit & credere ſe aſſerit & à Valdenſibus audivit dici quod dictus Johannes Lothoringus quamvis non eſſet ſacerdos, ſet erat majoralis predicte ſecte, miſſam poterat celebrare. Item à Valdenſibus audivit & ita credit & credidit quod indulgencie que fiunt per prelatos Romane eccleſie nichil valent. Item pro defenſione dictorum errorum ſi moreretur credidit & adhuc credit animam ſuam ſalvari. Item credit & credidit magis eſſe obediendum predicto Johanni Lothoringo majorali dicte ſecte Valdenſium quam domino pape. Item quod dictus Johannes habebat poteſtatem audiendi confeſſiones à Deo & ab illis qui poſuerunt eum in illa via ſeu ſecta. Item maritum ſuum predictum monuit & induxit quantum potuit ad credendum predictos errores. Item credidit & credit quod nullus debeat judicare, quia Dominus precepit non eſſe judicandum, & judicare eſt contra preceptum divinum. Item ipſa credebat credidit & adhuc credit Valdenſes predictos & alios tenentes eandem ſectam & fidem eſſe bonos homines, & ſe poſſe ſalvari in dicta fide & credencia, & in predictis fuerat per XVII. annos quando fuit capta & fuit detenta in carcere annis quaſi duobus, & pluries fuit monita requiſita quod à dictis erroribus penitus reſiliret, nec aliquo modo voluit reſilire, ſet in eis volebat perſeverare vivere & mori. Dictusque Johannes & dicta hugueta uxor ejus recuſaverunt pluries & adhuc recuſant penitus jurare ſuper veritate dicenda, aſſerentes jurare eſſe illicitum ſicut ſecta & hereſis Valdenſium dogmatiſat, dictamque ſectam nolunt abjurare aſſerentes ſe credere illam eſſe bonam & in ea poſſe ſalvari. Illos vero qui eam perſecuntur dicunt injuſte agere & peccare. Item aſſeverant ſe non poſſe exconmunicari à Romano pontifice & prelatis Romane eccleſie, nec eſſe obediendum alicui ex eiſdem precipienti & mandanti ipſis quod dictam ſectam deſerant & abjurent, quamvis eiſdem fuerit expoſitum & explicatum quod dicta ſecta per Romanam eccleſiam velut he- 147.b.
retica ſit dampnata. Item prefati Johannes & Hugueta requiſiti & moniti multociens à nobis canonice quod jurarent de veritate dicenda jurare penitus recuſarunt & adhuc recuſant pertinaciter & conſtanter. Dictam vero ſectam & hereſim prefati Johannes & Hugueta approbant laudant nec ab ea volunt recedere nec eam abjurare, & ſuper ea abjuranda & dimittenda jurare, quamvis à nobis & multis aliis bonis viris ad converſionem ſepius fuerint invitati, nec non per nos canonice & judicialiter fuerint requiſiti ut ab ea reſilirent & eandem corde & animo penitus abjurarent, & ſuper hoc juramentum preſtarent. Idcirco quia predicti Johannes & Hugueta nolunt à dicta ſecta & hereſi converti nec reverti ad eccleſiaſticam unitatem quamvis fuerint diutius expectati & ſepius invitati & canonice requiſiti ac moniti, ſet perſeverant in ſua perfidia animis induratis. Nos prefati epiſcopus & inquiſitotes habito conſilio plurium ſapientum & peritorum in jure canonico & civili & religioſorum virorum, ne ſicut ovis morbida dominici gregis ulterius inficiant oves ſanas predictum Johannem & Huguetam ejus uxorem preſentes iſta die & loco ad audiendam diffinitivam ſentenciam eiſdem preciſe & peremptorie aſſignatis, habentes pre oculis ſolum Deum & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſentenciam in hiis preſentibus ſcriptis eſſe hereticos inpenitentes & obſtinatos de ſecta & hereſi Valdenſium ſeu pauperum de Lugduno declaramus & pronunciamus, ipſosque tanquam tales relinquimus judicio curie ſecularis, eamdem rogantes prout ſuadent canonice ſanctiones ut circa ipſos citra mortem & membrorum mutilacionem ſuum judicium moderetur. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus ſupraſcriptis, & nobis notariis ſupradictis.

ACTA SERMONIS FACTI IN APPAMIIS.

IN nomine Domini amen. Anno ejusdem Domini M°. CCC°. XXII°. indictione V^a. tam die dominica quam die Lune ſequenti infra Octabas apoſtolorum Petri

& Pauli intitulata, 1111°. & 111°. nonas Julii ad honorem Dei & defenſionem fidei & exaltacionem ſancte Romane eccleſie cui preſidet ſanctiſſimus pater ac dominus dominus Johannes papa XXII^us. pontificatus ejusdem anno VI°. convenerunt apud appamium reverendi in Chriſto patres dominus Jacobus Appamienſis & dominus Raymundus Mirapiſcenſis epiſcopi, & religioſi viri frater Bernardus Guidonis Tholoſanus & frater Johannes de bolna Carcaſſonenſis Ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, & diſcretus vir dominus Guilielmus Rocherii archipresbiter & officialis Rivenſis Conmiſſarius in hac parte pro reverendo in Chriſto patre domino Bertrando Dei gracia Rivenſi epiſcopo in negocio inquiſicionis ad faciendum ſermonem inquiſitorum ut moris eſt in cimiterio ſancti Johannis martiris, clero & populo convocato. In quo ſermone fuerunt facte gracie injuncte penitencie, & late ſentencie quantum ad perſonas & de perſonis infraſcriptis.

Juramentum curialium officialium nobilium & conſulum.

In nomine Domini amen. Anno & die dominica & pontificatus anno quibus ſupra. Nobiles & potentes viri, terrarii, caſtellani, curiales, officiales, conſules & alii domini infraſcripti exiſtentes in cimiterio ſancti Johannis extra muros civitatis appamienſis ad ſermonem publicum convocati & congregati per reverendos in Chriſto patres & dominos dominos Jacobum Dei gracia appamienſem & Raymundum Mirapiſcenſem epiſcopos, & venerabiles ac religioſos viros fratres B. Guidonis Tholoſanum & Johannem de belna Carcaſſonenſem ordinis predicatorum inqui-
148. ſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatos, manibus elevatis ad librum euangeliorum exiſtentem apertum coram prefatis dominis epiſcopis & inquiſitoribus juraverunt & juramentum preſtiterunt in modum qui ſequitur. Nos P. Arnaldi miles de caſtro verduno, P. flequerii actor comitatus fuxi, Arnaldus de lantario vicarius appamienſis, Sicardus de bellopodio miles, Jacobus de querio domicellus, Bartholomeus Garini, Guilielmus de Vernholo, P. boneti, P. bruni, P. Vaquerii, Ademarius de Caſſino, Jacobus de ponte, Arnaldus Jornal, Johannes paratoris, Guilielmus de duno, Guilielmus Galhardi, Raymundus bort, magiſter B. de la ſerra, conſules appamienſes, Arnaldus de Ubno aſſeſſor dictorum conſulum, P. Stephani, Raymundus boyſſieyra, conſules de maſeriis, Germanus caprarii conſul de fuxo, juramus ad iſta ſancta Dei euangelia, quod fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & teneri faciemus & ipſam defendemus pro viribus contra omnes. Item quod hereticos credentes fautores receptatores & defenſores eorum ac pro hereſi fugitivos perſequemur & capiemus ſeu capi faciemus quandocunque poterimus, & acuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus ſi alicubi ſciverimus eos eſſe vel aliquem de predictis. Item quod non conmittemus bavilias judicaturas vel adminiſtraciones alias nec alia officia publica alicui de predictis perſonis peſtiferis, nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit racione criminis hereſis, vel alias prohibitum ab homine vel à jure quod publicis officiis non fungantur, nec eos uti predictis nec tenere publica officia permittemus. Item quod nullum de predictis recipiemus nec habebimus in noſtra familia vel conſorcio vel ſervicio, nec in noſtro conſilio ſcienter. Et ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter illos protinus poſtquam ad noſtram noticiam per inquiſitores heretice pravitatis vel alios fide dignos pervenerit expellemus, & in hiis & in aliis que ad officium inquiſicionis heretice pravitatis pertinent erimus obedientes Deo & Romane eccleſie & prelatis ejus ac inquiſitoribus heretice pravitatis, ſic nos Deus adjuvet & hec ſancta Dei euangelia.

Preſtitum fuit hoc juramentum anno indictione die loco & pontificatus anno predictis, preſentibus venerabilibus & diſcretis viris Domino Jacobo Dei gracia abbate cumbe longe, Guilielmo Dei gracia abbate montis belbone Ciſtercienſis ordinis,

diſcre-

diſcretis viris dominis Arnaldo de Verdala officiali Mirapiſcenſi, B°. faxerii officiali appamienſi, Hugone de electo canonico mirapiſcenſi, Petro ermengaudi priore de campo, Bertrando de marcafana canonicis appamienſibus, religioſis viris fratribus Raymundo ſancii, B°. pontonerii, P. dominici, Johanne de termis, P. ſicardi, Johanne de melgorio ordinis predicatorum, Domino prepoſito de Ravato ordinis ſancti Benedicti, diſcretis viris magiſtris Guilielmo de ſancto Juliano, B. boneti, B. den alias, Johanne de curvis, B. de ſolano, P. graſſi juriſperitis Appamienſibus, fratribus David de ſavarduno, B. de taxio ordinis Ciſtercienſium, Magiſtris Arnaldo ſicredi Marcho de appamia, & pluribus aliis utriusque ſexus in multitudine copioſa ad ſermonem predictum convocatis & congregatis teſtibus ad premiſſa. Et nobis Guilielmo petri barte, Bartholomeo Adalberti, Guilielmo Nadini, Guilielmo Juliani, notariis publicis. Et me Menneto de Roberticuria tullenſis dyoceſis notario qui una cum predictis notariis interfui, & de premiſſo juramento hanc notam recepi & ſcripſi per dominos epiſcopos & inquiſitores prefatos mandatus & requiſitus, regnante inclito principe domino Karolo Dei gracia rege Francie & Navarre.

Sentencia contra impedientes officium inquiſicionis.

IN nomine Domini Amen. Cum negocium fidei orthodoxe, in qua fundamenta eccleſie ſacroſancte à Domino Jeſu Chriſto firmiter & ſolide ſunt fundata, nullus Chriſtianus debeat impedire ſet pocius totis viribus promovere, Idcirco nos miſeracione divina Jacobus Appamienſis & Raymundus mirapiſcenſis epiſcopi, & fratres B. Guidonis Tholoſanus & Johannes de belna carcaſſonenſis ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, monemus canonice ſemel ſecundo tercio & peremptorie ne quis cujuscunque poteſtatis gradus condicionis dignitatis aut ſtatus exiſtat inquiſicionis negocium contra hereticam pravitatem judicium aut ſentencias vel proceſſus contra quemcunque habitos vel habendos directe vel indirecte, publice vel occulte, per ſe vel per alium aut aliter quoquomodo impedire preſumat. Omnes autem illos & ſingulos qui negocium inquiſicionis heretice pravitatis ſcienter impedierint vel de cetero impedire quoquo modo directe vel indirecte publice vel occulte inquiſitoribus aut eorum officio ſe opponendo ſeu eis non parendo, vel per ſe veritatem in judicio celando ſeu opprimendo, vel legitime confeſſata revocando, ſeu alium vel alios ad celandum vel occultandum de ſe ſeu de aliis veritatem, vel ad revocandum confeſſata inducendo. Et quicunque ad hoc aliquo modo conſilium auxilium ſcienter impenderint vel favorem, & quicunque receperit aut dederit pecuniam vel munera indebite pro liberacione alicujus culpabilis de crimine hereſis optinenda vel promovenda, ſeu pro retardacione proceſſuum & ſentenciarum ſeu execucionis officii inquiſicionis, vel ad hec premiſſa ſeu eorum aliquid aliquo modo impenderint ſeu impendi procuraverint ſcienter conſilium auxilium vel favorem hac noſtra monicione competenti premiſſa auctoritate apoſtolica qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicamus & penas latas à canone contra impedientes officium inquiſicionis incurriſſe ex nunc pro tunc publice denunciamus & declaramus. 148.b

Lata ſuit hec ſentencia anno die & loco predictis preſentibus nobilibus curialibus officialibus & conſulibus ſupraſcriptis, nec non & dominis prelatis canonicis religioſis peritis clericis & laicis anteſcriptis, & nobis etiam notariis ſuperius nominatis in inſtrumento juramenti preſcripti qui hec ſentencia requiſiti fuimus facere publica inſtrumenta.

Gracia de crucibus deponendis.

IN nomine Domini Amen. Nos Jacobus miſeracione divina epiſcopus Appamienſis, & fratres B. Guidonis & Johannes de belna ordinis predicatorum inſito-

ſitores prefati graciam facientes perſonis infraſcriptis deponimus cruces de filtro crocei coloris dudum ipſis ad portandum nomine penitencie pro conmiſſis in facto hereſis inpoſitas & injunctas, nichil inmutantes in aliis que eiſdem perſonis fuerunt olim in penitenciam inpoſita & injuncta. Retenta nobis & noſtris in officio ſucceſſoribus libera poteſtate reponendi cruces eiſdem perſonis, ſi nobis vel eis viſum fuerit faciendum. Perſonarum autem nomina quibus cruces deponimus ſunt hec, Pradas Maleti de pradis, Berengaria uxor Arnaldi borrelli de Ax, Raymundus Michaelis de pradis, Veſiada den andorra de ax, Philippus ſicredi de Aſcone, Eſclarmunda uxor Poncii Sicredi de taraſcone, Guilielmus de area de querio, Fabriſſa den andorra de Ax, Blancha uxor Guilielmi de rodeſio de taraſcone, Guilielma uxor Raymundi Valſerra de Ax, Guilielmus Mondoni de ax, omnes dyoceſis appamienſis.

Facta fuit hec gracia de crucibus perſonis ſupraſcriptis anno die & loco & preſentibus perſonis & teſtibus & nobis notariis ſuperius nominatis, & me menneto qui hec ſubſcripſi.

Sentencia educendide muro.

IN nomine Domini amen. Nos Jacobus permiſſione divina appamienſis epiſcopus, & nos fratres B. Guidonis & Johannes de belna inquiſitores prefati attendentes quod perſone infraſcripte utriusque ſexus prout nobis ſubſunt & quantum unumquemque noſtrum tangit, Arnaldus Cogul de lordato, Beatrix uxor Othonis de eccleſia quondam de Varillis, P. majoris de ravato, appamienſis dyoceſis, & Bartholomeus Amilhati presbyter de ladros dyoceſis Urgelenſis, Graſida uxor Petri licerii quondam de monte alionis, Berengarius eſcolani de fuxo, Guilielma uxor Bernardi beneti quondam de orno lato, Arnaldus de ſavinhavo de taraſcone
149. appamienſis dyoceſis, Dudum nomine penitencie inmurati pro hiis que conmiſerant in crimine heretice pravitatis noſtris & eccleſie humiliter parendo mandatis fuerunt in muro jam annis pluribus conmorati, volentes eorum penam & penitenciam miſericorditer mitigare ipſos ſuperius nominatos à muri carcere de gracia relaxamus, injungentes eiſdem omnibus & ſingulis ſub virtute preſtiti juramenti in conmutacionem dicte penitencie & carceris quod in deteſtacionem veteris erroris in omni veſte ſua excepta camiſia interiori portent perpetuo duos cruces de filtro crocei coloris, videlicet Arnaldus Cogul, P. majoris, Berengarius eſcolani ſimplices, & Beatrix uxor Othonis, Guilielma uxor Bernardi beneti, Graſida uxor Petri licerii duplices, unam anterius in pectore & aliam poſterius inter ſpatulas, ſine quibus prominentibus ſeu apparentibus extra domum vel intra de cetero non incedant, quarum quantitas ſit duorum palmorum & dimidii in longitudine brachium unum, habeatque utrumque brachium in ſe trium amplitudinem digitorum, easque continuo reficiant aut innovent ſi rumpantur aut deficiant vetuſtate conſumpte, viſitentque ſingulis annis quamdiu vixerint eccleſiam Appamienſem ſancti Antonini in feſto ejuſdem & miſſam majorem, & ſermonem ſi fiat ibidem audiant ex integro. Confiteantur inſuper peccata ſua ter in anno, ſcilicet ante natale Domini paſcha & pentechoſtem, & in eiſdem feſtis conmunicent niſi abſtinuerint de conſilio proprii ſacerdotis. Singulis vero diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audiant & ſermonem qui fiet in locis in quibus fuerint niſi legitime aut racionabiliter valeant excuſari, & ab omni ſervili opere abſtineant diebus dominicis & feſtivis, officiisque publicis ſuo vel alterius nomine non utantur. In adventu Domini in cibo quadrageſimali jejunent, Divinaciones & ſortilegia non obſervent, uſuras vel rapinas non exerceant & reſtituant ſi ab aliquo receperint. Preterea perſequantur hereticos quibuscunque nominibus cenſeantur, Et credentes fautores & receptatores ac defenſores eorum ac pro hereſi fugitivos, fidemque catholicam & eccleſiaſticas perſonas ac jura eccleſiarum & officium inquiſicionis heretice pravitatis pro viribus tueantur. Nec non & faciant peregrinaciones que in literis eiſdem concedendis plenius continebuntur.

Quas

Quas literas ſuper premiſſis omnibus ipſos volumus & precipimus petere & habere ut per hoc ſciant que tenentur facere & à quibus debeant abſtinere. Retenta nobis & noſtrum cuilibet ac noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus plenaria poteſtate perſonas ſuperius nominatas & quamlibet earundem reducendi ad dictum murum ſeu revocandi etiam ſine alia nova cauſa, nec non addendi & diminuendi mitigandi ſeu remittendi in predictis ſi & prout nobis vel noſtrum cuilibet aut ipſis noſtris ſucceſſoribus viſum fuerit expedire.

Actum fuit hoc anno die & loco & preſentibus teſtibus quibus ſupra & nobis etiam notariis antea nominatis, & me etiam Menneto predicto qui hec ſcripſi. Poſt que die lune ſequenti fuit facta gracia de crucibus, Marqueſie uxori Petri tinhas de ax & Guilielme uxori Guilielmi burgundi de ax.

Abjuracio hereſis perſonarum infraſcriptarum.

NOs Petrus Gaſtaudi, P. Moreſii, P. de na bruna, B. de na Jacina, Raymundus de buxo, Raymundus Stephani de cruce de bellopodio, Petrus tort de monte regali, Raymundus de Antuſan, Bernarda uxor ejus, Guilielmus ruffi, P. Calveti, Maria de ſerra de cincta gavella, Matheus terreni de ſavarduno, Arnaldus textoris de cellis, Raymundus de area de tinhac, Guilielmus Maurs de monte alionis, Guilielmus Agaſſa clericus conmendator leproſorum appamie, P. de fonte de Vayſſis, Mengardis uxor quondam Bernardi buſcalh de pradis, Mengardis uxor quondam Raymundi ſavinhani de pradis. Omnes & ſinguli ſupradicti ad recipien- 149.b.
dum penitenciam pro conmiſſis in crimine hereſis hic preſentes conſtituti in judicio coram vobis reverendis patribus dominis Jacobo Appamienſi & Raymundo Mirapiſcenſi Dei gracia epiſcopis, & venerabilibus ac religioſis viris fratribus B. Guidonis & Johanne de belna inquiſitoribus heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatis abjuramus & renegamus penitus omnem hereſim extollentem ſe adverſus fidem catholicam Domini Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie & omnem credenciam hereticorum cujuscunque ſecte dampnate, & ſpecialiter Manicheorum, ac etiam errorum beguinorum qui ſe dicunt eſſe de tercio ordine ſeu de tercia regula ſancti Franciſci moderni temporis & aliorum quibuscunque nominibus cenſeantur, nec non & omnem favorem ſeu fautoriam receptacionem & defenſionem ipſorum & participacionem, ſub pena que de jure debetur relapſis in hereſim in judicio ſollempniter abjuratam. Item promittimus & juramus quod pro poſſe noſtro perſequemur & revelabimus ſeu detegemus hereticos credentes fautores defenſores & receptatores eorum ac pro hereſi fugitivos quibuscunque nominibus cenſeantur quandocunque & ubicunque ſciverimus eos eſſe vel aliquem de predictis. Item promittimus & juramus quod parebimus & erimus obedientes mandatis eccleſie & veſtris & ſucceſſorum veſtrorum, & quod recipiemus & pro poſſe noſtro conplebimus penitenciam quam nobis duxeritis injungendam, & quod nunquam fugiemus nec nos abſentabimus contumaciter & ſcienter.

Facta fuit hec abjuracio anno quo ſupra die Lune intitulata III°. nonas Julii in cimiterio ſancti Johannis martiris extra muros civitatis Appamienſis, preſentibus reverendis patribus dominis Jacobo abbate Cumbe longe, Guilielmo abbate bolbone Ciſtercienſis ordinis, dominis P. Arnaldi de Caſtro Verduno milite Petro flequerii actore comitatus fuxenſis, Arnaldo de Laurano vicario appamienſi, Arnaldo de Verdala officiali mirapiſcenſe, B. faxerii officali appamienſi, Hugone de electo canonico mirapiſcenſi, P. Ermengaudi priore de campo appamienſi canonico, fratribus David & B. de taxio Ciſtercienſis ordinis, fratribus P. ſicardi, Johanne de anelgorio, Galhardo de pomeriis, Arnaldo de Caſlario ordinis predicatorum, Bartholomeo Garini, Guilielmo de Vernhola, P. boneti, P. bruni, P. Vaquerii, Ademario de Caſſuno, Jacobo de ponte, Arnaldo Jornal, G. de duno, G. Galhardi, R°. bort, B. de ſerra, Bertrando gagoſta, conſulibus appamienſibus. Guilielmo de ſancto Juliano, Arnaldo de Ulmo, B. boveti, B. den helyas, Johanne de cur-

vis

vis, B. de ſolano, Jacob camela, P. Stephani, Raymundo Rinſol, Faiaco furverii, Arnaldo de ſancto Martino, G. arnaldi ſalveti domiſſello, & pluribus aliis in multitudine numeroſa teſtibus ad premiſſa, & nobis Bartholomeo adalberti, Guilielmo Juliani, Guilielmo Nadini, & Menneto de roberticuria notariis antedictis qui de ipſa abjuracione hujus recepimus publica inſtrumenta requiſiti.

Penitencia arbitraria cum crucibus.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos Jacobus miſeracione divina epiſcopus appamienſis, & fratres B. Guidonis & Johannes de belna inquiſitores prefati per inquiſicionem factam invenimus & per confeſſionem propriam receptam legitime in judicio nobis conſtat quod tu Petre de fonte de Vayſſis parochie de ax dyoceſis appamienſis tam graviter & tam multipliciter in crimine hereſis deliquiſti ſicut lectum & recitatum eſt tibi intelligibiliter in vulgari, Idcirco nos prefati epiſcopus & inquiſitores te redire volentem prout aſſeris ad eccleſie unitatem, abjurata primitus per te coram nobis in judicio omni hereſi, & preſtito ad ſancta Dei euangelia juramento quod parebis & eris obediens ſimpliciter mandatis noſtris & eccleſie, abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicacionis vinculis quibus eras ligatus propter culpas quas confeſſus fuiſti in judicio te in facto hereſis conmiſiſſe, ſi tamen de corde bono & fide non ficta redieris ad eccleſie unitatem & ſi injuncta tibi mandata ſervaveris. Et quia in Deum & ſanctam matrem eccleſiam predictis modis temere deliquiſti injungimus tibi in penitenciam & nomine penitencie pro predictis quod in omni veſte tua ſuperiori excepta camiſia interiori portes perpetuo duas cruces de filtro crocei coloris unam anterius in pectore, & aliam poſterius inter ſpatulas, quarum
150. quantitas in longitudine ſit duorum palmorum & dimidii, & in latitudine duorum palmorum, habeatque quodlibet brachium in ſe trium amplitudinem digitorum, ſine quibus prominentibus & apparentibus infra domum vel extra de cetero non incedas, easque reficias ſi rumpantur, & eas renoves ſi & cum fuerint vetuſtate conſumpte. Inſuper tibi nomine penitencie pro predictis culpis per te conmiſſis injungimus quod facias peregrinaciones & ſanctorum viſitaciones eccleſiarum, & alia omnia & ſingula que tue litere teſtimoniales quas tibi ſuper premiſſis concedemus plenius continebunt, & quas literas te volumus & precipimus à nobis petere & habere. Hec autem omnia tibi injungimus retenta nobis & noſtris ſucceſſoribus in officio libera poteſtate dictas cruces de novo reponendi vel aliter puniendi, ac etiam dictas penitencias & cruces remittendi, ſi & quando nobis vel ipſis ſucceſſoribus viſum fuerit faciendum.

Data fuit hec penitencia anno & die & loco in abjuracione proximo ſcripta contentis, & preſentibus teſtibus & notariis in fine ipſius abjuracionis expreſſis.

Sentencia inmurandorum.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos Jacobus divina gracia Appamienſis epiſcopus, & religioſi viri frater B. Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati per inquiſicionem factam invenimus & per confeſſiones veſtras factas in jucio legitime nobis conſtat quod tu Arnalde textoris filius Raymundi textoris quondam de cellis, & tu Raymunde de area alias dictus bor de tinhaco, & tu Johannes Jaufredi de tinhaco, & tu Guilielme Maurs de monte alione, & tu Guilielme Agaſſa clericus conmendator domus leproſorum appamie & tu Mengardis uxor Raymundi ſavinhani de pradis, & tu Mengardis uxor Bernardi buſcalh de pradis in alione omnes dyoceſis appamienſis tam graviter & tam multipliciter in crimine dampnate hereſis deliquiſtis ſicut lectum & recitatum eſt vobis & veſtrum cuilibet intelligibiliter in vulgari, Idcirco nos prefati epiſcopus & inquiſitores vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos ſaniori utentes conſilio redire volentes prout aſſeritis ad ecclе-

cleſie unitatem abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni hereſi & credencia & favore & receptacione ac defenſione hereticorum cujuscunque ſecte dampnate. Promittentes inſuper & jurantes ad ſancta Dei euangelia, vos fidem ſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti tenere defendere & ſervare, nec non perſequi hereticos credentes fautores receptatores ac defenſores eorum & detegere ac revelare eosdem ubicunque ſciveritis eos eſſe vel aliquem de predictis. Jurantes inſuper ſuper premiſſis omnibus & ſingulis mandatis noſtris & eccleſie ſimpliciter obedire. Abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicacionis vinculis quibus pro culpis veſtris eratis ligati. Si tamen de corde bono & fide non ficta ad eccleſie redieritis unitatem & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & contra fidem catholicam & ſanctam matrem eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, Nos prefati epiſcopus & inquiſitores ſedentes pro tribunali ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium, & oculi noſtri videant equitatem, de multorum proborum virorum tam religioſorum quam ſecularium ac peritorum in jure maturo conſilio vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam & audiendum diffinitivam ſenteciam aſſignatis ad perpetuum muri carcerem ad agendum ibidem pro conmiſſis penitenciam ſalutarem in hiis preſentibus ſcriptis ſentencialiter condempnamus, ubi panis doloris in cibum & aqua tribulacionis in potum vobis tantummodo miniſtrentur. Et quia tu Raymundus de area de tinhac, & tu Johannes Jaufredi, & tu Guilielmus Agaſſa predicti gravius & enormius deliquiſtis, ſicut ſuperius eſt expreſſum, & ideo eſtis merito gravius puniendi vos in muro ſtricto in vinculis ſeu conpedibus per hanc noſtram ſentenciam decernimus perpetuo includendos. Monemus autem vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos ſemel ſecundo & tercio canonice ac peremptorie, vobisque precipimus ſub virtute ac debito à vobis preſtiti juramenti quod abſque dilacione tu Raymundus de area alias dictus bor de tinhaco, & tu Johannes Jaufredi & tu Guilielmus Agaſſa conmendator domus leproſorum Appamiis, & 150 b
tu Mengardis uxor Raymundi ſavinhani de pradis, & tu Mengardis uxor Bernardi buſcalh de pradis in alione, omnes dyoceſis Appamienſis ad murum ſeu muri carcerem Caſtri de Alamannis, & tu Guilielme Maurs de monte alione dyoceſis Appamienſis quia tu feciſti conſenſiſti opem & operam dediſti cum quibusdam aliis perſonis falſificari literam inquiſitoris Carcaſſonenſis removendo ſigillum de una littera & ponendo in alia ut per illam literam perſone alique innocentes de crimine citarentur, ut à te & tuis conparticipibus extorqueretur pecunia ab eisdem. Idcirco te elevatum in ſcala in tunica ſine capucio & cum ſigno litere dependentis anterius in tuo pectore una die forenſi in appamia & altera in Carcaſſona ſtare à mane uſque ad ſextam decernimus locis & diebus illis de quibus duxerimus ordinandum ad murum ſeu muri carcerem inquiſitorum Carcaſſonenſium inter civitatem & fluvium Araris poſitum, talibus perſonis culpabilibus deputatum vos transferatis, & ibidem vos perſonaliter includatis. Quod ſi monicionem noſtram aut ſenteciam diſtuleritis aut contempſeritis adimplere dictorum murorum carcerem non intrando aut temerarie poſt ingreſſum abſque noſtra ſeu noſtrorum in inquiſicionis officio ſucceſſorum licencia exeundo, aut contra confeſſata ſeu jurata vel abjurata per vos in judicio quocunque tempore veniendo per hoc veſtram converſionem fictam veſtramque inpenitenciam oſtendendo vos aut quemcunque veſtrum ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes culpisque aſtrictos prioribus auctoritate qua fungimur in hiis preſentibus ſcriptis exconmunicacionis vinculo innodamus, decernentes abſolucionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe, nec non ipſo facto penas alias contra tales latas à canone incurriſſe. Monemus autem inſuper ſemel ſecundo ac tercio canonice ac peremptorie & ſub penis canonicis, ne aliquis cujuscunque conditionis gradus aut dignitatis exiſtat ſciens aut credens vos vel veſtrum aliquem eſſe tales recipiat vel defendat, vel vobis moniciones aut mandata noſtra non conplentibus ne ea conpleatis aut contra confeſſata jurata ſeu abjurata vobis venientibus conſilium auxilium vel favorem ſcien-

ter inpendat, alioquin in facientes contrarium in premiſſis vel aliquo premiſſorum iſta noſtra conpetenti monicione premiſſa ex nunc pro tunc in hiis ſcriptis excommunicacionis ſentenciam promulgamus, & penas alias contra tales promulgatas a canone eos incurriſſe decernimus ipſo facto. Retinemus autem nobis & noſtris in inquiſicionis officio ſucceſſoribus plenariam poteſtatem addendi diminuendi agravandi mitigandi vel etiam remittendi in predicta penitencia ſive pena, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint ſcienter aut malicioſe aliqua de crimine dampnate hereſis ſuppreſſiſſe, vel aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato.

Lata fuit hec ſentencia die & loco & preſentibus teſtibus & notariis in precedenti abjuracione contentis.

Culpe beguinorum.

RAymundus de buxo filius quondam Raymundi de buxo filius quondam Raymundi de buxo de bellopodio dyoceſis mirapiſcenſis qui dicit ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci & ſe eſſe profeſſum terciam regulam ejuſdem cum publico inſtrumento cujus portat habitum cum mantello ſicut per ipſius confeſſiones factas in judicio diverſis vicibus & diebus ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°. item M°. CCC°. XXII°. legitime conſtat in judicio recognovit quod ipſe audivit legi in poſtilla fratris Petri Johannis olivi ſuper apocalipſim de muliere veſtita auro habente poculum aureum in manu ſua ſedente ſuper beſtiam habente capita VII. & cornua X. & habebat ſuper ſe ſcriptum miſterium, Babilon meretrix magna mater fornicacionum &c. Ubi exponit quod per dictam meretricem magnam intelligitur Romana eccleſia non quantum ad fideles & electos ſet quantum ad reprobos, quam etiam Romanam eccleſiam quantum ad reprobos vocat Babilonem meretricem magnam, & ſubdit in dicta poſtilla quod ſicut in fine primi ſtatus eccleſie fuit factum judicium de ſynagoga que Chriſtum crucifixerat propter quod fuit deſtructa & dejecta ſic in fine ſecundi ſtatus eccleſie qui durat usque ad Antichriſtum fiet judicium de eccleſia carnali que perſequitur vitam Chriſti in viris ſpiritualibus qui volunt tenere paupertatem Chriſti ſecundum regulam ſancti Franciſci, & deſtructa eccleſia carnali poſt mortem Antichriſti erigetur eccleſia tercii ſtatus in viris ſpiritualibus, & quantum ad illud quod frater P. Johannis predictus dixit in poſtilla de eccleſia Romana carnali quam Babilonem meretricem magnam vocat dejiciendam & deſtruendam ante adventum Antichriſti ſicut predictus frater P. Johannis dixit in poſtilla predicta que fuit ſibi lecta in vulgari, ipſe Raymundus de buxo credidit eſſe verum quantum ad reprobos ſet non quantum ad electos, & ſtetit in dicta credencia per IIII^{or} aut V. annos, donec fuit ſibi oſtenſum quod dicta poſtilla continebat errorem. ¶ Item credidit informatus per ſcripturam dicti fratris P. Johannis quod infra XIIII. annos conputandos à preſenti tempore Antichriſtus major conpleviſſet curſum ſuum. ¶ Item credidit, quod ſicut in fine primi ſtatus fuit ſynagoga deſtructa & rejecta paucis exceptis qui fundaverunt eccleſiam, ita in fine ſecundi ſtatus reiceretur & deſtrueretur eccleſia Romana quam vocat carnalem. ¶ Item credidit à tribus vel IIII^{or}. annis citra quod Chriſtus & apoſtoli nichil habuerunt in proprio vel conmuni, non credebat tamen quod eſſet habere aliquid in proprio vel conmuni ſi haberentur neceſſaria in pecunia vel in aliis rebus ad aliquod tempus, niſi eſſet magna pecunie quantitas, que poſſet dici Theſaurus vel poſſeſſiones inmobiles. ¶ Item credidit eſſe hereticum dicere quod Chriſtus habuit in magna quantitate divicias in conmuni non tamen quod habuit divicias pro preſenti neceſſitate & non in magna quantitate. ¶ Item credidit & credebat quod papa non poſſet diſpenſare cum aliqua perſona que feciſſet votum ſimplex paupertatis vel caſtitatis quod talis perſona haberet divicias aut contraheret matrimonium, & ſi talis perſona ex tali diſpenſacione haberet divicias aut contraheret matrimonium peccaret, & tale matrimonium non eſſet verum & legitimum ſet eſſet fornicacio, & filii inde nati non eſſent legitimi ſet ex

151.

for-

fornicacione nati, nec talis persona debet obedire pape dispensanti in hoc & precipienti quod obediat, etiam si per sentenciam exconmunicacionis conpelleretur ad hoc, & talis sentencia exconmunicacionis non ligaret. ¶ Item quia fratres minores qui tunc tenebant conventum Narbonensem & bitterensem vocati spirituales dicebant quod ipsi poterant invenire necessaria vite sue pro qualibet die, & quod non indigebant granariis vel cellariis vel quod congregarent bladum & vinum dispensacio facta per constitucionem domini pape quod fratres minores possint habere granaria vel cellaria seu congregare bladum & vinum quo ad predictos fratres fuit injusta & etiam constitucio, nec tenebantur nec debebant obedire in hoc domino pape, & si obediviſſent peccassent, & si propter talem inobedienciam exconmunicarentur non erant exconmunicati, & si pertinaciter ipsi predicta credebant ipse Raymundus non credit eos hereticos esse, & si propter hoc fuerunt dicti fratres tanquam heretici condempnati per inquisitorem heretice pravitatis apud Massiliam, non credit eos hereticos fuisse set catholicos & fideles & esse mortuos pro defensione paupertatis quam voverant & salvos esse in paradiso. ¶ Item credidit & credit quod si ordo fratrum minorum bene se habet licet aliqui male se haberent in dicto ordine quod dominus papa non potest nec debet cassare dictum ordinem propter vota tria que perfectius voventur in dicto ordine quam in aliis ordinibus, & precipue quantum ad votum paupertatis, & quia fuit promissum sancto Francisco quod ordo ejus duraret usque ad finem mundi, sicut legitur in vita ejus, & si papa dictum ordinem fratrum minorum cassaret de facto non reputaret hoc esse factum secundum Deum, & si prohiberetur per sentenciam exconmunicacionis quod de cetero nullus reciperetur ad ordinem predictum credit quod dicta sentencia non esset justa & etiam quod non ligaret contrarium facientes, quia esset contra Deum & salutem animarum. Credit tamen quod dominus papa possit omnes alios ordines & omnes religiones tollere & destruere seu cassare. ¶ Item credidit & credit quod dominus papa non possit transferre fratrem minorem ad aliam religionem que habeat bona in conmuni, nisi frater minor sic translatus servaret votum paupertatis secundum regulam sancti Francisci, videlicet quod nichil habeat in proprio vel conmuni, & aliter dominus papa non potest nec debet talem fratrem transferre, nec talis frater minor tenetur ei in hoc obedire, & si exconmunicaretur propter hoc per papam talis exconmunicacio esset injusta & non ligaret eum. ¶ Item quod frater minor factus episcopus debet servare votum paupertatis à se prius factum secundum regulam sancti Francisci ita quod nullum jus senciat se habere in bonis temporalibus ecclesie, & si sentiret se habere jus peccaret & faceret contra votum suum. ¶ Item audivit dici à Petro Moresii de bellopodio quod illi IIII^or fratres minores qui fuerunt apud Massiliam condempnati sicut heretici & conbusti habuerunt similitudinem IIII^or parcium vel capitum crucis Christi, & in eis fuit vita Christi & per consequens ipse Christus spiritualiter iterum crucifixus. Ipse autem hoc non credidit, set credidit & credebat quod injuste fuerunt condempnati, & quod essent salvi in paradiso, & aliquando credidit eos esse martires, licet aliquando super hoc dubitaret, & frequencius ejus credencia magis erat quod essent martires glorioſi quam quod non, & in dicta credencia pro majori parte stetit postquam fuerunt condempnati usque ad tempus quo fuit confessus, & inter beguinos conmuniter dicebatur quod erant martires glorioſi. ¶ Item ab illo tempore citra quo dicti IIII^or fratres minores fuerunt apud Massiliam condempnati, ipse credidit quod frater Michaël monachi de ordine fratrum minorum inquisitor massilienſis qui predictos fratres condempnavit injuste processerit contra eos, & quod ex hoc factus fuerit hereticus & persecutor euangelice paupertatis. ¶ Item credidit quod dominus papa fecit injuste quando dictos fratres tradidit in potestate dicti inquisitoris. ¶ Item credidit beguinos de tercio ordine qui fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium prelatorum & inquisitorum carcassonensium heretice pravitatis in diversis locis in provincia Narbonensi, & etiam qui fuerunt condempnati apud Girondam à tribus annis citra, quorum multos in confessione sua nominat credidit fuisse injuste

151.b.

ſte condempnatos, & fideles & catholicos & ſalvos eſſe in paradiſo omnes, qui non tenuerunt quod dominus papa perdidiſſet poteſtatem papalem quamvis crederent eundem dominum papam eſſe hereticum, & quamvis dicerent quod dominus papa non poterat in votis euangelicis diſpenſare, & quamvis aſſererent quod dicti IIII^or fratres minores qui fuerant condempnati apud Maſſiliam veluti heretici erant martires glorioſi, & quamvis tenerent quod tota doctrina fratris P. Johannis Olivi eſſet fidelis & catholica & nullum continens errorem. Illos autem beguinos qui addiderunt ad predictos articulos quod dominus papa perdiderat poteſtatem papalem qui tamen tenuerant & tenebant predictos alios articulos quamvis male facerent tenendo & dicendo quod dominus papa perdiderat poteſtatem papalem, tamen propter alios articulos precedentes quos ipſe Raymundus credebat eſſe catholicos non credidit quod juſte fuerint condempnati, quia credencia aliorum articulorum quos catholicos eſſe credebat tollebat defectum ſi quis fuit in credendo predictum articulum, & credidit eos eſſe mortuos ut fideles & catholicos quamvis dubitaret frequenter utrum eſſent ſalvi in paradiſo vel non, magis tamen inclinabat cor ſuum ad credendum quod eſſent ſalvi quam quod eſſent dampnati. ¶ Item credidit quod dicti beguini fuerunt mortui pro defendenda veritate. ¶ Item credidit uſque ad tempus quo confeſſionem ſuam fecit, quod inquiſitor Carcaſſonenſis qui condempnavit predictos beguinos cum prelatis provincie Narbonenſis quod eſſet hereticus, & precipue quia tenebat quod ita perfectus ſtatus erat & ita perfecta vita quod homo habeat aliquid in conmuni ſicut nichil habere in proprio vel conmuni, quod tamen ipſe Raymundus hereticum reputabat. ¶ Item quia dictus inquiſitor propter ſupradictos IIII^or articulos quos beguini tenebant & credebant multos beguinos velut hereticos condempnavit. ¶ Item non confiteretur dicto inquiſitori peccata ſua, nec crederet ſe eſſe abſolutum ſi abſolveretur per eum, nec exconmunicatum ſi exconmunicaretur ab eo, prelatos autem provincie Narbonenſis qui cum dicto inquiſitore condempnaverunt
152. beguinos non credidit eſſe hereticos quia diſplicebat eis predicta condempnacio, ſet propter minas dicti inquiſitoris quas faciebat eis de domino papa moti fuerunt contra voluntatem ſuam ut predictos beguinos condempnarent. ¶ Item credit & credidit quod dominus papa qui nunc eſt non fuit veraciter informatus ſet mendaciter per dictum inquiſitorem qui inponebat beguinis errores quos non tenebant & ſic deceptus conſenciit in condempnacionem beguinorum, & ideo ipſe Raymundus non credebat eſſe hereticum dictum papam, ſi tamen dictus dominus papa veraciter ſcivit illa que dicti beguini tenebant & credebant conſenciit vel mandavit quod propter illa condempnarentur velut heretici ipſe Raymundus credidit quod dominus papa in quantum eſt quidam homo ſingularis erravit & factus fuit hereticus, ſet quia poteſtas papalis errare non poteſt ideo non credidit quod ipſe in quantum papa erraverit vel hereticus factus fuerit. ¶ Item credidit quod predictus dominus papa Johannes XXII^us. ſi conſenciit in predictis & veraciter ſcivit articulos quos tenebant fuit factus hereticus, non in quantum habet poteſtatem papalem ſet in quantum eſt homo, quia predicta non fecit ſecundum poteſtatem papalem ſet ſecundum maliciam voluntatis, quia poteſtate papali papa non poteſt male vel ad malum uti. ¶ Item credidit quod illi qui conſenſerunt & qui conſilium dederunt quod predicti IIII^or fratres minores & beguini condempnarentur ſicut heretici erraverunt, & ſi perſiſterent in hoc heretici facti fuerunt, & in dicta credencia ſtetit poſtquam dicti fratres minores & beguini fuerunt condempnati uſque fuit captus & confeſſus. ¶ Item credidit quod predicti fratres minores & beguini condempnati tanquam heretici, & etiam illi qui credunt eadem que ipſi credebant & ſpecialiter articulos ſupradictos pro quibus fuerunt condempnati quod eſſent eccleſia vel de eccleſia Dei. ¶ Item credidit quod perfectius erat quod homo viveret de mendicitate quam de labore manuum, quia plus poterat vacare contemplacioni ſic vivendo, & ita audivit legi in libro de mendicitate fratris Petri Johannis. ¶ Item pluries audivit legi & in diverſis locis de libris fratris P. Johannis Olivi in romancio ſeu vulgari per diverſas perſonas quas nominat. ¶ Item credidit & credebat quod doctrina dicti fra-

fratris P. Johannis eſſet bona & utilis eccleſie, exceptis aliquibus articulis reſervatis in conſilio Viennenſi, & quod ipſe eſset ſanctus in paradiſo. ¶ Item juxta expoſicionem predicti fratris P. Johannis in poſtilla ſuper apocalipſim ipſe Raymundus credebat & intelligebat ſanctum Franciſcum eſſe illum angelum de quo dicitur in apocalipſi, quod facies ejus erat ſicut ſol & habebat librum apertum in manu ſua, cui ſingulariter & ſpecialiter fuit revelata veritas vite Chriſti, & ipſe Raymundus intelligebat dictam revelacionem eſſe factam ſancto Franciſco, non ſolum pro ſua perſona ſet pro toto ordine ſuo, quia credebat quod veritas vite Chriſti magis fuit revelata ſancto Franciſco & ordini ejus, quam cuicunque alteri ſancto vel cuicunque alteri ordini. ¶ Item ipſe Raymundus cum quibuſdam aliis perſonis, quas nominat, cum quibus detinebatur in caſtro de alamannis condixit quod non jurarent coram domino epiſcopo appamienſi & inquiſitore, niſi ad reſpondendum de articulis fidei vel de fide, & ita ſe informaverunt quod non tenebantur jurare aliter, & ita credebat eſſe.

¶ Predictus Raymundus recepit & receptavit plures apoſtatas & aſſociavit de loco ad locum qui predictos errores aut aliquos ex eis tenebant & conſenciebant in erroribus predictorum condempnatorum. ¶ Item ſcivit plures alios eſſe credentes & conſencientes in facto predictorum condempnatorum, & ivit cum eis de loco ad locum in habitu diſſimulato, & viſitavit illos beguinos qui detinebantur in carcere Narbone & fuerunt poſtmodum tanquam heretici condempnati, & audivit & ſcivit verba & conſilia & tractatus credencium predictorum & ibat in habitu diſſimulato cum aliquibus aliis quas nominat ad ſermones prelatorum & inquiſitoris qui fiebant in provincia Narbonenſi ad explorandum que fierent aut dicerentur contra beguinos.

¶ De predictis non fuit confeſſus nec ea revelavit donec fuit captus & in carcere detentus & per alios acuſatus, & in predictis perſeverabat tempore captionis, & etiam poſtquam fuit captus, & defendebat predictos errores aſſerens ſe credere non eſſe errores ſet veritatem in qua dicebat ſe velle vivere & mori ¶ Item recuſavit 152.b.
jurare in judicio ſimpliciter de veritate dicenda pure & mere tam de ſe quam de aliis dicens quod non tenebatur jurare nec reſpondere niſi de fide, propter quod fuit in ſcriptis canonice monitus & exconmunicatus, quam ſenteniam exconmunicacionis per xxxv. dies ſuſtinuit animo pertinaci, & in judicio recognovit quod non reputabat ſe exconmunicatum propter dictam ſentenciam, & jurare requiſitus & repetitus pluries recuſavit, nec monitus & juſſus in judicio voluit errores ſuos abjurare nec ab eis reſilire, ſet ſtetit in pertinacia & rebellione quantumcumque fuerit etiam per plures alios caritative monitus & perſuaſus fuitque tandem reputatus contumax & deprehenſus in hereſi cum recuſaret jurare pro veritate dicenda, nec reputaret ſe exconmunicatum, nec vellet abjurare errores ſuos ſet pocius defendebat, aſſerens non eſſe errores ſet veritatem. Tandem poſt xxxv. dies à die late ſentencie exconmunicacionis contra ipſum ad cor ſuum rediens conſenciit quod errores ſuos abjuraret & juraret parere mandatis eccleſie, & juravit & confeſſus fuit ſicut in proceſſu facto de predictis & in confeſſione ſua plenius continetur.

Petrus de na bruna beguinus.

PEtrus de Maſeriis alias cognominatus de na bruna miniſter beguinorum habitator de bello podio dyoceſis mirapiſcenſis beguinus vel de tercia regula ſancti Franciſci, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio coram nobis legitime conſtat, credidit IIII° fratres minores condempnatos in Maſſilia tanquam hereticos de quibus audiverat quod dixerant & tenuerant quod dominus papa non poterat diſpenſare in voto paupertatis contra regulam ſancti Franciſci cum fratribus minoribus quod haberent bladum & vinum in conmuni in cellariis & granariis quia hoc erat contra votum paupertatis regule euangelice ſancti Franciſci, tenuerant etiam quod fratres minores non debebant obedire domino pape nec tenebantur ſervare ordinacionem

seu declaracionem quam fecerat per quandam decretalem seu constitucionem que erat contra dictam regulam, & etiam tenebant quod ipsi non debebant nec tenebantur in hoc obedire domino pape, & propter predicta fuisse condempnatos ut hereticos per inquisitorem Massilienssem, injuste credidit fuisse condempnatos, & eos esse catholicos & non hereticos; de quibus audivit ab aliquibus quod erant martires & sancti, quia mortui fuerant pro regula euangelica servanda. ¶ Item dixit se credidisse quod beguini qui condempnati fuerunt in diversis locis provincie Narbonensis ut heretici per dominos episcopos dicte provincie & dominum inquisitorem carcassonensem pro eo quia tenebant supradictos errores quos tenuerant dicti fratres minores, & etiam quia tenebant quod dicti fratres minores ut heretici condempnati erant catholici & sancti martires, & quia etiam aliqui de dictis beguinis dicebant quod dominus papa qui consenserat in condempnacionem dictorum fratrum & beguinorum & episcopi & inquisitores qui eos condempnaverant essent heretici credidit esse catholicos & sanctos & salvatos, & de hoc aliquando locutus fuit cum aliis beguinis. ¶ Item recognovit se dixisse quod dominus papa qui nunc est male faciebat, & alii prelati etiam, quia persequebantur pauperes Christi, id est beguinos. ¶ Item dixit se dixisse & credidisse quod dominus papa non poterat dispensare quod fratres minores haberent granaria vel cellaria, vel quod congregarent bladum & vinum ad habendum in conmuni contra regulam sancti Francisci. ¶ Item dixit se credidisse & dixisse quod regula sancti Francisci est unum & idem cum euangelio Christi. ¶ Item dixit se dixisse & tenuisse quod sicut dominus papa non potest mutare euangelium nec addere vel diminuere in eodem, ita non poterat mutare regulam sancti Francisci, nec aliquid addere vel subtrahere de eadem, maxime quantum ad vota euangelica. ¶ Item dixit se audivisse à beguinis & dixisse quod
153. dominus papa non poterat facere quod de alciori religione aliquis descenderet ad religionem magis bassam, & propter hoc dicebant quod dominus papa non poterat facere quod aliquis frater minor fieret monachus vel canonicus regularis vel de alia religione que haberet aliquid in conmuni, quia semper remanebat obligatus ad observanciam voti paupertatis factam secundum regulam sancti Francisci que paupertas est quod nichil habeant in proprio nec in conmuni. ¶ Item credidit quod dominus Christus & apostoli nichil habuerunt nec in proprio nec in conmuni. ¶ Item dixit se credidisse quod frater P. Johannis Olivi quondam fuisset bonus homo & sanctus, & quod ejus doctrina esset bona & catholica, de qua tres articuli fuerunt condempnati in concilio Viennensi, & alia doctrina fuit dimissa tanquam bona, de cujus tamen postilla super apocalipsim recognovit se audivisse infrascripta scilicet quod ecclesia Romana pro nunc est ecclesia carnalis quia persequitur veritatem Christi in pauperibus suis, & finaliter condempnabit & crucifiget sanctam vitam & sanctam paupertatem Christi, & propter hoc ipsa reprobabitur & condempnabitur & destruetur per x. cornua bestie, que etiam ecclesia carnalis est Babilon meretrix magna de qua dicitur in apocalipsi que sedet super bestiam coxineam habentem capita VII. & cornua X. que est ebria de sanguine martirum Jesu. ¶ Item dixit se audivisse ab aliquibus beguinis multos alios errores in sua confessione contentos, nec revelavit usque modo. ¶ Item dixit se credidisse quod sanctus Franciscus seu ordo ejus debebat ecclesiam renovare, & hoc ipse intelligebat de fratribus minoribus vocatis pauperibus vel spiritualibus qui volebant tenere paupertatem regule sancti Francisci qui habebant habitus paucos & strictos. ¶ Item convenerunt in castro de alamannis ipse & alii beguini qui erant ibi capti quod ipsi non tenebantur respondere nisi de fide, & quod non tenebantur jurare nisi de fide, & hanc convencionem inter eos fecerunt ne revelarent facta & dicta beguinorum & alios beguinos. ¶ Plures beguinos & duos apostatas de ordine minorum de fratribus spiritualibus quos sciebat tenere dictos errores & alios quos tenent dicti beguini vidit. Predictos autem errores vel majorem partem eorum tenuit & credidit quousque captus fuit per dominum inquisitorem Tholosanum. Dixit se penitere.

Petrus Moreſii beguinus.

PEtrus Moreſii filius quondam Guilielmi Moreſii de bellopodio mirapiſcenſis dyoceſis receptus ad tercium ordinem ſancti Franciſci conjugatus, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio die VIII. menſis Aprilis anno Domini M°. CCC°. XXII°. legitime conſtat, credidit & credebat firmiter tempore quo captus fuit quod antichriſtus eſſet venturus & conſumpmaturus curſum ſuum infra annum quo computabitur incarnacio Domini M. CCC. XXV. ¶ Item credidit & credebat quod eccleſia carnalis pet quam ipſe & conplices ſui intelligebant Romanam eccleſiam deſtrueretur ante adventum antichriſti per bella exceptis aliquibus paucis qui eligerentur de ea & eſſent viri ſpirituales per quos poſt mortem antichriſti eccleſia alia erigeretur & fundaretur que eſſet pauper humilis & benigna. ¶ Item credidit aſſertive quod omnes religiones ſeu ordines deſtruerentur ante finem mundi, excepto ordine ſancti Franciſci, cujus ordinis dixit eſſe tres partes, unam videlicet in conmunitate ordinis, & ſecundam in illis qui vocantur fratriſſelli, & iſte due partes finaliter deſtruerentur, & terciam in fratribus qui vocantur ſpirituales & in beguinis de tercio ordine eis adherentibus, & iſta tercia pars ſicut ſancto Franciſco promiſſum fuit usque ad finem mundi perduraret, & in ea veritas regule remaneret. ¶ Item credidit & credebat quod Chriſtus fuerit iterum ſpiritualiter condempnatus & crucifixus in illis IIII^or^ fratribus minoribus qui fuerunt apud Maſſiliam tres anni ſunt elapſi per judicium inquiſitoris heretice pravitatis condempnati velut heretici & relicti judicio curie ſecularis & conbuſti quia vita & paupertas Chriſti fuit in ipſis condempnata & crucifixa. ¶ Item credidit & credebat predictos IIII^or^ fratres minores qui fuerunt heretici judicati eſſe martires, & non minoris meriti quam fuerunt ſanctus Laurencius & ſanctus Vincencius martires & levite. ¶ Item credidit quod fuerunt martires Chriſti glorioſi illi fratres beguini de tercio ordine ſancti Franciſci, quorum aliquos ipſe novit & vidit quos in confeſſione ſua nominat qui fuerunt per judicium prelatorum & inquiſitoris heretice pravitatis velut heretici condempnati & poſtea conbuſti in diverſis locis & villis in provincia Narbonenſi à tribus annis citra, & quod ipſi habuerunt aut tenuerunt ſimilitudinem apoſtolorum & martirum Jeſu Chriſti in hoc, quia ſicut apoſtoli & martires fuerunt condempnati per infideles ex eo quia nolebant negare Chriſtum, ſet confitebantur ipſum eſſe ſanctum juſtum & bonum, ita dicti beguini de tercio ordine fuerunt tanquam heretici condempnati, quia nolebant negare dictos IIII^or^ fratres minores eſſe martires, ſet confitebantur eos eſſe catholicos bonos & juſtos, & Chriſti martires glorioſos. ¶ Item credidit quod dominus papa Johannes XXII^us^. non potuerit concedere fratribus minoribus quod haberent granaria & cellaria vel quod congregarent vinum & bladum ad conſervandum in conmuni pro tempore futuro ad ſuum uſum, & credidit quod dominus papa faciendo hoc peccavit & fecit contra euangelium Chriſti. ¶ Item quod fratres minores non debent nec tenentur eidem pape in hoc obedire, nec ad hoc poſſunt cogi, & credidit quod decretalis ſuper hoc facta injuſta eſt & iniqua, quia fuit deſtructio vite Chriſti & euangelice paupertatis. Credidit etiam quod fratres minores qui procuraverunt dictam conceſſionem ſibi fieri per dominum papam heretici ſunt effecti, cum ipſi promiſiſſent ſervare regulam ſancti Franciſci & eam defendere debuiſſent. ¶ Item credidit quod omnes qui conſenſerunt vel conſenciunt domino pape in dicta conſtitucione peccaverunt & peccant, & fecerunt ac faciunt contra euangelium Chriſti. ¶ Item credidit quod dictam conſtitucionem non fecit poteſtate papali à Deo ſibi data, ſet propria malicia voluntatis, & ideo fratres minores non tenentur ei in hoc obedire. ¶ Item credidit & tenuit quod regula ſancti Franciſci ſit vita Chriſti quam in hoc mundo ſervavit & ſervandum apoſtolis ſuis tradidit & quod beatus Franciſcus fuerit vite Chriſti precipuus imitator & renovator ſuper omnes alios ſanctos poſt apoſtolos & euangeliſtas. Crediditque & tenuit quod quicunque inpugnat vel contradicit in aliquo regule ſancti Franciſci

153.b.

errat;

errat, & si perseverat in tali errore est hereticus, quia regula sancti Francisci sicut ipse credidit & tenuit est euangelium Christi, & quicunque contradicunt vel inpugnant regulam sancti Francisci contradicunt & inpugnant euangelium Christi, maxime concedendo fratribus minoribus quod habeant granaria & cellaria est facere contra euangelium Jesu Christi. ¶ Item credidit quod sicut papa non potest mutare addere vel diminuere aliquid in euangelio Christi Jesu, ita non potest mutare addere vel subtrahere aliquid in regula sancti Francisci maxime quoad vota euangelica contenta in ea. ¶ Item credidit & tenuit quod dominus papa non potest destruere vel cassare ordinem vel regulam sancti Francisci sicut nec euangelium, nec statum vel ordinem beguinorum fratrum de tercio ordine sancti Francisci, nec alias regulas vel modos vivendi aliorum religiosorum, nisi omnes de una religione ita male se haberent quod venirent in derrisum. ¶ Item credidit & tenuit quod dominus papa non potest transferre aliquem fratrem minorem ad aliquam religionem aliam vel ordinem qui habeat bona in conmuni, & si hoc faceret papa in hoc faceret contra Deum, & frater minor non teneretur ei in hoc obedire, & si obediret peccaret. ¶ Item tenuit & credidit quod dominus papa non possit dispensare in magnitudine & preciositate habituum fratrum minorum quod habeant aliquam superfluitatem, & si hoc faceret male faceret, & fratres minores non tenentur sibi obedire in hoc nec in aliquo alio quod sit contra perfectionem. ¶ Item credidit quod illi qui fuerunt persecuti fratres minores qui vocabantur spirituales, qui defendebant quod fratres minores non debebant habere cellaria vel granaria, fuerunt persecutores euangelii Christi, & venerunt contra Christum, & per consequens credidit eos esse hereti-
154. cos. ¶ Item credidit esse hereticos dominum papam qui concessit fratribus minoribus habere granaria & cellaria & omnes qui hoc procuraverunt. ¶ Item credidit quod illi qui persecuti fuerunt fratres minores, qui dicebant & defendebant quod papa non poterat dispensare cum fratribus minoribus quod haberent cellaria vel granaria, erraverunt, quia in hoc euangelium persequebantur, & si in hoc perseverent credidit hereticos eos esse. ¶ Item credidit quod si dominus papa Johannes XXII^us. consentiit in persecutione dictorum fratrum minorum qui erant defensores euangelii, ideo credidit quod sit hereticus si in hoc perseveraret & major hereticus inter alios. ¶ Item credidit eundem dominum papam Johannem XXII. esse misticum antichristum preparatorem vie majoris antichristi & demonium meridianum & lupum rapacem à fidelibus evitandum avertentem fideles à bona via. ¶ Item credidit quod inquisitores carcassonensis & massilienſis heretice pravitatis sint facti heretici, quia persecuti fuerunt predictos IIII^or fratres minores qui fuerunt massilie condempnati, & predictos fratres beguinos de tercio ordine qui fuerunt condempnati tanquam heretici in provincia Narbonensi, & de aliquo alio homine non credidit tantum de malo sicut de duobus inquisitoribus antedictis. ¶ Item credidit quod illi prelati de provincia Narbonensi qui condempnaverunt dictos beguinos fratres de tercio ordine tanquam hereticos & qui in dicta condempnacione consenserunt erraverunt in fide & fuerunt facti heretici si in hoc perseverant. ¶ Item credidit quod predicti IIII^or fratres minores qui fuerunt per inquisitorem Massilienſem tanquam heretici condempnati, & etiam omnes beguini de tercio ordine sancti Francisci persistentes in confessione dictorum IIII^or fratrum minorum qui fuerunt condempnati tanquam heretici per prelatos & inquisitorem in provincia Narbonensi credidit esse fideles & catholicos & martires Jesu Christi. ¶ Item credidit esse catholicos & fideles & martires Jesu Christi illos etiam beguinos de tercio ordine qui dixerunt se credere & tenere quod dominus papa Johannes XXII^us. esset hereticus, & quod prelati alii & inquisitores qui dictos fratres fuerunt persecuti essent etiam heretici, & quod doctrina fratris Petri Johannis Olivi tota erat catholica, & quod ecclesia carnalis esset Babilon magna meretrix deicienda & destruenda à Christo, sicut synagoga Judeorum fuit dejecta & destructa incipiente ecclesia primitiva quamvis propter predicta & alia fuerunt tanquam heretici condempnati. ¶ Item dixit se credidisse & tenuisse, quod prelati & inquisitores non tenentur obedire domino pape precipien-

pienti quod persequntur predictos fratres beguinos de tercio ordine predicta credentes & tenentes tanquam hereticos, & si in hoc obediant eidem domino pape mortaliter peccant, & nisi peniteant dampnabuntur. ¶ Item credidit & tenuit quod dominus papa cardinales prelati religiosi clerici & alii conmuniter fideles qui non credunt illa que crediderunt predicti IIII^or fratres minores qui fuerunt apud Massiliam condempnati tanquam heretici & conbusti, & alii beguini de tercio ordine sancti Francisci qui in provincia Narbonensi & alibi fuerunt condempnati similiter tanquam heretici & conbusti, & etiam omnes illi qui credunt & tenent quod predicti IIII^or fratres minores & beguini de tercio ordine sunt juste condempnati & contrarium nolunt credere sunt heretici, quia condempnant veritatem Christi & vitam ejus, & veniunt & faciunt euangelium contra euangelium & quantum ad predicta non sunt de ecclesia Dei, set sunt extra ecclesiam licet quantum ad alia in quibus recte credunt bene operantur secundum potestatem eis datam à Deo sint de ecclesia Dei. ¶ Item credidit quod predicti IIII^or fratres minores & beguini de tercio ordine condempnati sicut heretici & conbusti, & etiam omnes illi qui credunt illud idem quod dicti fratres minores & beguini crediderunt credendo etiam articulos pro quibus fuerunt velut heretici condempnati, fuerunt & sunt ecclesia Dei, & in ecclesia Dei perfecte & conplete excepto quodam quem nominavit ex eis qui dicebat inter alia quod papa papalem perdiderat potestatem. ¶ Item scivit duos beguinos de tercio ordine quos nominat in confessione sua qui acceperant & secum portabant de ossibus illorum beguinorum qui fuerant apud lunellum velut heretici condempnati & conbusti, & de dictis ossibus accepit ab eis aliquam partem & posuit juxta torticium domus sue ante ymaginem crucifixi, & audivit quod quedam alia persona quam in confessione sua nominat habuit de dictis ossibus. ¶ Item plura erronea audivit legi & recitari in conventiculis seu congregacionibus beguinorum. ¶ Item credidit quod ordo fratrum minorum, si servetur regula sancti Francisci, est perfectior in vita & alcior status & magis imitatur vitam Christi quam aliquis alter status qui sit in ecclesia Dei, sive sit status prelatorum sive religiosorum excepto dumtaxat statu papali. ¶ Item credidit & credebat quod dominus papa non potest dispensare secundum Deum cum aliqua persona que fecisset votum simplex virginitatis vel castitatis quod contraheret matrimonium in aliquo casu etiam pro conversione unius regni ad fidem Christi, vel pro reformacione pacis uuius provincie sive regni, & si dispensaret peccaret etiam in tali casu, nec posset talem personam cogere per sentenciam exconmunicacionis ad matrimonium contrahendum, & si exconmunicaret de facto talem personam sentencia esset injusta, & si in tali sentencia existens talis persona moreretur, nisi haberet peccata alia, non propter hoc dampnaretur. ¶ Item si talis persona ex tali dispensacione contraheret matrimonium de facto, non esset verum matrimonium nec legitimum sed esset fornicacio seu adulterium, & filii inde nati essent spurii & illegitimi. ¶ Item credidit & credebat quod Christus & apostoli nichil habuerunt in proprio vel conmuni, & quod apostoli non potuerunt habere aliquid in conmuni sine diminucione perfectionis eorum & sine peccato. ¶ Item credidit & credebat quod majoris perfectionis est quod beguini fratres de tercio ordine sancti Francisci vivant de mendicitate seu mendicando quam de labore manuum suarum seu manibus laborando quamvis sint fortes & possint corporaliter laborare & habeant aliquam artem lucrativam, quamvis non laborent in euangelio Christi seu in predicacione verbi Dei, nec papa potest secundum Deum ipsis prohibere quod non vivant de mendicitate quia in hoc perfectionem eorum diminueret, & si propter hoc exconmunicarentur per papam talis sentencia esset iniqua, nec propter hoc dampnarentur si decederent in eadem, & si propter hoc paterentur persecutionem & mortem essent martires glorioси. ¶ Item credidit & credebat quod de perfectione euangelica est habitus dejectus & deformis & petacia, quia in talibus relucet paupertas Christi quando propter Deum tales habitus deferuntur. ¶ Item credidit & credebat quod dominus papa non potest dispensare in aliquo voto si ex dispensacione tali persona cum qua dispensaretur de majori statu perfectionis seu virtutis descenderet

154.b

ad minorem. ¶ Item credidit & credebat fratrem Petrum Johannis Olivi de ordine fratrum minorum eſſe & fuiſſe virum catholicum & ſanctum patrem non canonizatum & totam ſcripturam ejus eſſe veram & catholicam & nullum errorem continentem, & quod dictus frater P. Johannis quantum ad ſanctitatem vite & auctoritatem doctrine cuicunque ſancto doctori eccleſie ſit equalis nullo excepto preter apoſtolos & euangeliſtas. ¶ Item quod doctrina ejus ita eſt neceſſaria eccleſie Dei ſicut alicujus ſancti doctoris poſt apoſtolos & euangeliſtas. ¶ Item quod non fuit aliquis doctor excepto ſancto Paulo & predicto fratre Petro Johannis cujus aliqua dicta non fuerint per eccleſiam refutata, ſet ſcriptura & doctrina ſancti Pauli & predicti fratris P. Johannis eſt tenenda totaliter per eccleſiam, nec eſt una litera dimittenda. ¶ Item quod dictus frater P. Johannis doctrinam & ſcripturam ſuam habuit ex revelacione ſpiritus ſancti excepta modica parte quam non tradidit eccleſie. ¶ Item quod revelacio ſancte ſcripture facta fuit eidem ſicut alicui de ſanctis doctoribus. ¶ Item quod ſi doctrina predicti fratris P. Johannis per eccleſiam condempnaretur talis condempnacio eſſet injuſta, & ſi dominus papa eam condempnaret cum concilio generali, & ſi dominus papa exconmunicaret illos qui tenerent contrarium talis exconmunicacionis ſentencia tenentes contrarium non ligaret. ¶ Item quod quicunque ſcripturam ſeu doctrinam predicti fratris Petri Johannis in toto vel in parte condempnaret eſſet hereticus ex hoc facto. ¶ Item credidit & credebat ex doctrina predicti fratris P. Johannis, non obſtante in contrarium determinacione generalis concilii Viennenſis quod Chriſtus pendens in cruce adhuc vivus erat quando fuit lancea perforatus, ſet Johannes euangeliſta ideo ſcripſit ipſum tunc eſſe mortuum quia aſpicientibus cum eſſet niſhium exinanitus mortuus videbatur. Matheus autem euangeliſta ſcripſit quod tunc vivus erat, quia ſecundum veritatem
155. adhuc anima in corpore ejus erat, ſet eccleſia abraſit hoc de euangelio Mathei, ne Johannis euangelio contrarius videretur. ¶ Item non obſtante quod eidem Petro moreſii conſtituto in judicio dictum & expoſitum fuit quod per determinacionem concordem octo magiſtrorum in theologia qui de mandato ſeu ordinacione domini pape examinaverunt poſtillam ſuper apocalipſim predicti fratris Petri Johannis inventi fuerant in eadem multi articuli erronei & heretici blasfemi temerarii aut divinaciones continentes & blasfemias expreſſas contra Romanam eccleſiam, quam ibidem exponit & vocat carnalem eccleſiam & babilonem meretricem magnam de qua ſcribitur in apocalipſi, & quod debebat reici à Chriſto ſicut ſynagoga fuit rejecta, & multa alia mala que ſibi expreſſe dicta fuerunt contineri in dicta poſtilla, dixit ſe credere & tenere omnia contenta in dicta poſtilla eſſe vera & catholica aſſerens eam fuiſſe approbatam in generali concilio Viennenſi. ¶ Item credidit & credebat quod papa per ſeipſum vel etiam concilium generale poſterius non poſſit condempnare vel etiam revocare doctrinam vel ſtatum religionis vel modum vivendi, que per alium papam precedentem vel que in priori concilio generali fuerunt approbata vel etiam confirmata. ¶ Item credidit & credebat quod dominus papa Johannes XXII^s. qui nunc eſt, quem vocat aprum de ſilva, deſtruxit clauſuram eccleſie, & quod plus fecit de malo eccleſie Dei quam fecerint omnes heretici priores, quia tempore priorum hereticorum adhuc eccleſia Dei remanſit in ſtatu ſuo, ſet nunc non videtur eſſe Dei ſet dyaboli ſynagoga. ¶ Item credidit & credebat, quod rejecta eccleſia carnali Romana eligerentur pauci viri ſpirituales in quibus fundaretur eccleſia tercii ſtatus, qui pugnarent contra antichriſtum, ſuper quos equaliter vel in majori habundancia infunderetur ſpiritus ſanctus, ſicut ſuper apoſtolos venit & deſcendit in die pentechoſtes, & in dictis viris ſpiritualibus ſpiritus ſanctus infunderetur ſicut flamma ignis in fornace. ¶ Item credidit & credebat eſſe phariſeos omnes religioſos alios, qui perſequebantur fratres minores qui vocabantur ſpirituales, & beguinos de tercio ordine ſancti franciſci eisdem adherentes.

¶ Item ad confitendum de predictis tam de ſe quam de aliis plenariam veritatem fuit multum difficilis & calumnioſus ad reſpondendum in judicio veritatem, unde fuit aliquibus vicibus lata ſentencia exconmunicacionis contra ipſum canonice

&

& in ſcriptis, quia recuſabat reſpondere clare ad interrogata & occultabat de ſe & de aliis veritatem, ſicut patet plenius in proceſſu.

¶ Predicta credidit & tenuit aut majorem partem ipſorum & conmiſſit in predictis ab aliquibus annis citra ſicut fuit informatus ex illis que audivit recitari in conventiculis aliorum beguinorum & ipſemet aliquociens recitavit.

¶ De predictis non fuit confeſſus judicialiter, nec ea revelavit, donec ipſe & alii conplices multi beguini de tercia ordine fuerunt capti & detenti in carceribus, & donec fuit per alios conplices detectus delatus & acuſatus, nec ſtatim voluit confiteri nec recognovit à principio ſe erraſſe in predictis, nec eſſe errores, ſet aſſerebat eſſe veritatem, & predictos errores defendebat & ſuſtinebat procaciter, nec eos voluit abjurare nec recognoſcere eſſe errores, donec tandem multi alii fuerunt confeſſi & converſi, & tandem perſuaſus & monitus predictos errores conſenciit abjurare.

Bernardus de na jacma beguinus.

BErnardus de na jacma alias cognominatus Germani de bello podio dyoceſis mirapiſcenſis beguinus ſeu de tercia regula ſancti Franciſci, ſicut per ipſius confeſſionem in judicio legitime factam nobis conſtat, receptavit diverſos apoſtatas ordinis fratrum de fratribus vocatis ſpiritualibus & diverſos beguinos quos ſciebat tenere & credere multos errores beguinorum, & etiam aliquos quibus ſciebat fuiſſe inpoſitas cruces pro hiis que conmiſerant in crimine hereſis. In quorum etiam congregacionibus & conventiculis interfuit, & dedit eis comedere & bibere, & miſit ſemel x. ſolidos Tholoſanos beguinis captis in Narbona, & alia vice novem turonenſes argenteos. Et informatus per dictos apoſtatas & beguinos credidit infraſcriptos errores, ſcilicet quod facere contra regulam ſancti Franciſci erat facere con- 155.b.
tra euangelium, maxime in hiis que ſunt de eſſencia dicte regule, ſicut ſunt vota euangelica. ¶ Item dixit ſe credere quod dominus papa non poterat diſpenſare in aliquo quod poſſet eſſe virtutis diminucio. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus papa non poſſet caſſare ordinem fratrum minorum, nec etiam ſtatum vel ordinem fratrum de penitencia vel beguinorum, quia dicti ſtatus & ordines fuerunt ordinati à ſpiritu ſancto, & papa non poteſt tollere ordinaciones ſpiritus ſancti. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod IIII^{or} fratres minores, qui fuerunt per inquiſitorem Maſſilienſem judicati heretici & poſtea ut tales conbuſti, fuiſſe fideles & catholicos. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod frater Madius & P. de fraxino, qui fuerunt per dominum archiepiſcopum Narbonenſem & inquiſitorem Carcaſſonenſem judicati heretici & poſtea ut tales conbuſti, eſſe mortuos fideles & catholicos ac etiam eſſe martires & ſanctos. De aliis vero beguinis conbuſtis ut hereticis aliquando credidit quod eſſent mortui fideles & catholici, aliquando vero contrarium, ſet magis declinabat ad partem iſtam credendam quod dicti beguini conbuſti ut heretici eſſent mortui fideles & catholici, & aliquando etiam dixit quod veri martires erant, & quidam quos nominat portaverunt de oſſibus dictorum Madii & Petri de fraxino apud bellum podium, & ipſe dicta oſſa oſculatus fuit oſtendens ſe habere devocionem ad ipſa licet non haberet, ſet tamen affectabat habere devocionem ad dicta oſſa, que fuerunt repoſita in dicta domo, aliqui etiam alii beguini quos nominat portaverunt de oſſibus illorum beguinorum qui fuerunt conbuſti apud lunellum in bellopodio, & oſtenderunt ei, non tamen ipſe dicta oſſa oſculatus fuit nec aliam reverenciam fecit. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus inquiſitor Carcaſſonenſis, qui multos de dictis beguinis condempnavit velut hereticos erraverat & erraſſet in fide, & quod quoad hoc eſſet hereticus. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus papa Johannes XXII^{us}. qui mandavit vel conſenciit quod dicti beguini velut heretici condempnarentur erraverat & erraſſet, neſcit tamen ſi credidit quod erraret in fide vel quod hereticus eſſet. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus papa non poſſet diſpenſare cum aliquo qui emiſiſſet votum ſimplex virginitatis vel caſti-

tis aut votum feciſſet paupertatis pro quocunque bono quod exinde poſſet provenire, vel pro quocunque malo evitando, vel pro cedanda Guerra unius Regni vel Provincie vel pro convertenda una gente ad fidem Chriſti. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod ſi dominus papa diſpenſaret quod ille qui voviſſet virginitatem vel caſtitatem voto etiam ſimplici quod contraheret matrimonium quod non eſſet matrimonium, exiſtente etiam cauſa racionabili diſpenſacionis, quod ſi talis poſt diſpenſacionem contraheret matrimonium quod non eſſet matrimonium, & quod filii nati ex talium concubitu non eſſent legitimi. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus Jeſus Chriſtus & apoſtoli ejus nunquam habuerunt aliquid in proprio vel conmuni, & quod profeſſores regule ſancti Franciſci que eſt regula euangelica nichil debent habere nec in proprio nec in conmuni, & ſi dominus papa poſſit diſpenſare vel non quod fratres minores poſſint habere aliquid in conmuni credit illud quod ſuper hoc dixit dominus Nycolaus papa IIII^us^. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod tota doctrina vel ſcriptura dicti fratris P. Johannis Olivi quem ipſe frequenter nominavit ut dixit ſanctum patrem & ſanctum non canonizatum eſſet fidelis & catholica exceptis aliquibus capitulis dampnatis per dominum Clementem papam v. in concilio Viennenſi. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus papa non poſſet condempnare vel reprobare doctrinam dicti fratris P. Johannis, quia credebat quod tota dicta doctrina fuiſſet aprobata in concilio Viennenſi, & credebat quod concilum errare non poſſet, & etiam quia dictus frater P. Johannis dicebat fratribus quod dictam doctrinam cuſtodirent quia revelata ei fuerat per ſpiritum ſanctum pariſius dum abluebat ſibi manus. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod tria
156. tempora erant eccleſie, ſcilicet ab Adam usque ad Chriſtum, quod tempus appropriatur patri, quia fuit tempus potencie. Secundum tempus incepit à Chriſto, & durabit usque ad antichriſtum vel usque ad perſecucionem vite euangelice, quod tempus eſt appropriatum filio. Et tercium tempus erit usque ad finem mundi, quod erit tempus benignitatis, & eſt appropriatum ſpiritui ſancto. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod ſicut ſynagoga Judeorum fuit reprobata & rejecta adveniente eccleſia primitiva quia crucifixit Chriſtum ita adveniente nova eccleſia in tercio ſtatu reprobabitur & rejicietur eccleſia iſta noſtra, quia perſequetur & perſequitur vitam domini Jeſu Chriſti in viris euangelicis, & ſuccedet tercia eccleſia. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod eccleſia Romana, quam ipſe eccleſiam carnalem apellat, ſit illa babilon meretrix magna de qua dicitur in apocalipſi quod ſedebat ſuper beſtiam habentem capita VII. & cornua X. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod duo erunt antichriſti, ſcilicet miſticus & realis, & fuit in dubio tali quod non credebat nec diſcredebat an dominus Johannes papa XXII^us^ eſſet miſticus antichriſtus, & aliquando credidit quod miſticus antichriſtus & realis una perſona eſſet. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod poſt mortem antichriſti totus mundus erit fidelis & benignus, & in tantum quod una puella virgo poterit ſola ire de Roma usque ad ſanctum Jacobum & non inveniet qui eam ad malum ſollicitet. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod infra annum quo computabitur incarnacio Domini M°. CCC°. XXX. Antichriſtus major fecerit curſum ſuum & erit mortuus. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod Deus ante adventum antichriſti debebat eligere XII. perſonas que reſiſterent ipſi antichriſto, ſuper quas poſtea fundabitur eccleſia Dei tercii ſtatus. ¶ Item dixit ſe audiviſſe quod frater P. Johannis dixerat quod antichriſtus debebat eſſe de altiori religione fratrum minorum, quia lucifer fuit de ſuppremo ordine angelorum, & quod in quodam libro qui eſt de adventu antichriſti eſt ymago depicta monialis, que vel videbatur pregnans vel tenebat puerum in brachio, & dyabolus amplexabatur ipſam. ¶ Item dixit quod ipſe & alii beguini vocabant conmunitates fratrum minorum & predicatores phariſeos, neſcit tamen ut dixit quare, poſtea tamen dixit quod pro tanto vocabant eos phariſeos quia perſequebantur paupertatem Chriſti in beguinis, nec ſcit ſi credidit vel non. ¶ Item dixit ſe credere quod ipſe dixit bis vel ter cum loquerentur ſi papa poterat diſpenſare in votis regule ſancti Franciſci, Creditis vos quod ſi papa ligaret unam caudam aſſini in terra quod illa cauda aſini eſſet ligata in celo.

¶ Item

¶ Item dixit quod ipſe exiſtens in quadam paſſione ſemel dixit quod adhuc dominus Jeſus Chriſtus in ſua propria perſona crucifigeretur, ſicut alias fuerat crucifixus, ſet poſtquam fuerat extra dictam paſſionem hoc non credidit. ¶ Item dixit quod ipſe induxit quandam perſonam, quam nominat, que erat in quadam paſſione timoris quod conmendaret ſe beguinis conbuſtis ut hereticis quos ipſe reputabat eſſe martires & ſanctos, & quod vellet mori in illa fide in qua predicti beguini mortui fuerant. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod epiſcopus, qui non feciſſet votum paupertatis ſecundum regulam ſancti Franciſci, non erat ita perfecte vite nec eſſe poterat ſicut unus frater minor eſſet qui voviſſet paupertatem ſecundum regulam ſancti Franciſci. ¶ Item dixit ſe credidiſſe aliquo tempore quod dominus papa non poterat diſpenſare ſecundum Deum quod fratres minores habere poſſent cellaria & granaria. ¶ Item quod de predictis erroribus non confitebatur quando alia ſua peccata confitebatur, quia non credebat peccare credendo predicta. ¶ Item dixit quod opiniones infraſcripte erant inter beguinos & ipſe etiam cum aliis opinabatur quod falſus papa debebat ſurgere de partibus Sicilie, qui eligeretur & conſtitueretur per dominum Fredericum regem Sicilie, quem papam falſum determinabant eſſe vel fratrem Henricum de ceva, vel fratrem angelum, & quod dicto falſo papa conſtituto dominus papa qui nunc eſt propter tribulaciones cum duobus cardinalibus ſolus fugeret. Opinabantur etiam quod dictus falſus papa conſtitueret imperatorem dictum dominum Fredericum, qui imperator factus cum rege Arragonie & aliis octo regibus venirent contra regnum Francie & regnum domini Roberti & deſtruerent ipſa, & dominus rex Francie devinceretur per eos, ante tamen eſſent magne ſtrages hominum in bellis in quibus tot homines morerentur quod poſtea mulieres propter virorum concupiſcenciam arbores amplexarentur, determinant etiam perſonam que erit major antichriſtus, ſcilicet dominum Philippum de Majoricis. 156.b. ¶ Item dicunt quod unus malleus quo vita Jeſu Chriſti malleabitur erit ordo fratrum predicatorum. Opinantur etiam quod tempore perſecutionis beguinorum debebat eis dari ſpiritus ſanctus taliter ſicut flamma eſt in fornace, & quod illi qui ſic acciperent ſpiritum ſanctum erunt perfectiores virtute & gracia apoſtolis quia forcior pugna eis inſtabit quam apoſtolis inſtiterit, & tam gravis debet eſſe eorum perſecucio quod unus aſinus poterit portare illos in quibus veritas permanebit, & predicta opinantur inſtructi & informati per doctrinam fratris Petri Johannis, ut dicunt. ¶ Item dixit quod ipſe dixit cuidam perſone quam nominat quod Arnaldus poncii qui conbuſtus fuit in Narbona, de quo ipſe audiverat quod tenebat & credebat quod dominus papa eſſet hereticus & quod perdidiſſet poteſtatem papalem moreretur fidelis & catholicus, eſtimans ut dixit à principio quod predicta duo, ſcilicet quod dominus papa eſſet hereticus & quod perdidiſſet poteſtatem papalem, eſſent dicto Arnaldo revelata à Deo poſtea tamen hoc dimiſit domino Jeſu Chriſto. ¶ Item dixit ſe habuiſſe & tenuiſſe confeſſiones IIII^{or} fratrum minorum qui conbuſti fuerunt in Maſſilia, confeſſiones etiam aliquorum beguinorum qui conbuſti fuerunt in provincia Narbonenſi. ¶ A principio recuſavit jurare pretendens quod paciebatur quandam infirmitatem, tandem tamen juravit. Libros in Romancio, in quibus errores dictorum beguinorum continentur, multos habuit & tenuit. ¶ Item poſtquam abjuraverat quendam beguinum quem frequenter viderat venientem ad domum ipſius cum quodam apoſtata & quodam beguino qui ſunt de principalibus ſecte beguinorum, de quo ei dictum fuit per quendam quem nominat quod erat de villa de bellopodio & volebat eum videre & loqui cum ipſo, non fecit capi ſet dixit, Petrus tort non eſt fugitivus & publice ſtat in carcaſſona in habitu ſeculari, & non curo eum videre modo ſet faciat profectum ſuum alibi, & ſic dictus P. & quidam alius beguinus qui jam conbuſtus eſt capti non fuerunt. Et interrogatus ſi haberet conſcienciam ſi dictum Petrum capi feciſſet, reſpondit quod hoc dimittebat Deo, quia non vult aliquid indicare, & aliter noluit reſpondere. Noluit etiam reſpondere interrogatus ſi ſciebat quod dictus P. tort tenuiſſet vel teneret opiniones vel errores beguinorum, niſi dicendo quod hoc non affirmaret vel negaret.

Raymundus de antuſano de cincta gavella.

RAymundus de antuſano de cincta gavella filius quondam Bernardi de antuſano mirapiſcenſis dyoceſis conjugatus dicens ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci & terciam regulam ejuſdem fuiſſe profeſſum cum publico inſtrumento, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, XIII°. die menſis Marcii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat recognovit ſe habuiſſe & recepiſſe ac tenuiſſe de oſſibus illorum beguinorum qui fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium inquiſitoris heretice pravitatis & prelatorum ſeu vicariorum ipſorum in provincia Narbonenſi & repoſuiſſe in quadam pixide parva ad conſervandum in archa Bernarde uxoris ſue, & ſciviſſe quod Bernarda uxor ſua habuerat de oſſibus quorundam beguinorum conbuſtorum à Petro hoſpitalis beguino & repoſuerat in eadem pixide & cum aliis conſervabat pro reliquiis, tanquam ſi eſſent reliquie ſanctorum canonizatorum per eccleſiam. ¶ Item quod habuit & recepit ipſe Raymundus à quodam, quem in ſua confeſſione nominat, unam particulam de ligno ſeu de palo ad quem palum fuerat ligatus frater Madius vel frater P. de fraxino quando fuerunt conbuſti, poſtquam fuerant tanquam heretici judicati per judicium domini archiepiſcopi Narbonenſis & inquiſitoris carcaſſonenſis, dictamque particulam predicti ligni cum aliis oſſibus in archa uxoris ſue conſervabat. ¶ Item dictas reliquias predictorum condempnatorum ſemel fuit oſculatus vel poſuit ad os ſuum pixidem in qua erant pro devocione quam habebat ad eas, & vidit ſimiliter fieri ab uxore ſua predicta. ¶ Item predicta oſſa & predictum lignum, in quibus oſſibus jam apparebat arſura, fuerunt inventa in archa predicte uxoris ſue in domo ipſorum tempore quo ipſe & uxor ſua fuerunt capti, & fuerunt apportata ad preſenciam domini epiſcopi appamienſis & inquiſitoris Tholoſani apud appamias. ¶ Item in domo quorundam, quos nominat, apud Narbonam vidit unum caput cum humeris & cum pectore & collo & quaſdam alias partes corporis cum cruribus cujuſdam mulieris conbuſte poſtquam fuerat tanquam heretica condempnata per judicium epiſcopi magalonenſis & inquiſitoris carcaſſonenſis apud lunellum, & audivit & ſcivit ab illis perſonis quas nominat que ſibi predicta oſtenderunt quod dicta oſſa dictasque partes habebant & tenebant & conſervabant pro reliquiis ſanctis. ¶ Item ipſe & quidam alii, quos nominat in confeſſione ſua, fuerunt oſculati predictum caput pro devotione. ¶ Item ipſe credidit & credebat, dictam mulierem conbuſtam & tanquam hereticam condempnatam & etiam omnes alios tam beguinos quam beguinas qui fuerunt condempnati & conbuſti tanquam heretici in provincia Narbonenſi eſſe ſanctos martires quamvis audiviſſet & ſciret quod erant per judicium eccleſie ſicut ſupra premittitur tanquam heretici condempnati. ¶ Item credidit eſſe ſanctos martires illos IIII^or fratres minores qui fuerunt apud Maſſiliam per judicium inquiſitoris heretice pravitatis tanquam heretici condempnati & per ſecularem curiam conbuſti. ¶ Item credidit & credebat quod predicti beguini & predicti IIII^or fratres minores injuſte fuerunt condempnati à domino papa & à prelatis & ab inquiſitoribus heretice pravitatis, quamvis ipſe ſciret opiniones eorundem quas tenebant, vel ſaltem aliquas, ex eis pro quibus fuerunt condempnati. ¶ Item credidit & credebat quod papa non poſſet facere conſtitucionem per quam concederet fratribus minoribus quod poſſent habere cellaria vel granaria ad conſervandum bladum vel vinum in conmuni pro victu ſuo. ¶ Item credidit & credebat, quod papa faciendo conſtitucionem predictam per quam concedit fratribus minoribus quod poſſint habere cellaria & granaria fecit injuſte & contra regulam ſancti Franciſci & contra vitam Chriſti & euangelium, & audivit & ſcivit quod alii beguini dicebant quod propter hoc perdiderat poteſtatem papalem & factus erat hereticus, quamvis ipſe iſta duo ultima non crederet cum eiſdem. ¶ Item credidit & credebat quod papa non poterat caſſare ordinem fratrum minorum, quia ſi hoc faceret hoc eſſet contra euangelium & contra vitam Chriſti. ¶ Item audivit & ſcivit quod aliqui beguini

157.

te-

tenebant & dicebant, quod omnes illi erant facti heretici qui conſenſerant domino pape in faciendo predictam conſtitucionem, quamvis ipſe non crederet ut dixit. ¶ Item audivit & ſcivit quod aliqui beguini de tercio ordine dicebant & tenebant quod prelati & inquiſitores qui condempnaverant predictos beguinos de tercio ordine vel predictos IIII^or^ fratres minores tanquam hereticos fecerant injuſte & ex hoc facti erant heretici ſi pertinaciter perſeverabant in hoc. ¶ Item quod dominus papa Johannes XXII^us^ ſi ſciverat predictas condempnaciones & conſencerat in eiſdem, erat factus hereticus & perdiderat papalem poteſtatem, ſi in hoc pertinaciter perſeverabat. ¶ Item quod non erat obediendum domino pape qui nunc eſt, nec prelatis qui condempnaverunt predictos ſi in hoc perſeverabant, nec erant fideles ſet fecerant injuſte. ¶ Item ipſe receptavit & receptabat aut participavit & participabat cum beguinis illis de tercio ordine, à quibus audivit & audiebat quod tenebant & credebant predictos errores, videlicet quod dominus papa erat factus hereticus & quod papalem perdiderat poteſtatem, & quod prelati qui condempnaverant predictos tanquam hereticos & illi qui conſenciebant in hoc erant facti heretici & erraverant, quamvis ipſe ut dixit non crederet predictos errores. ¶ Item in defenſionem & favorem predictorum condempnatorum & ſtatus beguinorum de tercio ordine & eorum qui erant fugitivi pro predictis erroribus & aliis inobedienciis & rebellionibus multa fecit & dixit, & de bonis ſuis dedit & expendidit ſemel centum turonenſes albos argenteos, & ſemel quinquaginta ſolidorum Tholoſanorum & aliqua alia. 157.b. ¶ Item illos quos ſciebat eſſe fugitivos pro facto beguinorum & opinionibus erroneis receptavit in domo ſua, & dedit ad comedendum & bibendum pluries de bonis ſuis, & ſpecialiter fratrem Raymundum Johannis de monte regali & fratrem Raymundum Carlati de electo & fratrem Bernardum de antinhano apoſtatas ordinis minorum & fugitivos & defenſores predictorum condempnatorum. Item Petrum hoſpitalis & Petrum dominici beguinos quos audiverat fuiſſe penitenciatos & injunctam penitenciam dimiſiſſe & eſſe fugitivos, & Petrum Guiraudi cum eisdem. ¶ Item credidit quod papa non poſſet diſpenſare in voto ſimplici virginitatis aut caſtitatis pro quocunque magno bono quod inde ſequeretur, ſi perſona cum qua diſpenſaret contraheret matrimonium videlicet pro pace unius regni vel unius provincie. ¶ Item credidit & credebat ipſe & alii beguini quod Chriſtus & apoſtoli nichil habuerunt in proprio vel conmuni, & quod hoc erat de regula ſancti Franciſci nichil habere in proprio vel conmuni, & quod papa non poterat diſpenſare in predicta regula quod fratres minores haberent aliquid in proprio vel conmuni. ¶ Item predictus Raymundus recepit & receptavit pluribus vicibus in domo ſua aliquos apoſtatas & fugitivos quos in confeſſione ſua nominat & plures alios credentes & tenentes ac defendentes errores & opiniones erroneas beguinorum de tercio ordine, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & aſſociavit de loco ad locum. ¶ Item predicta que confeſſus eſt ſe credidiſſe & tenuiſſe credidit & tenuit & in aliis ſupradictis conmiſit ab illo tempore citra & paulo ante quo predicti IIII^r^ fratres minores apud Maſſiliam & predicti beguini de tercio ordine fuerunt in provincia Narbonenſi tanquam heretici condempnati, videlicet à quatuor & à tribus & à duobus & ab uno annis citra, & ſtetit & perſeveravit in dicta credencia uſque ad xv. dies antequam caperetur, & tunc incepit dubitare & titubare circa predicta, ſet à dicta credencia receſſit ut dixit poſtquam fuit adductus captus ad preſenciam domini epiſcopi appamienſis & inquiſitoris Tholoſani. ¶ De predictis autem non fuit confeſſus judicialiter nec ea revelavit donec ipſe & uxor ejus & alii conplices multi beguini de tercio ordine fuerunt capti & detenti in carceribus & donec fuit per alios conplices detectus in parte, & oſſa aliquorum condempnatorum predictorum fuerunt inventa in domo ſua, ſicut ſupra premittitur, que pro reliquiis conſervabat. ¶ Item credidit & tenuit doctrinam & ſcripturam fratris P. Johannis Olivi de ordine fratrum minorum eſſe veram fidelem & catholicam, & ſpecialiter poſtillam ipſius ſuper apocalipſim quam habuit & tenuit transpoſitam in vulgari, & frequenter legit in ea etiam aliis perſonis audientibus, & audivit legi ab

aliis

aliis aliquociens totam aut majorem partem, in qua audivit legi aut ipſemet legit ea que ſecuntur, videlicet de tribus temporibus ſeu ſtatibus generalibus mundi, & de ſeptem ſtatibus eccleſie qui ibidem diſtinguntur, & de dupplici antichriſto, videlicet de miſtico & de magno, qui debet venire in tercio decimo centenario annorum conputando à paſſione vel reſurrectione Chriſti, & audivit ab aliis beguinis dici & teneri quod miſticus antichriſtus erat dominus papa qui nunc eſt, & quod preparabat viam majori antichriſto, quia perſequebatur vitam euangelicam in pauperibus Chriſti, ſuper quo ipſe titubabat. ¶ Item in dicta poſtilla legit vel audivit legi quod in ſecundo ſtatu generali mundi qui concurrit cum ſexto ſtatu ſpeciali eccleſie in fine illius ſtatus fiet judicium de babilone id eſt de eccleſia carnali, quia ipſa perſequitur & perſequetur veritatem Chriſti in pauperibus ſuis, & finaliter ipſa condempnabit & crucifiget ſanctam vitam & ſanctam paupertatem Chriſti, & ideo ipſa reprobabitur & condempnabitur per x. cornua beſtie exceptis electis qui liberabuntur per quos eccleſia ſpiritualis fundabitur & veritas Chriſti exaltabitur &
158. predicabitur, & audivit dici & teneri à beguinis quod nunc incipiebat eſſe tempus illud. Ipſe autem hoc non credebat nec diſcredebat. ¶ Item in dicta poſtilla legit vel audivit legi Romanam eccleſiam eſſe illam babilonem meretricem magnam ſedentem ſuper beſtiam que habebat capita VII. & cornua X. & erat inebriata ſanguine ſanctorum. Item dictam eccleſiam eſſe fornicatam & receſſiſſe à fideli cultu Chriſti ſponſi ſui per carnales delicias & divicias. ¶ Item audivit dici & teneri à beguinis, quod ſanctus Franciſcus crucifigeretur ſpiritualiter in membris ſuis, ſicut Chriſtus crucifigitur in martiribus ſuis, & hoc accipiebant & exponebant de fratribus pauperibus tercii ordinis qui condempnabantur pro defenſione Regule ſancti Franciſci.

¶ Item addidit confeſſioni ſue prime dicens quod ipſe tradidit & conmendavit Petro trancavelli de Bitterra beguino de tercio ordine qui multum proſequebatur factum beguinorum CCC^tos^. L. denarios auri tam in agnis aureis quam in florenis in duabus vicibus à duabus annis citra ad iſtum finem ut juvaret ſe de eis ſi contingeret eum ire in Greciam vel in Jeruſalem ſicut currebat opinio inter beguinos quod utile erat fugere ad partes illas ad evadendum bella & guerras que debebant deſtruere in partibus iſtis regnum Francorum & eccleſiam carnalem infra breve tempus, & ita credebat. Item audivit de aliquibus aliis perſonis quod tradiderunt ſeu conmendaverunt eidem Petro trancavelli aliquas & magnas pecunie quantitates.

¶ Predictus Raymundus de Antuſano poſtquam abjuraverat omnem hereſim in judicio & ſpecialiter & expreſſe errores & opiniones erroneas beguinorum & omnem favorem & receptacionem & defenſionem eorum, & poſtquam juraverat & promiſerat ſe detegere & revelare, & facere capi & reddi pro poſſe ſuo inquiſitoribus credentes receptatores fautores & fugitivos ac nuncios predictorum errancium beguinorum, ex tunc nuper die Martis poſt feſtum paſche rediens ad domum ſuam invenit cum Bernarda uxore ſua quod in domo ſua fuerant Petrus tort de monte regali beguinus de tercio ordine & P. arruffati de Narbona, de quo reprehendit dictam uxorem ſuam quia non fecerat eos capi, & eadem nocte audivit & ſcivit quod fuerunt capti per ſervientes curie, & ducti ad caſtrum de cincta gavella, & ſequenti mane de conſilio duorum fratrum predicatorum ivit ad loquendum cum eis ad inducendum eos ut converterentur & facerent voluntatem domini epiſcopi appamienſis & inquiſitoris Tholoſani & ſic invenirent bonam graciam cum eis, & eodem die quando receſſerunt de caſtro & ducebantur verſus appamiam ipſe fuit locutus cum Petro arruffati, & dixit ei quod confiteretur de reliquiis illis videlicet de capite unius mulieris conbuſte, quas ipſe qui loquitur viderat in domo ipſius Petri arruffati, quia ipſe Raymundus dixerat ſuper hoc veritatem. Item comedit cum eis & cum ſervientibus & fuit locutus verba conmunia cum eiſdem.

Ber-

Bernarda uxor Raymundi de antuſano.

BErnarda uxor Raymundi de antuſano de cincta gavella, filiaque quondam Bernardi den Adam dyoceſis mirapiſcenſis, dicens ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci, & ſe eſſe profeſſam terciam regulam cum publico inſtrumento, ſicut per confeſſionem ipſius factam in judicio, XIIII°. die menſis Marcii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat, recognovit quod ipſa tenuit & credidit eſſe ſanctos martires illos quatuor fratres minores qui fuerunt apud Maſſiliam tanquam heretici judicati per inquiſitorem heretice pravitatis & conbuſti per curiam ſecularem à IIII°r annis citra, & credidit quod ſuſtinuiſſent mortem pro veritate euangelica & pro regula ſancti Franciſci, quamvis audiviſſet fuiſſe eos condempnatos per judicium inquiſitoris heretice pravitatis, & de hoc aliquociens locuta fuit cum aliis beguinis. ¶ Item credidit & credebat & dicebat eſſe ſanctos martires & ſuſtinuiſſe mortem injuſte beguinos de tercio ordine qui fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium prelatorum & inquiſitoris heretice pravitatis & conbuſti per curiam ſecularem à tribus & à duobus & ab uno annis citra in diverſis locis in provincia Narbonenſi, videlicet Narbone una vice tres & altera vice XXI. inter viros & mulieres, & in capite ſtagno frater Jacobus de rivo, & Bernardus leonis de monte regali cum quibuſdam aliis, & in dyoceſi magalonenſi apud lunellum XVII. tam viri quam mulieres, & apud Lodonam aliqui, & bitterre una vice duo, & altera vice VII. & aliqui in dyoceſi agathenſi, & hoc ipſum aliquociens ipſa dixit & aſſeruit audientibus aliis, & audivit idem dici ab aliis & teneri. ¶ Item aliquociens audivit legi & recitari confeſſiones aliquorum ex predictis condempnatis. ¶ Item credidit & credebat, quod prelati & inquiſitores qui condempnaverunt ipſos, & dominus papa ſi conſenſerat, in hoc male fecerant & injuſte, & dampnarentur niſi ſuper hoc peniterent. ¶ Item habuit & accepit à quibuſdam perſonis, quas in confeſſione ſua nominat, de oſſibus & pulveribus ſeu cineribus predictorum condempnatorum & conbuſtorum bitterre & apud lunellum, & unum fruſtum de ligno ſeu de palo in quo ligatus fuerat unus condempnatus apud Narbonam, & predicta omnia pro devocione quam habebat ad illos condempnatos accepit & repoſuit ad conſervandum in quodam prixide in archa ſua tanquam pro reliquiis, ac ſi eſſent reliquie ſanctorum canoniſatorum per eccleſiam, & credit quod bis dictas reliquias pro devocione fuerit oſculata, & predicta omnia fuerunt inventa in archa ſua tempore quo fuit capta, fueruntque ad preſenciam domini epiſcopi appamienſis & inquiſitoris Tholoſani apud Appamiam deportata. ¶ Item audivit cum devocione referri ſibi per virum ſuum qualiter viderat apud Narbonam caput cum aliquibus aliis partibus corporis cujuſdam mulieris beguine virginis que fuerat apud Lunellum tanquam heretica condempnata & conbuſta, quam ipſa & dictus maritus ſuus ſanctam martirem reputabant. ¶ Item plures & pluries recepit & receptavit in domo ſua & viri ſui aliquos quos in confeſſione ſua nominat diſcurrentes, & aliquos apoſtatas fugitivos de credencia & adherencia & affectione predictorum qui fuerunt condempnati tanquam heretici, & ab aliquibus ex eis audivit laudari & approbari eos & tanquam martires reputari & nominari, & talibus dedit ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue. ¶ Item aliquando audivit legi ſibi & aliis beguinis de libris fratris P. Johannis in vulgari, & ſpecialiter de poſtilla ejus ſuper apocalipſim in qua inter cetera audivit legi de babilone, quam vocat meretricem magnam ſedentem ſuper beſtiam, matrem fornicacionum habentem ciphum aureum in manu ſua plenum abhominacionibus, & inde potabat alios, & habebat multa capita & X. cornua, & exponebat predictam mulierem eſſe eccleſiam carnalem. ¶ Item dictum fratrem P. Johannis audivit conmendari ab aliis beguinis ſicut ſanctum patrem, & ejus ſcripturam & doctrinam eſſe veram & catholicam, & ita credebat eſſe. ¶ Item predicta credidit & tenuit, & in predictis conmiſit à quatuor & à tribus & à duobus & ab uno annis citra, ſicut fuit informata & inſtructa tam

158. b.

per illos qui erant de credencia & adherencia & affectione beguinorum condempnatorum quam etiam per illa que audivit legi aut recitari ſibi de libris predicti fratris P. Johannis, videlicet de predicta poſtilla & de paupertate. ¶ Item de predictis non fuit confeſſa judicialiter nec ea revelavit nec venit ad confitendum donec ipſa & maritus ſuus & alii conplices beguini de tercio ordine fuerunt capti & detenti
159. in carceribus, & donec fuit per alios conplices detecta & nominata, & de predictis oſſibus & pulveribus deprehenſa.

¶ Predicta Bernarda poſtquam abjuraverat omnem hereſim in judicio, & ſpecialiter & expreſſe errores & opiniones erroneas beguinorum & omnem favorem & receptacionem & defenſionem eorum, & poſtquam juraverat & promiſerat ſe detegere ac revelare & facere capi & reddi pro poſſe ſuo inquiſitoribus credentes receptatores fautores & fugitivos ac nuncios predictorum errancium beguinorum. Ex tunc die Martis poſt feſtum paſche Petrus tort de monte regali, quem ipſa alias noverat & frequenter in domo ſua eum receptaverat, & ſciebat eum eſſe beguinum, quia ſemel vel bis viderat eum in domo ſua portantem mantellum venit ad domum ipſius Bernarde, non in habitu beguinorum ſet in habitu diſſimulato, cum quodam alio homine quem ipſa non noverat nec viderat, & ipſa videns predictum Petrum tort ſurrexit ei, & ſalutaverunt ſe modo conmuni, & dictus P. tort & ſocius ejus intraverunt domum dicte Bernarde, & tunc ipſa vel aliquis ipſorum dixit, benedictum ſit nomen domini noſtri Jeſu Chriſti & alii reſponderunt Amen, & quando fuerunt in aula domus petiverunt ab ea ubi erat Raymundus maritus ſuus, & ipſa reſpondit quod extra villam in quadam vinea, & tunc dicti homines dixerunt quod audiverant dici in Narboneſio quod beguini iſtarum parcium fuerant capti & poſtmodum relaxati aliqui, & volebant ſcire qualiter factum fuerat, volebant etiam ſubvenire beguinis incarceratis ſi indigerent, & ipſa reſpondit eis quod capti fuerant & confeſſi, & fecerant voluntatem domini epiſcopi appamienſis & inquiſitoris Tholoſani, & fuerunt relaxati, & ipſa petivit ab eis de beguinis *quot fuerant* conbuſti in Narbona nuper in quadrageſima & ipſi reſponderunt *ei quod* xxi^us^. inter viros & mulieres. Et ipſa Bernarda dixit eis quod dominus epiſcopus Appamienſis & inquiſitor Tholoſanus fecerant ipſam & virum ſuum jurare quod non receptarent beguinos fugitivos, & dictus P. tort reſpondit ei quod ipſi non erant fugitivi, & quod bene receptaverat eos quidam beguinus de honors, quem dominus epiſcopus mirapiſcenſis inquiſiverat. Item ipſa dixit eis quod niſi ipſa & vir ejus timerent de juramento quod fecerant, & ne dampnum paterentur propter eos fidejuſſores ipſi libenter irent in Jeruſalem, quia tinebant ſibi ne cruces inponerentur eis pro illis que confeſſi fuerant. Et alter illorum dixit quod confunderentur per cruces, & quod melius eſſet quod facerent aliquas peregrinaciones. Item dictis duobus hominibus exiſtentibus tunc in domo ejus venit Guilielmus Ros & dixit ſibi quod diceret illis hominibus qui erant intus quod cito exirent de dicta domo pro utilitate ſua & quod tranſirent pontem, & ipſa reverſa eſt ad eos & dixit eis predicta verba, & tunc receſſerunt inde, & in receſſu ipſa dedit dicto Petro tort unum magnum cautellum de placenta & duo fruſta de roſolas, & eadem nocte venerunt ſervientes curie ad domum ipſius ad videndum ſi erant ibi predicti duo homines, & ipſa dixit eis quod receſſerant verſus pontem, & eadem nocte predicti duo homines fuerunt capti per dictos ſervientes, ¶ Item addidit confeſſioni ſue prime dicens, quod duabus vicibus fuerat confeſſa duobus apoſtatis ordinis minorum de illis fratribus ſpiritualibus fugitivis ſciens ipſos eſſe tales, & de affectione ſeu credencia beguinorum cuilibet apoſtate una vice, hoc autem fuit antequam hereſim in judicio abjuraſſet.

Guilielmus Ruffi.

GUilielmus Ruffi filius quondam Petri Ruffi de cincta gavella dyoceſis mirapiſcenſis, dicens ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci cujus habitum portat, & regulam terciam dicit ſe eſſe profeſſum cum publico inſtrumento, ſicut per ejus

ejus confeſſionem factam in judicio, xx°. die menſis Marcii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat, in judicio recognovit quod ipſe audivit pluries & à pluribus dici aſſeri & teneri inter beguinos de predicto tercio ordine, & ipſe ſicut fuit informatus dixit aſſeruit tenuit & credidit articulos erroneos & opiniones erroneas continentes errores infraſcriptos, extollentes ſe adverſus Romanam eccleſiam & apoſtolicam ſedem, & ſpecialiter contra poteſtatem domini pape, & contra ſtatum prelatorum eccleſie, & contra unitatem fidei catholice & ſanam doctrinam ſanctorum. ¶ Articuli autem ſunt iſti, videlicet quod Chriſtus & apoſtoli non habuerunt aliquid in proprio vel conmuni. ¶ Item quod regula fratrum minorum eſt illa vita ſeu regula, quam Chriſtus inpoſuit apoſtolis, & eſt regula euangelica. ¶ Item quod papa non poteſt diſpenſare cum aliquo fratre minore vel etiam cum beguinis qui fecerunt votum paupertatis ſecundum regulam ſancti Franciſci, quod habeant aliquid in proprio vel conmuni. ¶ Item quod facere contra predictam regulam ſancti Franciſci, maxime in votis paupertatis caſtitatis & obediencie, eſt facere contra euangelium Chriſti. ¶ Item quod ſicut dominus papa non poteſt mutare addere vel diminuere aliquid in euangelio Chriſti, ita non poteſt mutare addere vel diminuere in conſiliis que continentur in predicta regula euangelica ſancti Franciſci. ¶ Item quod dominus papa non poteſt caſſare ordinem fratrum minorum vel diſconfirmare regulam ſancti Franciſci, quia ipſe habuerat eam à ſpiritu ſancto, & fuerat poſtea per multos ſummos pontifices confirmata. ¶ Item quod papa non poterat facere quod aliquis frater minor profeſſus regulam ſancti Franciſci poſſet transferri ad alium ordinem qui haberet bona temporalia in conmuni, quin ſemper eſſet obligatus ad ſervandum votum paupertatis factum prius ſecundum regulam ſancti Franciſci, ita quod nichil haberet in proprio vel in conmuni. ¶ Item quod frater minor factus epiſcopus ſemper erat obligatus ſervare votum paupertatis factum ſecundum regulam ſancti Franciſci ſicut & prius, nec poterat ſibi appropriare aliquid de bonis epiſcopatus, poterat tamen ea facere pauperibus diſpenſare. ¶ Item quod papa non poterat concedere fratribus minoribus quod portarent habitus de panno tincto, & maxime de panno precioſo, nec fratres minores tenebantur domino pape ſuper hoc obedire quia hoc erat contra votum ipſorum. ¶ Item quod dominus papa Johannes XXII^us^. faciendo conſtitucionem ſeu declaracionem quod fratres minores poſſent habere granaria & c llaria ad conſervandum bladum & vinum in conmuni, fecit injuſte & contra regulam ſancti Franciſci, & in hoc condempnavit paupertatem & vitam & euangelium Jeſu Chriſti, & fecit factum antichriſtale, & fuit factus miſticus antichriſtus preparator vie majoris antichriſti, ſet hoc ultimum ipſe non credidit. ¶ Item quod dominus papa Johannes XXII^us^. fecit inique & injuſte & malicioſe, quando tradidit fratres minores de conventu Narbonenſi & bitterenſi qui volebant ſervare paupertatem & puritatem regule ſancti Franciſci in poteſtate aliorum fratrum minorum, qui tenebant conmunitatem ordinis & perſequebantur eos. ¶ Item quod illi IIII^or^ fratres minores qui fuerunt condempnati velut heretici per judicium inquiſitoris heretice pravitatis apud Maſſiliam à IIII^or^ annis citra erant martires glorioſi inter omnes martires eccleſie Dei poſt apoſtolos. ¶ Item quod illi beguini de tercio ordine ſancti Franciſci, qui fuerunt condempnati velut heretici à tribus & à duobus & ab uno annis citra per judicium prelatorum & inquiſitoris Carcaſſonenſis in diverſis locis in provincia Narbonenſi erant martires glorioſi & ſancti in conſpectu Dei paſſi mortem pro defenſione veritatis euangelice & puritate obſervancie regule ſancti Franciſci ¶ Item quod dominus papa & prelati & inquiſitores, qui predictos fratres minores aut predictos beguinos condempnaverunt velut hereticos, aut in condempnacionem eorum conſenſerunt, fecerunt injuſte & inique & malicioſe, & ex hoc erant facti heretici ſi in tali voluntate pertinaciter perſeverabant, hoc autem, videlicet quod eſſent facti heretici, ipſe non credidit, ut dixit, ſet libenter audiebat quando ab aliis ita dicebatur. ¶ Item quod propter hoc dominus papa perdiderat poteſtatem papalem, & epiſcopi facti per eum non erant epiſcopi, nec eis erat obediendum. ¶ Item quod epiſcopi & prelati, qui fecerant aut conſenſerant in predicta condempna-

159.

160.

dempnacione, perdiderunt poteſtatem epiſcopalem & poteſtatem miniſtrandi ſacramenta, nec eis erat obediendum. ¶ Item quod dominus papa non poterat diſpenſare cum aliqua perſona, que feciſſet votum caſtitatis aut virginitatis Deo, quantumcunque eſſet votum ſimplex, quod poſt ea contraheret matrimonium in quocunque caſu, etiamſi non eſſent in toto mundo niſi unica mulier que feciſſet tale votum, & totum genus humanum deberet deficere niſi ipſa contraheret, papa non poſſet cum ea diſpenſare, nec ipſa teneretur obedire, & ſi contraheret matrimonium non eſſet niſi fornicacio, & filii inde nati eſſent ſpurii. ¶ Item quod ſicut ſynagoga Judeorum fuit exterminata & rejecta poſt paſſionem Chriſti quia Chriſtum crucifixit, ſic eccleſia carnalis in fine ſexti ſtatus eccleſie, in quo dicunt nos eſſe, terminabitur & reicietur, quia ipſa perſequitur pauperes euangelicos, & rejecta eccleſia carnali tunc eccleſia ſpiritualis ſuccedet, que pro majori parte fundabitur per fratres minores pauperes qui petunt obſervanciam puritatis regule, & etiam de aliquibus aliis ſtatibus aliqui eligentur. ¶ Item quod eccleſia Romana eſt eccleſia carnalis que debet reici à Chriſto, ſuccedente alia eccleſia ſpirituali. ¶ Item quod Romana eccleſia eſt illa babilon meretrix magna que ſedet ſuper beſtiam habentem capita VII. & cornua X. & eſt ebria de ſanguine ſanctorum, & eſt fornicata quia receſſit à cultu fideli & deliciis Chriſti ſponſi ſui propter delicias & divicias hujus mundi, ſicut exponit frater P. Johannis in poſtilla ſua ſuper apocalipſim. ¶ Item quod duo erant antichriſti, videlicet miſticus & alter major, & quod miſticus antichriſtus eſſet ille papa ſub quo fit perſecucio & inpugnacio virorum euangelicorum qui volunt ſervare paupertatem & puritatem regule ſancti Franciſci, & quod iſte miſticus antichriſtus eſt dominus papa Johannes XX^us^. hoc autem ipſe non credidit, ut dixit. ¶ Item quod Chriſtus & ſanctus Franciſcus adhuc crucifigentur in membris ſuis & in vita Jeſu Chriſti, quod exponunt de perſecucione quam ſuſtinent pauperes beguini. ¶ Item quod nullus ſtatus in eccleſia Dei eſt ita perfectus ſicut ſtatus fratrum minorum ſpiritualium vel pauperum, nec etiam ſtatus epiſcopalis, totam perfectionem ſtatus ponentes eſſe in paupertate, quam dicunt eſſe euangelicam. ¶ Item quod prelati & religioſi qui perſecuntur beguinos ſunt ſicut phariſei qui perſequebantur Chriſtum. ¶ Item quod ſancto Franciſco fuit revelatum, quod de ordine ſuo egrederetur & eſſet antichriſtus & etiam illi qui defenderent in fine vitam Chriſti contra antichriſtum. ¶ Item quod tota doctrina fratris Petri Johannis Olivi eſt vera & catholica, & habuit eam per illuminacionem ſpiritus ſancti, per quam cognovit veritatem euangelicam & regule ſancti Franciſci, quem vocant ſanctum patrem & magnum doctorem, & quod eſt ille angelus de quo ſcribitur in apocalipſi quod facies ejus erat ut ſol, & habebat librum apertum in manu ſua, & quod illi clarius fuerat revelatum tempus futurum & illa que debent contingere pro tempore futuro, quam alicui alii doctori. ¶ Item quod Deus ſpecialiter elegerat ipſum ad revelandum tempus finale eccleſie, & ad premuniendum eccleſiam contra perſecuciones antichriſti & tribulaciones que in noviſſimo tempore eccleſie ſunt future. ¶ Item quod doctrina & ſcriptura fratris P. Johannis fuit probata per dominum Clementem in concilio Vienneńſi, tribus articulis dumtaxat exceptis. ¶ Item quod ſi aliquis papa reprobaret vel condempnaret ſcripturas prefati fratris P. Johannis, ipſi non reputarent eas condempnatas vel reprobatas. ¶ Item ipſe fre-
160.b. quenter audivit legi ſibi & aliis in diverſis locis de libris in ſcriptis predicti fratris P. Johannis in vulgari transpoſitis. ¶ Item frequenter cum aliquibus aliis quos nominat mutato habitu ne cognoſceretur ivit ad videndum & audiendum quid fieret aut diceretur contra beguinos quando debebant dari ſentencie contra ipſos, & gaudebat de conſtancia vel magis de pertinacia illorum qui nolebant à ſuis opinionibus erroneis reſilire. ¶ Item ſcivit & celavit & non revelavit multos credentes & adherentes opinionibus erroneis beguinorum, & ſemel ſcivit eſſe VII. fugitivos apoſtatas quos in confeſſione ſua nominat in Tholoſa qui erant de credencia & adherencia & affectione predictorum, cum eis comedit & bibit & participavit, & aliquos ex ipſis multociens aſſociavit de loco ad locum, & fuit in conventiculis &

con-

gregacionibus in quibus ipſe & alii beguini ſe mutuo informabant de predictis opinionibus erroneis.

¶ Predicta credidit & in eis conmiſit à IIII^{or} annis citra vel circa, ſicut fuerat informatus tam ex illis que audivit legi & recitari ex poſtilla & ex libris prefati fratris P. Johannis quam ex informacione & tradicione multorum aliorum beguinorum de tercio ordine & quorundam apoſtatarum quos in confeſſione ſua nominat. ¶ De predictis vero non fuit confeſſus judicialiter, nec ea revelavit, nec reputabat errores, ſet credebat eſſe veritatem, donec ipſe & alii multi conplices ſui fuerunt capti & detenti in carceribus, quamvis audiviſſet & ſciviſſet & vidiſſet quod pro predictis erroribus in provincia Narbonenſi multi beguini de tercia ordine fuiſſent per judicium eccleſie tanquam heretici condempnati.

Petrus Calveti de cincta Gavella.

PEtrus Calveti filius quondam Raymundi Calveti de cincta gavella dyoceſis mirapiſcenſis conjugatus beguinus de tercio ordine ſancti Franciſci, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio XVII. die menſis Marcii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat, in judicio recognovit quod IIII^{or} anni erunt in tempore paſchali quod Petrus trencavelli veniens apud cinctam gavellam narravit beguinis ipſo audiente quod IIII^{or} fratres minores fuerant condempnati tanquam heretici apud Maſſiliam per inquiſitorem heretice pravitatis qui erat de ordine fratrum minorum, & ex tunc ipſe P. Calveti & alii beguini inter ſe de condempnacione predictorum fratrum multociens & in multis locis loquebantur, & dicebant quod fuerant condempnati male & injuſte & per invidiam aliorum fratrum minorum & prefati inquiſitoris Maſſilienſis, & quod ſuſtinuerant mortem pro veritate ſua regule que erat vita euangelica, & tam ipſe quam alii dicebant illos eſſe ſanctos martires, & ipſe credebat ita eſſe. ¶ Item duo anni cum dimidio ſunt elapſi quod inceperunt condempnari, & fuerunt poſtmodum condempnati tanquam heretici in diverſis locis in provincia Narbonenſi per prelatos & per inquiſitorem Carcaſſonenſem multi beguini, quorum aliquos quos in confeſſione ſua nominat ipſe novit & vidit, & ipſe & alii beguini loquentes de condempnacione predictorum beguinorum inter ſe pluries & in pluribus locis dicebant quod injuſte & per invidiam erant condempnati, quamvis ipſe audiverit dici ab aliis beguinis quod una cauſa inter alias erat propter quam condempnabantur tanquam heretici, quia dicebant quod dominus papa qui nunc eſt erat hereticus propter hoc quia condempnaverat paupertatem euangelicam quando predicti quatuor fratres minores fuerunt Maſſilie condempnati. ¶ Item quia dicebant & reputabant epiſcopos & inquiſitorem carcaſſonenſem qui beguinos aliquos condempnarunt eſſe hereticos. ¶ Item ipſe & alii beguini cum quibus loquebatur de predictis condempnatis reputabant predictos condempnatos beguinos male & injuſte fuiſſe condempnatos, & eſſe ſanctos martires, & reputabant epiſcopos & inquiſitores qui eos condempnaverant peccare & injuſte facere. ¶ Item audivit dici à Petro hoſpitalis beguino & ab aliquibus aliis quod dominus papa erat factus hereticus, & etiam inquiſitor Carcaſſonenſis qui predictos beguinos condempnaverant, & de hoc ipſe ſtabat in dubio quaſi admirative, ſet determinate non credidit quod dominus papa eſſet hereticus, non tamen dicentem hoc reprehendit. ¶ Item confeſſio Arnaldi poncii de bello podio, qui fuit poſtmodum tanquam hereticus condempnatus, fuit apportata apud cinctam gavellam per duos beguinos quos in confeſſione ſua nominat, & lecta ſibi & aliis beguinis. In qua confeſſione inter cetera continebatur quod dictus Arnaldus poncii non reputabat inquiſitorem carcaſſonenſem eſſe de eccleſia Dei, ſet reputabat eſſe hereticum, & lecta & audita dicta confeſſione ipſe & alii beguini hoc audientes fuerunt ſuper hoc conſolati. ¶ Item Petrum hoſpitalis & Petrum dominici quos audiverat fuiſſe penitenciatos ad portandum cruces, & quod fugerant de Narbonenſio recepit aliquociens in domo ſua, & vidit & viſitavit alibi, & audivit predictum 161.

Petrum dominici legentem ſibi & aliis beguinis & beguinabus in diverſis locis de libris fratris Petri Johannis Olivi, videlicet de poſtilla ſuper Apocalipſim & de libro de paupertate in vulgari. ¶ Item audivit dici à predicto Petro hoſpitalis quod dominus papa non poterat diſpenſare cum fratribus minoribus quod haberent cellaria vel granaria pro blado & vino conſervando, & in hanc partem ipſe P. Calveti magis inclinabatur. ¶ Item audivit ab eodem quod idem dominus papa erat factus hereticus & perdiderat poteſtatem papalem, quia condempnaverat paupertatem euangelicam, & quia erant condempnati fratres minores & beguini qui eam tenebant & defendebant, & de hoc ipſe P. Calveti dubitabat, ſet magis inclinabatur ad hoc quod non eſſet hereticus. ¶ Item opinio erat inter beguinos quod papa non poterat diſpenſare in voto caſtitatis vel virginitatis, & ſuper hoc ipſe dubitabat, ſet magis inclinabatur quod non poterat diſpenſare. ¶ Item audivit à beguinis quod regula ſancti Franciſci erat idem cum euangelio, & quod papa non poterat deſtruere dictam regulam ſicut nec euangelium, nec ordinem fratrum minorum, & ipſe idem credebat. ¶ Item audivit à beguinis venientibus de partibus Narboneſiii quod papa & epiſcopi & inquiſitores qui condempnaverant pauperes fratres beguinos in provincia Narbonenſi & alibi non erant de eccleſia Dei Romana, ſet erant de ſynagoga. ¶ Item quod Chriſtus & apoſtoli non habuerunt aliquid in proprio vel conmuni, & de hoc ipſe dubitabat quia audiverat dici quod Judas portabat loculos. ¶ Item quod beguini conmuniter tenebant & dicebant & ipſe idem credebat quod doctrina & ſcriptura fratris Petri Johannis ſuper Apocalipſim erat bona & catholica, & quod papa Clemens aprobaverat eam.

¶ Predicta credidit, videlicet quod predicti fratres minores condempnati velut heretici erant ſancti martires poſtquam ſibi hoc innotuit, & ſunt tres anni elapſi, & ex tunc continue credidit tam de ipſis quam de aliis beguinis condempnatis, quam etiam de articulis aliis ſuperius expreſſatis ex quo incepit eos audire, donec fuit adductus captus apud appamiam tanquam ſuſpectus de predictis, & tunc erat in dicta credencia, & fuit donec oſtenſum fuit ei per inquiſitorem quod erraverat & errabat, & tunc receſſit à credencia predictorum.

Maria de ſerra.

161.b. MAria de ſerra uxor quondam Jacobi de ſerra filiaque quondam Johannis de goione de cincta gavella, dicens ſe eſſe de ordine fratrum de penitencia vel de tercio ordine ſancti Franciſci recepta ad profeſſionem dicti ordinis cum publico inſtrumento, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio legitime nobis conſtat, dixit quod IIII^{or} anni ſunt quod in menſe Mayi proxime preterito ut ſibi videtur quidam quem nominat qui venerat de verſus Narbonam, & portabat cuidam perſone quam nominat de reliquiis de aliquo fratre minorum conbuſto in Maſſilia vel de aliquo beguino conbuſto in provincia Narbonenſi dedit ſibi aliquam partem dictarum reliquiarum involutam in ſeudato, quam ob devocionem recepit & oſculata fuit & ſecum portavit donec venit citata dicens quod illos fratres minores conbuſtos in Maſſilia & beguinos conbuſtos in provincia Narbonenſi à predicto tempore IIII^{or} annorum quousque ad quadrageſimam inmediate preteritam circa feſtum Ramipalmarum credidit eſſe martires & eſſe mortuos pro defenſione fidei, & quod prelati & inquiſitores qui dictos fratres minores & beguinos condempnaverunt injuſte & inique fecerunt, ut credebat informata per quendam quem nominat, qui dixit ei quod ita bene erant martires & ita mortui erant pro fide Chriſti, ſicut mortui fuerunt ſancti Petrus & Paulus apoſtoli. ¶ Item ab eodem audivit & credidit quod dominus papa Johannes XXII^{us} qui nunc eſt erat precurſor antichriſti & preparator vie ejus, & quod tempore ipſius debebat inſtitui alter papa, & quod tunc nullus gauderet de rebus quas haberet, quia inſurgerent magne guerre, & unus homo alium occideret, & non eſſet pax alicubi. Audivit etiam ab eodem & credidit quod dictus dominus papa qui nunc eſt erat miſticus antichriſtus, & quod poneret majorem antichriſtum in cathe-

thedra, quia ut dicebat tempore iſtius domini pape debebat apparere antichriſtus, & quod nullus alius papa eſſet poſt iſtum ante antichriſtum, & quod antichriſtus major natus erat & habebat ultra xx. annos etatis, & erat ejus opinio quod dictus antichriſtus primo eſſet religioſus & eſſet de ordine fratrum minorum, & quod veniret in ſpecie ſanctitatis & perfectionis, & quod Fredericus rex Sicilie multa mala & dampna inferret eccleſie & magnas guerras faceret contra eam. Dicebat tamen quod illo tempore in tanta habundancia daretur ſpiritus ſanctus illis hominibus qui ſe tenerent cum Deo quod videretur eis quod quaſi palpando manibus ſentirent eum, & quod ita magni ſancti alii adhuc eſſent ſicut unquam fuerunt, & quod de Judeis aliqui baptiſarentur qui ita magni & alti eſſent ſicut aliis temporibus precedentibus unquam fuerunt, & quod parvuli pueri qui tempore moderno ſunt viderent illud tempus quod omnes gentes converterentur ad fidem Chriſti, & in quo eſſet maximus amor inter homines, & quod omnia que haberent ſibi conmunicarent. Et iſta omnia predicta predicta Maria credidit eſſe vera. ¶ Item dixit ſe audiviſſe à beguinis quod dominus papa qui nunc eſt non debuit concedere fratribus minoribus granaria vel cellaria, nec poterat in hoc diſpenſare, quia ut dicebant ſanctus Franciſcus non conceſſit eis. Item quod papa non poterat diſpenſare quod virgo Deo dicata vel conſecrata poſſet contrahere matrimonium, quia ſi hoc fieret eſſet virtutis diminucio ut dicebant, & poteſtas papalis erat ordinata ad augmentum & profectionem virtutum, & non ad diminucionem vel defectum. Predictos autem duos articulos dicta Maria non credidit nec diſcredidit, quia non ponebat in corde ſuo ſicut dixit. ¶ Item predictas reliquias cuidam perſone quam in confeſſione ſua nominat oſtendit, & ut ſibi videtur eas oſculata fuit dicens quod rogabat dictas reliquias quod ſi eam poterant juvare cum Deo juvarent. ¶ Item ſcivit quaſdam alias perſonas quas nominat de reliquiis predictorum condempnatorum habuiſſe. ¶ Item dixit ſe audiviſſe in ſermone publico in Narbona quando fiebat feſtum de fratre P. Johannis quod dictus frater P. Johannis erat pater eorum & ſanctus non canonizatus, & non opportebat quod per hominem canonizaretur, quia Deus canonizaverat eum in vita & in morte ut dicebant, & ipſa credidit iſta eſſe vera. ¶ Item multos alios beguinos & beguinas de erroribus predictis & aliis loquentes & ſuſpectos & ſuſpectas exiſtentes & fugitivos pro hereſi vidit aſſociavit, & cum eis comedit, & panem & vinum & ova & pecuniam dedit eis, nec eos vel eas revelavit, nec cepit nec capi fecit, ſet cum audiviſſet quod beguini & beguine de cincta gavella capiebantur fugit apud inſulam Jordanis, nec venit ad confitendum donec fuit citata ſpecialiter & vocata. 162.

Matheus terreni beguinus.

MAtheus terreni filius Petri terreni quondam de ſancto Amancio ultra fluvium Aregie dyoceſis appamienſis habitor apud Savardinum dyoceſis rivenſis dicens ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci, ſicut per confeſſionem ipſius factam in judicio legitime nobis conſtat, credidit & ſe credere & tenuiſſe confeſſus fuit quod tempore moderno vita domini Jeſu Chriſti ſuſtinet perſecucionem, quia fratres de penitencia vel beguini modo conburuntur ut heretici qui tenebant vitam Jeſu Chriſti. ¶ Item quod eccleſia carnalis perſequitur dictos beguinos, intelligens per eccleſiam carnalem illos qui beguinos ſeu fratres de penitencia perſecuntur. ¶ Item quod tempore moderno veritas perſecucionem patitur per carnalem eccleſiam, ſciens quod archiepiſcopus Narbonenſis, & epiſcopi bitterenſis agathenſis lodonenſis maſſilienſis, & inquiſitores carcaſſonenſis & maſſilienſis perſecuti ſunt dictos beguinos & eos velut hereticos condempnaverunt. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod beguini condempnati ut heretici & conbuſti ſuſtinuerunt perſecucionem pro defenſione veritatis & vite Domini Jeſu Chriſti, & ſunt martires Chriſti. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod papa non poterat diſpenſare quod fratres minores haberent granaria & cellaria, quia hoc eſſet contra votum paupertatis fratrum minorum. ¶ Item quod

non

non poteſt diſpenſare quod perſona que feciſſet votum ſimplex caſtitatis vel virginitatis contraheret matrimonium, nec in votis euangelicis. ¶ Item quod ad mandatum domini pape non debebant nec tenebantur fratres minores vocati ſpirituales dimittere habitum curtum & deformem quem ſibi aſſumpſerunt. ¶ Item quod quatuor fratres minores condempnati & conbuſti tanquam heretici in maſſilia erant martires Chriſti, cum tamen audiviſſet errores pro quibus condempnati fuerant velut heretici. ¶ Item quod doctrina & ſcriptura fratris Petri Johannis, quem vocat ſanctum patrem non canonizatum, erat tota fidelis & catholica. ¶ Item quod dominus papa non poterat caſſare tercium ordinem ſancti Franciſci, quia poteſtas pape eſt ad conſtructionem & non ad deſtructionem, credens fratrem Madium, qui propter predictos inmediate ſeptem articulos precedentes condempnatus & conbuſtus fuerat ut hereticus apud Narbonam, eſſe martirem Chriſti, & quod pro defenſione veritatis mortuus eſſet. ¶ Item credidit quod prelati & inquiſitores, qui dictos IIII^or^ fratres minores & beguinos condempnaverunt, eſſent extra eccleſiam Dei & de eccleſia carnali ac heretici, quia perſecuti ſunt vitam & veritatem Jeſu Chriſti & conſilia euangelica ſicut dixit. ¶ Item quod dominus papa Johannes XXII^us^. qui nunc eſt, eſſet preparator vie antichriſti majoris, ſicut beatus Johannes baptiſta fuit preparator vie Domini Jeſu Chriſti, pro eo quia perſequebatur fratres minores vocatos ſpirituales qui volebant regulam ſancti Franciſci ſervare, & quia dabat occaſionem fratribus minoribus quod haberent divicias concedendo eis quod haberent granaria & cellaria. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus papa qui nunc eſt vi-
162.b. debatur habere opera antichriſti, quia in principio floruit manutenendo paupertatem & humilitatem ſet modo erectus erat in vanitatem, & vanitatem exaltabat & perſequebatur pauperes & paupertatem, & dubitavit an eſſet antichriſtus vel non propter ipſius opera ſupradicta. ¶ Item credidit quod anno quo conputaretur incarnacio Domini M°. CCC°. XXV°. antichriſtus major eſſet in Jeruſalem, vel feciſſet curſum ſuum. ¶ Item quod tempore moderno omnia foramina ſunt plena antichriſto, intelligens dictum verbum ſic quod omnes religioſi temporis moderni erant pleni antichriſto, id eſt ſequebantur viam & faciebant opera antichriſti, quia non tenent nec obſervant regulas ſanctorum patrum quas profeſſi ſunt, ſet eorum modus vivendi eſt multum laxatus, rectores etiam & prelatos omnes eſſe plenos antichriſto quia non tenebant ita ſanctam vitam ſicut ſancti patres precedeſſores eorum tenuerunt, quos religioſos rectores & prelatos omnes reputabat eſſe in ſtatu dampnacionis niſi peniterent & ſe corrigerent de predictis, Addens etiam quod totus ſtatus hominum conjugatorum eſt plenus antichriſto, exceptis ſimplicibus qui ſi informati eſſent vel informarentur credidiſſent & crederent illa que dicti beguini credunt & tenent. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod ſoli illi qui credunt & tenent illud idem quod ipſe credebat & tenebat, & qui libenter tenerent & crederent ſi eſſent informati, erant de eccleſia Dei & in ſtatu ſalvacionis, alios vero omnes credebat eſſe extra eccleſiam Dei & in ſtatu dampnacionis & plenos eſſe antichriſto. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod Dominus Jeſus Chriſtus quamdiu vixit in mundo nichil habuit nec in proprio nec in conmuni, & quod majoris perfectionis eſt nichil omnio habere quam aliquid habere quam aliquid habere, credens quod quicunque teneret & crederet contrarium hereticus eſſet & quod veniret contra euangelium. ¶ Item quod beatus Franciſcus tenuit & obſervavit vitam quam tenuit Dominus Jeſus Chriſtus in terris, & fuit renovator vite Chriſti, & fuit perfectior inter omnes ſanctos poſt apoſtolos. ¶ Item quod papa non poſſet mutare nec caſſare regulam beati Franciſci vel ordinem fratrum minorum, quia dicta regula eſt euangelica, & fratres minores fecerunt vota euangelica, & ideo ſicut papa non poteſt mutare vel caſſare euangelium ita non poreſt mutare vel caſſare regulam ſancti Franciſci, & quod perfectior ſtatus de eccleſia erant fratres minores, & nullus in eccleſia erat ita perfectus ſicut ſunt fratres minores propter votum paupertatis quod faciunt. ¶ Item quod papa non poteſt revocare vel contrarium ſtatuere aliquid ordinatum vel ſtatutum per generale concilium vel per predeceſſorem ejus, & ſi faceret conſtitucio vel ſtatutum ejus nulla eſ-

ſent.

sent. ¶ Item dixit se credidisse quod papa non potuerat fecisse constitucionem in qua concedit fratribus minoribus quod juxta ordinacionem prelatorum suorum congregarent bladum & vinum pro necessitate temporis subsequentis, & quod dimitterent habitus curtos & deformes quos sibi assumpserant fratres vocati spirituales, quia illa forma habitus erat illa quam tradidit beatus Franciscus, credens quod in predictis contentis in predicta constitucione fratres minores non deberent obedire, nec uti ejus dispensacione. ¶ Item quod papa male fecit tradendo in manus prelatorum ordinis fratrum minorum dictos IIII^or fratres minores conbustos & alios spirituales, quia eos tradidit in manibus inimicorum suorum. ¶ Item dixit se credidisse quod frater P. Johannis erat sollempnis doctor ecclesie, & quod illa que debebant contingere tempore isto finali ei fuerant revelata per Deum. ¶ Predictos autem errores tenuit & credidit à IIII^or annis citra, nec unquam de ipsis confessus fuit sacramentaliter alicui sacerdoti, quia non credebat tenere errores, set credebat continere veritatem, & in ipsis perseveravit donec captus & detentus fuit in carcere pluribus diebus.

¶ Item multos alios beguinos & fugitivos pro heresi tenentes errores predictos vidit associavit & receptavit, quos celavit & non revelavit nec cepit nec capi fecit.

Raymundus Stephani de cruce. 163.

RAymundus Stephani de cruce dyocesis electensis, qui dicit se esse de fratribus de penitencia de tercio ordine sancti Francisci, cujus regulam terciam asserit se esse professum cum publico instrumento, & habitum portat & ritus observat, sicut per ejus confessionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XXI°. XI°. Kalendas Aprilis legitime nobis constat, dixit & asseruit se credidisse & tenuisse quod illi quatuor fratres minores quos in confessione sua nominat qui fuerunt condempnati tanquam heretici apud Massiliam per inquisitorem heretice pravitatis auctoritate sedis apostolice deputatum fuerunt & erant catholici tempore condempnacionis sue & sunt martires glorioſi, quos dicit esse condempnatos pro puritate regule sancti Francisci & pro votis euangelicis conservandis, quamvis ipse audiverit dici & credat ita esse quod predicti IIII^or fratres minores dicerent & defenderent quod dominus papa non poterat dispensare in regula sancti Francisci quod fratres minores possent habere cellaria vel granaria seu vinum & bladum ad habendum in conmuni in cellariis vel granariis congregare. ¶ Item quod dicebant & defendebant quod non erat obediendum in hoc domino pape nec constitucioni seu declaracioni per eundem dominum papam super hoc facte, & nichilominus credit ipsos esse martires sanctos si pro predictis fuerunt condempnati & heretici judicati. ¶ Item dixit & asseruit se credidisse & tenuisse quod illi pauperes fratres qui dicuntur esse de penitencia seu de tercio ordine sancti Francisci qui fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium prelatorum & inquisitoris Carcassonensis heretice pravitatis per sedem apostolicam deputati à duobus annis cum dimidio citra in provincia Narbonensi, scilicet Narbone, in capite stagno, in bitterri, apud lodonam, & in dyocesi agathensi, & apud lunellum magalonensis dyocesis, credit eos & reputat esse & fuisse tempore sue condempnacionis & post catholicos & sanctos salvatos, contrario judicio non obstante, quamvis audiverit dici quod predicti condempnati in provincia Narbonensi credebant & sustinebant quod predicti fratres minores apud massiliam condempnati tanquam heretici erant catholici & martires sancti. Item quod tenebant & sustinebant predicti condempnati in provincia Narbonensi quod dominus papa non poterat dispensare in votis euangelicis. ¶ Item quod non poterat facere quod aliquis frater minor professus regulam sancti Francisci posset esse monachus vel canonicus regularis ubi haberet possessiones aut divicias in proprio vel in conmuni. ¶ Item quod aliqui ex predictis qui fuerunt condempnati apud Narbonam, & etiam frater Jacobus de rivo qui fuit unus ex condempnatis in capite stagno vel Narbone dicebant tenebant & asserebant esse hereti-

cum dominum noſtrum papam, & archiepiſcopum Narbonenſem & ejus vicarios, & inquiſitorem carcaſſonenſem, & aliqui ex predictis condempnatis apud Narbonam dicebant amplius quod idem dominus papa papalem perdiderat poteſtatem, & quamvis predicti talia publice & pertinaciter defendentes propter ipſa fuerunt heretici condempnati, dictus frater Raymundus Stephani de cruce ipſos reputavit catholicos & ſalvatos, contrario judicio non obſtante. ¶ Item dixit ſe credere & tenere quod prelati & inquiſitores qui predictos judicaverunt ſeu condempnaverunt tanquam hereticos injuſte fecerunt & graviter peccaverunt, & tam ipſos quam alios qui expreſſe conſenſerunt in condempnacionibus predictorum reputat & credit peccaſſe mortaliter, & eſſe in ſtatu dampnacionis eterne ſi in hoc pertinaciter perſeverant, & niſi digne peniteant de predictis, ſive ſit dominus papa, ſive cardinales, ſive prelati, ſive religioſi quicunque. ¶ Item predictos condempnatos tanquam hereticos pro predictis & etiam omnes alios de tercio ordine qui credunt & tenent eadem vel ſimilia que tenuerunt & crediderunt predicti condempnati reputat & credit eſſe de congregacione fidelium & de ſancta eccleſia Romana. ¶ Item dicit ſe ſimpliciter opinari, niſi ſciret contrarium manifeſte, quod omnes illi qui condempnaverunt predictos, ſi obſtinate perſeverent in hoc & non peniteant, ſunt de illa eccleſia carnali de qua audivit legi & exponi in poſtilla fratris Petri Johannis Olivi, quod eſt Babilon meretrix magna hebria ſanguine ſanctorum, & predicti condempnati ſunt de
163.b. eccleſia ſancta Dei ſpirituali. ¶ Item credidit & tenuit quod dominus papa non poſſit facere quod aliquis frater minor fiat monachus aut canonicus regularis quin teneatur ſemper ſervare votum paupertatis ſecundum regulam ſancti Franciſci. ¶ Item eodem modo credidit quod ſi frater minor fiat epiſcopus aut etiam papa, quod etiam tenetur ſervare in ſe ipſo idem votum paupertatis, quamvis poſſit habere comitinam decentem, & hoc ipſum dicit & credit determinatum fuiſſe per fratrem Petrum Johannis in aliquo libro ſuo. ¶ Item credidit & tenuit quod dominus papa non poſſit facere aut feciſſe decretalem per quam concedat aut conceſſerit fratribus minoribus quod habeant granaria vel cellaria vel vinum ſeu bladum in conmuni, & credidit & tenuit quod tali decretali fratres minores non tenentur obedire quin ſemper ſervent uſum pauperem moderatum debitis circumſtanciis ſecundum regulam ſancti Franciſci, ita quod plus ſapiat paupertatem quam divicias. ¶ Item credidit & tenuit quod regula ſancti Franciſci eſt unum & idem cum euangelio Chriſti, & ita credit niſi oſtenderetur ſibi manifeſte contrarium eſſe verum. ¶ Item quod facere contra regulam ſancti Franciſci in votis ſeu conſiliis euangelicis, ſicut eſt votum paupertatis, eſt facere contra euangelium. ¶ Item utrum papa faciendo decretalem per quam dicitur conceſſiſſe ſeu declaraſſe quod fratres minores poſſint habere bladum & vinum in conmuni in hoc fecerit contra euangelium hoc relinquit Deo & doctis & ſcripturis ſanctorum doctorum & fratris Petri Johannis olivi. ¶ Item tenuit & credidit quod dominus papa non poteſt caſſare ordinem fratrum minorum, nec regulam ſancti Franciſci, nec tercium ordinem ejusdem ſancti Franciſci, & de aliis ordinibus dicit idem. ¶ Item utrum dominus papa poſſit diſpenſare in voto ſimplici virginitatis ſeu caſtitatis facto Deo in aliquo caſu etiam pro aliquo magno fructu qui poſſit inde ſequi, ſicut eſt reformacio pacis in regno aliquo vel provincia ſeu patria hoc dicit dubium eſſe ſibi, ſet de hoc vult credere & tenere ſicut beatus Bernardus determinat de diſpenſacione ad Eugenium papam. ¶ Item credidit & tenuit quod Chriſtus & apoſtoli nichil habuerunt nec in proprio nec in conmuni, & credit quod hoc ipſum frater P. Johannis Olivi tenuit & ſcripſit in aliquo libro ſuo. ¶ Item credidit & tenuit quod dominus papa non poſſit diſpenſare quod fratres minores aliquid habeant in conmuni, quin ſemper teneantur ſervare uſum pauperem debitis circumſtanciis temperatum. ¶ Item dixit & aſſeruit ſe credere & tenere de doctrina fratris Petri Johannis Olivi, tam in poſtilla ſuper apocalipſim quam in tractatu de paupertate, de quibus audivit aliquociens ſibi legi, quam in aliis libris ſuis, quod ſit bona & catholica. ¶ Item quod ſi dominus papa per ſe ipſum auctoritate propria abſque concilio prelatorum univerſaliter con-

gre-

gregatorum condempnaret dictam doctrinam in parte vel in toto ipſe non reputaret eam condempnatam, etiam ſi hoc faceret de conſilio cardinalium. ¶ Item quod ſi dominus papa exconmunicaret omnem hominem qui non acceptaret dictam condempnacionem, ipſe Raymundus Stephani aſſerit ſe dubitare utrum reputaret ſe exconmunicatum per dominum papam ſet dictam condempnacionem non acceptaret, quamvis recognoverit ſe audiviſſe legi pluries & plura de dicta poſtilla, & ſpecialiter & expreſſe de tribus temporibus generalibus mundi, & de ſeptem ſtatibus eccleſie, & de condempnacione Babilonis meretricis magne, per quam intelligitur & exponitur in dicta poſtilla carnalis eccleſia Romana cum multis blasfemiis, & de antichriſto duplici, videlicet miſtico & alio majori, prout predicta in confeſſione ſua plenius continentur.

¶ De predictis non fuit confeſſus nec recognovit ſe erraſſe in eis, ymmo aſſerebat non eſſe errores ſet veritatem quam dicebat ſe credere & tenere, donec fuit captus & detentus & cum multa diligencia examinatus, & donec quidam alii fuerunt capti & detenti conplices in predictis.

Petrus gaſtaudi de bello podio. 163.

PEtrus gaſtaudi filius quondam magiſtri Poncii gaſtaudi notarii de bello podio dyoceſis mirapiſcenſis, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio, anno Domini M°. CCC°. XXI°. IX°. Kalendas aprilis legitime conſtat, confeſſus fuit & in judicio recognovit quod ipſe credidit eſſe glorioſos martires illos quatuor fratres minores qui fuerunt apud Maſſiliam per inquiſitorem heretice pravitatis velut heretici condempnati. ¶ Item quod eorum ſuffragium apud Deum pluribus vicibus inploravit. ¶ Item quod libenter habuiſſet de eorum reliquiis ſi potuiſſet pro devocione & reverencia eorundem. ¶ Item quod ipſi ſuſtinuerunt mortem pro juſticia defendenda ¶ Item credidit eſſe martires glorioſos illos beguinos ſeu pauperes de penitencia ſeu de tercio ordine ſancti Franciſci qui fuerunt per judicium prelatorum & inquiſitoris heretice pravitatis judicati & condempnati velut heretici in diverſis locis in provincia Narbonenſi. ¶ Item credidit quod dominus papa qui nunc eſt dominus Johannes XXII^us^. faciendo quandam conſtitucionem ſeu decretalem in qua dicitur conceſſiſſe fratribus minoribus quod poſſint habere ad arbitrium prelatorum dicti ordinis bladum & vinum in conmuni, item illos fratres minores qui tenebant conventum Narbone & bitterri & volebant ſervare paupertatem & puritatem regule ſancti Franciſci qui dicte decretali ſeu conſtitucioni obedire nolebant contra ipſorum voluntatem dicte decretali ſubmittendo erravit aliquo modo contra fidem, pro eo ut dixit quia fecit contra decretalem in qua dicitur quod paupertas & expoliacio proprietatis ita ſunt annexa regule monachali quod ſummus pontifex non poteſt in illis ſicut nec poteſt in voto caſtitatis cum monacho diſpenſare. ¶ Item credidit quod predictus dominus papa Johannes XXII^us^ factus fuit hereticus quando conſentiit quod contra dictos fratres minores qui nolebant dicte conſtitucioni obedire procederetur tanquam contra hereticos per inquiſitorem Maſſilienſem heretice pravitatis, & quod dicti fratres mortui facti fuerunt martires glorioſi. ¶ Item credidit idem de dicto domino papa quod factus fuerit hereticus quando conſentiit & ſuſtinuit quod beguini ſeu fratres pauperes de tercio ordine ſancti Franciſci fuerunt condempnati tanquam heretici per prelatos & inquiſitores in provincia Narbonenſi. ¶ Item credidit eſſe hereticos omnes & ſingulos qui in predicta conſtitucione aut execucione facta de dictis fratribus minoribus ſeu beguinis conſenſerunt, ſi in hoc pertinaciter perſeverant. ¶ Item credidit quod idem dominus papa ab illo tempore quo pertinaciter adheſit predicte conſtitucioni & execucioni perdidit poteſtatem papalem ligandi & ſolvendi & abſolvendi & exconmunicandi & faciendi prelatos & miniſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta preter baptiſmum & preter conſecracionem euchariſtie, quamvis nullus catholicus deberet corpus Domini vel baptiſmum accipere ab eodem, & ex tunc vacavit papatus, & niſi predi-

ctus papa deſiſteret à predictis aut revocaret ea canonice requiſitus, cardinales poterant ad electionem alterius pape procedere. ¶ Item credidit quod prelati & inquiſitores qui predictos condempnaverunt tanquam hereticos ipſi facti fuerunt heretici, nec eis erat obediendum quamdiu in tali voluntate & pertinacia permanerent. ¶ Item credidit eſſe de eccleſia Dei predictos condempnatos tanquam hereticos, & omnes illos qui tenerent & crederent illud idem quod ipſi tenuerunt & crediderunt, & etiam illos qui in condempnacione ipſorum non conſenſerunt, illos autem qui ſcienter non tenerent nec crederent ea que predicti tenebant, & credebant, & illos qui in predicta condempnacione conſenſerunt non reputabat eſſe de eccleſia ſancta Dei. ¶ Item credidit quod cum illa perſona que fecit votum paupertatis ſecundum regulam ſancti Franciſci dominus papa non poteſt diſpenſare, quod habeat divicias in conmuni, vel quod non poſſit nec debeat eam cogere precepto vel aliter ad hoc, & ſi propter hoc judicaretur heretica talis perſona, quod non propter hoc eſſet heretica, & ſentencia illa eſſet injuſta, & ſuſtinens mortem propter predicta eſſet martir glorioſus, & ſi papa propter hoc talem tanquam hereticum condempna-
163.b. ret ipſe eſſet hereticus, & omnes illi eſſent heretici qui in hoc conſentirent. ¶ Item credidit quod ſi dominus papa preciperet fratribus minoribus quod dimitterent dictum ordinem & de cetero non tenerent regulam ſancti Franciſci, quod dicti fratres non tenerentur ei obedire, & ſi propter hoc condempnarentur ut heretici & traderentur morti eſſent martires glorioſi virtutem & juſticiam defendendo, & papa contra tales procedens & in hoc pertinaciter perſeverans eſſet hereticus & papalem perderet poteſtatem, & omnes qui eidem in hoc conſentirent eſſent heretici cum eodem. ¶ Item idem & eodem modo credidit de aliis ordinibus & regulis confirmatis, quod ſi profeſſores dictorum ordinum nollent obedire domino pape precipienti ut dimitterent ordinem ſuum vel regulam, ſi propter hoc morerentur eſſent martires, & papa perſequens eos & tradens morti propter hoc eſſet hereticus, quia eſſet virtutum deſtructor. ¶ Item credidit quod ſi beguini ſeu pauperes de penitencia predicti propter hoc fuerunt judicati heretici quia aſſerebant & credebant quod dominus papa non poterat caſſare ordinem fratrum minorum vel diſconfirmare regulam ſancti Franciſci ſi dicti fratres minores volebant predictum ordinem vel regulam tenere & ſervare, quod ſentencia contra eos fuit injuſta, nec ex hoc fuerunt heretici ſet martires glorioſi. ¶ Item credidit quod dominus papa de plenitudine poteſtatis non poſſit ſecundum Deum facere conſtitucionem ſeu decretalem in qua concedat fratribus minoribus quod poſſint habere granaria & cellaria, vel bladum & vinum ad ſervandum pro tempore futuro, quia ſi hoc faceret faceret contra regulam ſancti Franciſci, quia votum paupertatis ſecundum regulam fratrum minorum eſt non habere divicias in proprio vel conmuni. ¶ Item credidit & credebat quod regula ſancti Franciſci ſit vita Chriſti quam ſervavit in ſe ipſo in quantum homo fuit, & ſervandam tradidit apoſtolis. ¶ Item credidit & credebat quod dominus papa non poſſet mutare regulam ſancti Franciſci, nec aliquid addere vel minuere in eadem, & ſi propter hoc ipſe interficeretur aut condempnaretur crederet eſſe martir, & crederet peccare mortaliter niſi contradiceret domino pape volenti mutare dictam regulam vel addere vel minuere in eadem. ¶ Item credidit & credebat quod papa non poſſet diſpenſare cum aliquo fratre minore quod transferretur ad religionem aliam que haberet divicias in conmuni niſi ipſe frater vellet. ¶ Item ſi frater minor fieret de illa religione que haberet divicias in conmuni credidit quod teneretur ſervare votum paupertatis factum ſecundum regulam ſancti Franciſci, ſcilicet quod non haberet aliquid in proprio vel conmuni, ſicut frater P. Johannis Olivi hoc ſcripſit & ipſe legit in libro de diſpenſacionibus. ¶ Item credidit quod frater minor factus epiſcopus tenetur ad ſervandum votum paupertatis factum prius ſecundum regulam ſancti Franciſci, ſicut tenebatur antequam eſſet factus epiſcopus, & non debet ſentire ſe habere aliquod jus in proprio vel conmuni in rebus temporalibus pertinentibus ad epiſcopatum, ſet per diſpenſatorem aliquem res temporales eccleſie adminiſtret, ſeu adminiſtrare procuret ad honorem Dei & profectum populi, & ipſe epiſcopus

pus de animabus ſubditorum curam habeat orando predicando confeſſiones audiendo & alia ſpiritualia opera exercendo. Poteſt tamen vivere vel ſumptus recipere de rebus epiſcopatus ſolummodo quod non ſenciat ſe jus habere in dictis rebus.

¶ Predicta tenuit & credidit ab uno anno & amplius citra ex quo incepit informari de ipſis per beguinos ſeu pauperes de penitencia qui dicuntur eſſe & ipſi fatentur ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci ſecundum doctrinam & tradicionem fratris Petri Johannis Olivi quam dicti beguini tenent, & in qua ſe erudiunt & informant, & ipſum apellant ſanctum patrem & magnum doctorem, & ipſe ita credebat quod non fuiſſet major doctor eo ab apoſtolis citra, & audivit dici ſeu legi inter beguinos ipſum fuiſſe & eſſe ſpiritualiter illum angelum de quo ſcribitur in apocalipſi quod facies ejus erat ſicut ſol, & habebat librum apertum in manu ſua, quia ſingulariter inter omnes alios doctores fuerat ei aperta veritas Chriſti & intelligencia libri apocalipſis, de quo libro in poſtilla ejuſdem fratris P. Johannis plura legerat ſcripta & poſita in vulgari. ¶ De predictis erroribus & opinionibus erroneis non fuit confeſſus judicialiter nec recognovit ſe erraſſe in eis nec eſſe errores, ymo credebat & aſſerebat ac defendebat eſſe veritatem, pro qua etiam aſſeruit ſe eſſe paratum ſuſtinere mortem, donec ipſe & multi alii conplices & beguini ſeu pauperes dicti ordinis fuerunt capti & detenti in carceribus, & donec fuit convictus auctoritatibus ſcripture ſacre & ſanctorum & racionibus efficacibus ſuperatus. ¶ Predicti articuli omnes & ſinguli fuerunt lecti & expoſiti in vulgari predicto P. gaſtaudi coram domino epiſcopo appamienſi & inquiſitore Tholoſano, quos recognovit ſe credidiſſe & tenuiſſe & ita confeſſum fuiſſe.

Petrus tort de monte regali. 164.

PEtrus tort filius quondam Mathei tort cutellarii de monte regali dyoceſis Carcaſſonenſis de tercio ſeu de tercia regula ſancti Franciſci, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio legitime nobis conſtat, dixit quod uſque ad tempus quo fuit confeſſus ſcilicet die XIX. menſis Mayi nuper preterita credidit quod Dominus Jeſus Chriſtus & apoſtoli ejus quamdiu in hoc mundo vixerunt non habuerunt aliquid in proprio vel conmuni. Quia ut dixit audivit predicari in Narbona per fratres minores quod Chriſtus precepit apoſtolis quod non poſſiderent aurum nec argentum nec es in zonis, & quod non portarent ſacculum neque peram, & quod niſi quis renunciaverit omnibus que poſſidet non poteſt eſſe meus diſcipulus, & multa alia conſilia de euangelio & actibus apoſtolorum, dicentes quod Chriſtus pro ſe vel apoſtolis ſuis non habuit loculos ſet diſtributorem pecuniarum miſſarum Chriſto conſtituit Judam ut diſtribueret pauperibus, & quod dicta pecunia Chriſtus non fuit uſus niſi pro preſenti neceſſitate vel quando erat inter infideles, & dicebant quod beatus Franciſcus qui fuit renovator vite Chriſti, & paupertatem ejectam de eccleſia reduxit ad eccleſiam & fuit perfectior imitator vite Chriſti poſt apoſtolos, & quod regula beati Franciſci & ordo fuerat perfectior inter omnes regulas vel ordines, ita quod de aliis ordinibus omnibus poſt tranſiri ad fratres minores, & fratres minores non poſſunt tranſire ad alios ordines niſi ſervent paupertatem predictam, ſcilicet quod nichil habeant in proprio vel conmuni. Dicebant etiam quod Chriſtus & apoſtoli & beatus Franciſcus & fratres minores nichil debent habere nec reſervare niſi pro preſenti neceſſitate, exponentes preſentem neceſſitatem pro octo vel XV. diebus quantum ad bladum & vinum, quantum vero ad ſal & oleum uſque ad medium annum. ¶ Item dicebant predictam paupertatem eſſe euangelicam, & quod fratres minores & illi qui debent tenere paupertatem euangelicam in libris vel in aliqua alia re nullum jus ſe habere debent ſentire, & ſi aliquo modo contrarium facerent eſſet diminucio perfectionis euangelice paupertatis, & predicta omnia dictus P. dixit ſe credidiſſe à v. annis citra vel circa. ¶ Item dixit ſe audiviſſe à fratribus minoribus vocatis ſpiritualibus & credidiſſe à dicto tempore citra quod regula ſancti Franciſci eſt euangelica maxime quantum ad votum paupertatis, quia licet alie regule quantum ad vo-

tum obediencie & caſtitatis ſint euangelicales, non tamen quantum ad paupertatem que eſt nichil habere in proprio nec in conmuni, quam paupertatem beatus Franciſcus renovavit & Chriſtum ſingulariter imitatus fuit perfectius inter omnes ſanctos. In cujus ſignum per duos annos ante mortem ſuam habuit ſtigmata vulnerum Chriſti. ¶ Item dixit ſe credidiſſe à dictis v. annis citra quod qui inpugnat vel contradicit regule beati Franciſci quantum ad dicta vota, & in aliis in quantum eſt euangelica, inpugnat euangelium Chriſti & per conſequens errat in fide, & in hoc pertinaciter perſeverat factus eſt hereticus. ¶ Item dixit ſe audiviſſe à dictis fratribus & credidiſſe à dicto tempore citra quod dominus papa non poterat mutare regulam beati Franciſci quoad vota predicta ſicut non poterat mutare euangelium Chriſti, nec addere aliquid contrarium dicte regule, nec ſubtrahere aliquid quod poſſet eſſe diminucio alicujus perfectionis dictorum votorum, licet poſſet diſpenſare quoad formam & qualitatem habitus. Ita quod ſi aliquis frater minor propter maliciam prelatorum ſuorum vel etiam propter proprium defectum non poſſet pacifice & quiete ſtare inter fratres minores dominus papa poterat diſpenſare quod tranſiret ad aliam religionem, ſic tamen quod exiſtens in alia religione ſervaret vota que promiſerat ſecundum regulam beati Franciſci, & quod nichil haberet in proprio vel conmuni, & contra dicta vota non deberet obedire prelato ſuo quo eſſet, & ſicut dicebant debebat eſſe monachus habitu vel de alia religione, quod tamen corde veraciter maneret frater minor. ¶ Item dixit quod licet audiverit à beguinis quod dominus papa non poterat caſſare vel diſconfirmare ordinem fratrum minorum vel fratrum de penitencia, ex quo ſemel confirmaverat ordines predictos, tamen circa iſtam queſtionem fuit dubius, & non magis declinabat ad unam partem quam ad aliam, licet eſſet in propoſito quod illud quod de hoc ordinaret dominus papa teneret & ſervaret. Dixit tamen quod audivit ab aliquibus fratribus minoribus de illis vocatis ſpiritualibus de Narbona, & ita fore credidit quod ordo fratrum minorum debebat dividi in tres partes, ſcilicet in conmunitate ordinis que vult habere granaria & cellaria, & in fratriſſellis & fratribus qui ſunt in Sicilia ſub fratre Henrico de ceva, & in fratribus vocatis ſpiritualibus vel pauperibus & etiam beguinis, & dicebant quod prime due partes quia non obſervant regulam beati Franciſci debebant cadere & caſſari, ſet tercia pars quia obſervabat regulam euangelicam debebat remanere uſque ad finem mundi, licet pateretur multas perſecuciones ſicut dicunt fuiſſe revelatum beato Franciſco, & probabant quod dicta tercia pars uſque ad finem mundi debebat durare vel in multis vel in paucis, quia euangelium Chriſti durabit uſque ad finem mundi, & regula beati Franciſci eſt regula euangelica. ¶ Item dixit quod audivit à quibusdam de dictis fratribus ordinis minorum vocatis ſpiritualibus & ita eſſe credidit quod dominus papa per ſe non poterat revocare aliquid quod eſſet ſtatutum in concilio generali, nec contrarium ordinare, nec etiam poterat anullare vel contrarium ſtatuere illud quod aliquis predeceſſorum ſuorum ordinaſſet, & ſi faceret dicta ordinacio ſua vel ſtatutum nulla eſſent, ſet cum concilio generali poterat ordinare contrarium eorum quod in precedenti concilio vel per ejus predeceſſores ordinatum fuerat vel ſtatutum, quia ut dicebant non inveniebatur quod aliquod concilium erraverit, inveniebatur tamen quod papa erravit à fide tempore beati Hylarii. ¶ Item dixit quod tempore quo fiebat feſtum fratris P. Johannis in Narbona audivit predicari per aliquos fratres quod paupertas quam preceperat beatus Franciſcus in regula erat abſcondita fratribus minoribus de conmunitate ordinis, donec dictus frater P. Johannis dictam paupertatem manifeſtavit, oſtendendo quod dicti fratres non debebant aliquid in poſterum reſervare, niſi in tempore magne neceſſitatis, vel niſi eſſent inter infideles, & addebant quod dominus papa non poterat in hoc laxare vel ampliare dictos fratres, & ſi faceret non debebant nec tenebantur ei in hoc obedire, quia eſſet diminucio perfectionis paupertatis eorum, & poteſtas papalis non erat ad deſtructionem ſet ad edificacionem, & ſi propter talem inobedienciam exconmunicarentur per dominum papam non deberent ſe ſentire exconmunicatos, quia ſecundum veritatem exconmunicati non eſſent. Iſta dixit ſe credidiſſe à dicto tempore uſquequo fuit confeſ-

164.b.

ſus.

sus. ¶ Item dixit se audivisse à dictis fratribus minoribus in publico sermone in Narbona, & se illud idem credidisse ex tunc quod si aliquis fecisset votum simplex vel privatum paupertatis inter se & Deum solum quod dominus papa non poterat dispensare cum tali quod haberet divicias, quia ut dicebant per tale votum vovens conjungit se Deo, & talis conjunxio non potest per hominem separari, quia quod Deus conjunxit homo non separet, & minus tale conjugium hominis ad deum poterat per hominem separari quam conjugium carnale inter virum & uxorem, cum tale conjugium esset spirituale, quod magis conjungit hominem Deo quam conjugium carnale conjungit maritum & uxorem. ¶ Item dixit se audivisse à dictis fratribus & beguinis, & idem credidit à tribus annis citra, quod dominus papa non potuit facere constitucionem vel decretalem in qua concedit fratribus minoribus quod possint congregare bladum & vinum in cellariis & granariis, & quod dictam constitucionem faciendo fecit contra regulam beati Francisci & contra euangelium dando occasionem fratribus predictis quod habeant in conmuni, & quod votum suum paupertatis transgrediantur dicentes quod fratres minores non debebant obedire in hoc domino pape nisi habitarent in locis montaneis vel inter infideles, in quibus locis non possent sua necessaria pro tempore presenti cotidie invenire. ¶ Item dixit se credidisse quod dominus papa faciendo dictam constitucionem peccavit & male fecit, & quod 165.
domini cardinales & prelati qui in predicta constitucione consenserunt domino pape erant mali & peccaverant in hoc consenciendo, non tamen propter hoc credidit dictum dominum papam esse hereticum vel perdidisse potestalem papalem seu potestatem ligandi & solvendi. ¶ Item dixit se credidisse quod fratres minores qui procuraverunt quod dicta constitucio fieret & etiam omnes illi fratres qui consentiunt dicte constitucioni graviter peccaverunt & graviter peccant, non obstante dicta dispensacione, non tamen determinavit apud se si peccabant mortaliter vel venialiter solum, nec venit ei in mentem quod propter hoc fratres predicti facti essent heretici. ¶ Item dixit se audivisse à dictis fratribus & se credidisse à tribus vel IIII^{or} annis citra quod dominus papa non poterat dispensare quod frater minor transiret ad aliam religionem habentem aliquid in conmuni, quia hoc esset diminucio perfectionis, & dominus papa non potest dispensare ut dicebant quod aliquis de perfectiori statu virtutis descendat ad inperfectiorem statum, & si dominus papa dispensaret peccaret, & frater minor non deberet ei in hoc obedire, & si obediret peccaret, & si propter talem inobedienciam per dominum papam exconmunicaretur talis exconmunicacio non teneret. ¶ Item si propter quamcunque necessitatem frater minor mutaret etiam de licencia domini pape assumendo habitum alterius religionis habentis divicias in conmuni, dictus frater minor teneretur observare votum paupertatis quod promiserat secundum regulam beati Francisci, scilicet quod nichil habeat in proprio nec in conmuni, nec senciat jus se habere, & si contrarium faceret peccaret graviter & faceret contra votum suum, & hoc credidit à tribus vel IIII^{or} annis citra. ¶ Item dixit se audivisse à dictis fratribus & credidisse à dicto tempore citra quod frater minor factus episcopus nullum jus debet sentire se habere in bonis mobilibus vel inmobilibus ecclesie sue pertinentibus ad mensam episcopalem, set sic debet se habere ad dicta bona ac si nichil omnino haberet in eis, set essent omnino extranea, licet bene possit uti dictis bonis pro necessitatibus suis. Debet tamen curam & regimen bonorum temporalium & reddituum ecclesiasticorum committere alicui qui habeat sollicitudinem & curam de ipsis, ipse vero debet vacare oracioni & contemplacioni predicacioni & administracioni sacramentorum. ¶ Item dixit se credidisse, & in credencia quasi per IIII^{or} annos fuisse, quod IIII^{or} fratres minores de fratribus vocatis spiritualibus, qui condempnati fuerunt velut heretici per fratrem Michaëlem Monachi ordinis fratrum minorum inquisitorem Massilienſem & postea conbusti, fuisse mortuos fideles & catholicos pro defensione veritatis euangelice & pro observancia regule beati Francisci, & etiam eos esse salvos & martires glorioſos, & dictum inquisitorem qui eos ut hereticos condempnavit hereticum esse, & omnes illos qui in dicta condempnacione dicto inquisitori consenserunt. Non tamen dictos fratres conbustos rogavit ut sanc-

ctos quod intercederent ad Deum pro eo, ſicut dixit. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod dominus papa Johannes qui nunc eſt fecit injuſte tradendo fratres minores conventuum Narbonenſis & bitterenſis vocatos ſpirituales in manus prelatorum conmunitatis ordinis minorum, & precipiendo quod dictis prelatis obedirent, quia ut dixit ante declaracionem eorum que petebant tradidit ipſos in manus dictorum prelatorum. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod ſi dictus dominus papa qui nunc eſt conſenſit vel ratam habuit condempnacionem factam de dictis IIII^or^ fratribus minoribus per dictum inquiſitorem factus fuit hereticus, quia venit contra euangelium Chriſti, & condempnavit vitam Chriſti, tamen ut dixit non credidit quod dominus papa ſciverit veritatem propter quid dictus inquiſitor dictos fratres ut hereticos condempnavit, ſet eſtimat quod dictus inquiſitor mendaciter informaverit dictum dominum papam de erroribus quos dicti fratres non crediderant nec fuerant confeſſi,
165.b. & non credidit quod propter hoc dictus dominus papa poteſtatem papalem perdiderit, & quod non ſit ei obediendum. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod illi beguini qui in duobus ſermonibus bitterenſibus condempnati fuerunt ut heretici & conbuſti, quos ipſe audivit judicari & vidit conburi ut dixit mortui fuerunt ſicut fideles & catholici, & etiam credidit eos eſſe martires glorioſos, ſet de illis beguinis qui conbuſti fuerunt prima vice in Narbona, & de illis qui conbuſti fuerunt in capite ſtagno & in lunello erat in dubio an eſſent ſalvi vel non aut martires vel non, quia non fuerat preſens quando fuerunt condempnati & conbuſti, nec ſcivit certitudinaliter ut dixit propter quos articulos condempnati fuerunt, licet ſciverit quod per prelatos & inquiſitorem carcaſſonenſem ut heretici fuerunt condempnati, de illis autem qui condempnati fuerunt in pedenacio quia fuerunt inpacientes & multas injurias dicebant dominis epiſcopis & inquiſitori, & de illis qui condempnati fuerunt ultimo in Narbona quia jurare recuſabant credidit quod ſint mortui ut heretici. De aliis vero quos credidit eſſe mortuos fideles & catholicos & martires glorioſos credidit quod carnali eccleſia deſtructa, quod in brevi eſſe debebat, eccleſia ſpiritualis que debet ſurgere poſt deſtructionem dicte eccleſie carnalis debet recognoſcere quod dicti fratres minores & beguini fuerunt injuſte condempnati per eccleſiam carnalem, & reputabit eos dicta eccleſia ſpiritualis martires glorioſos, & faciet feſtum tunc de eis, ſicut nunc fit feſtum de martiribus Chriſti. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod omnes prelati & inquiſitor carcaſſonenſis qui dictos beguinos ut hereticos condempnaverunt facti fuerunt heretici propter hoc, non tamen credidit quod prelati amiſerint poteſtatem epiſcopalem ligandi & ſolvendi & ordines conferendi. ¶ Item quod omnes prelati & alie perſone ſeculares religioſi clerici & layci qui ſciebant illa que dicti beguini tenebant & credebant, & maxime articulos quos tenuerant beguini condempnati velut heretici, & nolebant credere veros eſſe dictos articulos erant heretici & extra eccleſiam Dei & de eccleſia carnali, illos vero omnes qui tenebant & credebant illa eadem que dicti beguini condempnati & alii credebant & credunt credidit eſſe fideles & catholicos & de eccleſia Dei, & ſimiliter populares ſimplices qui non credebant dictos articulos nec diſcredebant, tamen ſi informati eſſent de dictis articulis & de fide beguinorum crederent & eorum fidem tenerent & eſſent de affectione eorum credidit eſſe catholicos & fideles & non eſſe extra eccleſiam Dei. ¶ Item dixit ſe audiviſſe à quibusdam apoſtatis ordinis minorum, & credidiſſe à duobus annis citra quod dominus papa non poterat diſpenſare cum aliqua perſona que voviſſet caſtitatem vel virginitatem voto ſollempni vel etiam ſimplici quod poſtea matrimonium poſſet contrahere quodcunque bonum ex tali matrimonio ſequeretur, vel quodcunque malum evitaretur puta ſi ad fidem Chriſti propter tale matrimonium unum regnum infidelium converteretur vel guerra tocius unius regni vel patrie ſedaretur, niſi in caſu ſolo in quo in toto genere humano non remanerent niſi tres perſone, ſcilicet papa & ille alie que feciſſent dictum votum, quia tunc humanum genus deficeret, ſet alias non poſſet diſpenſare in dicto voto, nec perſona que voviſſet caſtitatem deberet obedire domino pape quod contraheret matrimonium, & ſi propter hoc exconmunicaretur talis exconmuni-

municacio non ligaret, & ſi talis perſona contraheret matrimonium, talis conjunctio non eſſet matrimonium ſet meretricium, & filii inde nati non eſſent legitimi ſet ſpurii. ¶ Item dixit ſe audiviſſe à fratribus minoribus Narbone & credidiſſe à IIII^or annis citra, quod prelati religioſi clerici & layci portantes veſtes ſuperfluas vel precioſas exponendo precioſitatem & ſuperfluitatem pro omni veſte, excepta illa que ſolum cuſtodit à frigore & cooperit hominem, faciebant contra perfectionem euangelicam, & quod hujusmodi veſtes erant preparatrices vie antichriſti, & quod portantes eas peccabant, & prelati & perſone eccleſiaſtice non debebant retinere de bonis eccleſie niſi victum & veſtitum moderatum & ſtrictum, & totum reſiduum debet dari egenis vel expendi pro neceſſitatibus eccleſie, & quod in veſtibus de pannis groſſis dejectis & deformibus & etiam repetaciatis reſplendebat paupertas Jeſu Chriſti, quia in panniculis Chriſtus involutus inventus fuit, & beatus Franciſcus dedit benedictionem fratribus repetaciantibus veſtes ſuas de ſaccis. ¶ Item dixit ſe credidiſſe quod majoris perfectionis erat quod beguini viverent de mendicitate quam ſi viverent de labore manuum ſuarum, quamvis eſſent fortes & potentes laborare vel haberent artem lucrandi neceſſaria ſua, licet non laborarent in euangelio, quia ut dixit mendicando magis ſe humiliabant, non tamen credidit quin dominus papa poſſet prohibere beguinis fortibus & potentibus laborare quod non viverent de mendicitate. ¶ Item dixit quod audivit predicari in publico ſermone Narbone à quodam quem in ſua confeſſione nominat, quod tota doctrina fratris Petri Johannis olivi & ejus ſcriptura erat bona fidelis & catholica, & fuit in concilio Viennenſi excuſata ab omni errore & laudata, & etiam perſona ipſius, exceptis v. articulis acceptis de dicta doctrina dubiis, quos ſibi retinuerat dominus papa, non tamen declaraverat dictos articulos eſſe erroneos. ¶ Item dixit dictus P. tort ſe legiſſe in libro de fine fratris P. Johannis, quod dum apropinquaret morti dictus frater P. Johannis convocatis fratribus minoribus dixit eis quod dum eſſet pariſius & ablueret manus ut cuidam ſacerdoti miniſtraret in miſſa tota veritas euangelii & vite Chriſti ei fuerat revelata & quod tota ſcriptura ejus erat vera & ſibi fuerat revelata, & nichil de ſuo in dicta ſcriptura poſuerat, ſet ſolum illud quod ei à Deo fuerat revelatum. Dixit etiam ſe audiviſſe in ſermonibus factis per fratres minores de Narbona tempore quo fiebat feſtum de dicto fratre P. Joh. quod doctrina & ſcriptura ſua erat magis neceſſaria eccleſie pro iſto tempore finali quam doctrina cujuscunque ſancti doctoris, exceptis apoſtolis & euangeliſtis, quia ut dicebant magis fuerant ſibi revelata illa que circa finem mundi fieri debebant quam alicui ſancto doctori, & quod totus mundus fuiſſet in tenebris & ignorancia veritatis, niſi dictus frater P. Joh. fuiſſet & ſcriptura ejus, maxime in hiis que pertinent ad ipſa moderna equiperantes vel proponentes eum Auguſtino Jeronimo Gregorio & Ambroſio. ¶ Item dixit ſe legiſſe quod dictus frater Petrus Johannis eſt ille angelus de quo dicitur in apocalipſi quod facies ejus erat ſicut ſol, & habebat librum apertum in manu ſua, quia clare ipſe habuit noticiam veritatis. Audivit etiam quod de quolibet doctore eccleſie aliquid per eccleſiam fuit reprobatum, ſet de dicto fratre Petro Johannis nec una litera reprobata fuit. Dixit etiam ſe audiviſſe à quodam beguino ſocio ſuo quem nominat, quod quicunque dictam doctrinam condempnaret hereticus eſſet, quia ut dicebat concilium generale Viennenſe eam aprobavit, & ſi ipſe cencies exconmunicaretur non dimitteret dictam doctrinam nec redderet libros nec reputaret ſe eſſe exconmunicatum, dicens quod dictus frater P. Johannis erat ita magnus ſanctus licet non canonizatus ſicut fuit quicunque doctor eccleſie. Predicta autem omnia de dicto fratre P. Johannis & de ejus doctrina credidit ut dixit eſſe vera, excepto quod propter exconmunicationem dictam doctrinam dimitteret & libros redderet ſi haberet. Dixit etiam quod nunquam credidit Chriſtum eſſe vivum quando fuit cum lancea in latere percuſſus. ¶ Item dixit ſe credidiſſe à duobus annis citra tam per ea que audivit à quibusdam apoſtatis & fugitivis ordinis fratrum minorum & à quibusdam ſociis ſuis beguinis quos nominat quam per ea que ipſemet legit in libris dicti fratris P. Johannis poſitis in vulgari

166.

quod eccleſia Romana quantum ad reprobos erat Babilon meretrix magna de qua dicitur in apocalipſi quod habebat calicem aureum in manu ſua plenum abhominacionibus & erat ebria de ſanguine martirum Jeſu Chriſti, exponendo eccleſiam Romanam pro eccleſia que eſt in Roma & eſt diffuſa per mundum quantum ſe extendebat latitudo Romani imperii que eſt magna meretrix ſecundum eos, quia miſcebat ſe delectacionibus carnalibus & involvebat in ſuperbia luxuria cupiditate & ſy-
166.b. monia quam vocabant Babiloniam propter magnam poteſtatem quam habebat, & etiam quia confuſe peccabat & omnia confundebantur in ea, quam dicebant eſſe ebriam de ſanguine martirum Jeſu, quia perſequitur illos qui manutenebant paupertatem Jeſu Chriſti & vitam ejus, & eos interficit, que eccleſia Romana debet deſtrui & deici iſto tempore ut dicunt per x. reges, quorum aliquos nominat, dicentes etiam antichriſtum jam veniſſe, & dicunt aliqui quod poſt iſtum Dominum papam Johannem XXII. qui nunc eſt, quem dicunt eſſe miſticum antichriſtum & preparatorem vie majoris antichriſti, & lupum rapacem evitandum à fidelibus, & cui non eſt per fideles obediendum. Nullus alius papa debet eſſe ante antichriſtum, ſet ipſo vivente apparebit antichriſtus major, & erunt duo pape ſimul, ſcilicet iſte & dictus antichriſtus, qui antichriſtus quando venerit aufferet totum quicquid Chriſti eſt in mundo quantum poterit, quem antichriſtum dicunt eſſe aliquem apoſtatam ordinis minorum, quia eſt alcior ſtatus eccleſie ut dicunt dicentes quod erit frater Angelus qui eſt apoſtata ordinis fratrum minorum. Alii dicunt dominum Philippum de Majoricis eſſe antichriſtum. Dicunt etiam plures ex eis quod Fredericus rex Sicilie erit imperator & perſequetur eccleſiam Romanam, & facit quod dictus antichriſtus ab omnibus adoretur. Dicunt etiam quod dictus antichriſtus finierit curſum ſuum ſecundum aliquos infra tres annos, ſecundum alios infra XIII. & multa alia temeraria ſciſmatica erronea & heretica de ſtatu eccleſie & determinacione temporum, que omnia dictus P. Tort dixit ſe credidiſſe informatus per dictos apoſtatas & beguinos, & ex poſtilla dicti fratris P. Johannis ſuper apocalipſim in qua ipſemet frequenter legit ut dixit. ¶ Item dixit dictus P. Tort, quod ipſe credebat dominum papam Johannem XXII qui nunc eſt miſticum antichriſtum, informatus per ſcripturas dicti fratris P. Joh. Credebat etiam, ut dixit, omnia eſſe vera que in ſcripturis dicti fratris P. Johannis continentur. ¶ Item dixit ſe audiviſſe & credidiſſe quod fratres predicatores erant phariſei informatus per aliquos & per ſcripturas dicti fratris P. Johannis. ¶ Predictus autem P. Tort multos apoſtatas ordinis fratrum minorum quos ſciebat fugitivos pro facto hereſis, & quosdam etiam beguinos fugitivos qui propria temeritate cruces dimiſerant, & multos alios beguinos errores tenentes & defendentes vidit aſſociavit receptavit in domo ſua & alibi, de ſuo etiam dedit eis, quos non revelavit nec cepit nec capi fecit ſet eos celavit ac celari fecit, nec predicta confeſſus fuit niſi prius captus & in carcere in predictis perſeverans per plures dies detentus.

Sentencia beguinorum inmurandorum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Quoniam nos Raymundus divina gracia mirapiſcenſis epiſcopus, & religioſi viri frater Bernardus Guidonis & frater Johannes de belna ordinis predicatorum inquiſitores heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputati, cui fratri Johanni venerabilis & diſcretus vir dominus Bertrandus de Auriaco canonicus montis regalis inquiſitor heretice pravitatis in civitate & dyoceſi carcaſſonenſi auctoritate capituli ſede vacante conmiſit quoad perſonas ejuſdem carcaſſonenſis dyoceſis puniendas ſeu ſententiandas quantum ad ipſum pertinet vices ſuas, & Guilielmus Roſſerii officialis & inquiſitor auctoritate ordinaria reverendi in Chriſto patris domini Bertrandi Dei gracia Rivenſis epiſcopi quoad perſonas ejuſdem Rivenſis dyoceſis, quibus epiſcopo mirapiſcenſi & conmiſſario carcaſſonenſi ac officiali Rivenſi reverendus in Chriſto pater dominus Jacobus Dei gracia appamienſis epiſcopus conceſſit hac vice & in hoc loco auctoritatem & licenciam ſententiandi & actum judiciarium exercendi de perſonis & quantum

tum ad perſonas predictarum dyoceſum infraſcriptas de jure noſcitur pertinere. Per inquiſicionem factam invenimus & per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, quod tu Raymunde de buxo fili quondam Raymundi de buxo, Et tu Petre de na bruna qui alias cognominaris de Maſeriis, & tu Petre Gaſtaudi, 167.
& tu Petre Moreſii, & tu Bernarde de na Jacina omnes de bellopodio. Et tu Raymunde Stephani de Cruce habitator de bello podio Mirapiſcenſis dyoceſis. Et tu Raymunde de antuſanno, & tu Bernarda uxor ejuſdem, & tu Guilielme Ruffi, & tu Petre Calveti, & tu Maria de ſerra, vos quinque de cincta gavella mirapiſcenſis dyoceſis, & tu Petre tort de monte regali carcaſſonenſis dyoceſis, & tu Mathee terreni habitator ſavarduni dyoceſis Rivenſis, qui vos eſſe dicitis & aſſeritis fratres de tercio ordine ſeu de tercia regula ſancti Franciſci, quam regulam vos aſſeritis fuiſſe profeſſos, & ad profeſſionem ejus receptos facto inde publico inſtrumento, & pro talibus vos geritis & habetis, qui vulgariter nuncupamini in iſtis partibus nomine beguinorum, & tu Petre gaſtaudi de bello podio mirapiſcenſis dyoceſis, tam graviter & tam multipliciter in erroribus & hereſibus ac opinionibus erroneis & ſciſmaticis extollentibus ſe adverſus ſanctam eccleſiam catholicam & apoſtolicam ſedem & primatum ac poteſtatem ſummi pontificis vicarii Domini Jeſu Chriſti, & contra ſanam doctrinam ſcripture ſacre temerarie deliquiſtis, ſicut lectum & recitatum eſt vobis & veſtrum cuilibet intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos prefati epiſcopus & inquiſitores ac conmiſſarius vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos ſaniori utentes conſilio redire volentes prout aſſeritis ad eccleſie unitatem, abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni hereſi & credencia & favore & receptacione ac defenſione hereticorum cujuscunque ſecte dampnate, & ſpecialiter & expreſſe erroribus & hereſibus & opinionibus erroneis illorum qui beguini vulgariter apellantur, & ipſi dicunt ſe eſſe fratres de prefato tercio ordine ſancti Franciſci, cujus regulam terciam ſicut premittitur profitentur. Promittentes inſuper & jurantes ad ſancta Dei euangelia vos fidem ſancte Romane eccleſie Domini Jeſu Chriſti tenere defendere & ſervare, nec non perſequi hereticos credentes fautores receptatores ac defenſores eorum, & ſpecialiter predictorum errancium beguinorum ſeu fratrum predicti tercii ordinis, ac etiam pro erroribus fugitivos & nuncios eorundem, & detegere ac revelare eoſdem ubicunque ſciveritis eos eſſe. Jurantes inſuper ſuper premiſſis omnibus & ſingulis mandatis noſtris & eccleſie ſimpliciter obedire. Abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicacionis vinculis quibus pro culpis veſtris eratis ligati, ſi tamen de corde bono & fide non ficta ad eccleſie redieritis unitatem & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & contra fidem catholicam & ſanctam matrem eccleſiam & apoſtolicam ſedem & poteſtatem domini pape vicarii domini Jeſu Chriſti predictis modis temere deliquiſtis. Nos prefati epiſcopus inquiſitores & conmiſſarius ſedentes pro tribunali, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, de multorum proborum virotum tam religioſorum quam ſecularium ac peritorum in jure maturo conſilio, vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam & audiendum diffinitivam ſentenciam aſſignatis, ad perpetuum muri carcerem ad agendum ibidem pro conmiſſis penitenciam ſalutarem in hiis preſentibus ſcriptis ſentencialiter condempnamus. Ubi panis doloris in cibum & aqua tribulacionis in potum vobis tantummodo miniſtrentur. Monemus autem vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos ſemel ſecundo ac tercio canonice & peremptorie vobisque precipimus ſub virtute ac debito à vobis preſtiti juramenti, quod absque dilacione tu Raymunde de buxo, & tu Petre de na bruna qui alias cognominaris de maſeriis, & tu Petre Moreſii, & tu Bernarde de na Jacina, & tu Petre Gaſtaudi, omnes de bellopodio, Et tu Raymunde Stephani de cruce habitator de bellopodio, & tu Raymunde de Antuſanno, & tu Bernarda uxor ejus & tu Guilielme Ruffi & tu Petre Calveti & tu Maria de ſerra, vos quinque de cincta gavella ad murum ſeu muri carcerem inquiſitorum Tholoſe, & tu Petre tort, & tu Mathee terreni, & tu Raymunde Stepha-

167.b. ni de cruce dyoceſis electenſis ad murum ſeu muri carcerem inquiſitorum carcaſſone inter civitatem & fluvium araris poſitum talibus perſonis culpabilibus deputatum vos transferratis & ibidem vos perſonaliter includatis. Et quia tu Guilielme Ruffi amplius gravius & enormius in quibuſdam aliis à predictis culpis tuis deliquiſti, que in confeſſione tua ſecunda plenius continentur de illis ex certis cauſis fiendum alias judicium & juſticiam reſervamus. Quod ſi monicionem noſtram aut mandatum noſtrum aut ſenteniciam diſtuleritis aut contempſeritis adimplere, dictorum murorum carceres non intrando, aut temerarie poſt ingreſſum absque noſtra ſeu noſtrorum in inquiſicionis officio ſucceſſorum licencia exeundo, aut contra confeſſata ſeu jurata vel abjurata per vos in judicio quocunque tempore veniendo, per hoc veſtram converſionem fictam veſtramque inpenitenciam oſtendendo vos aut quemcunque veſtrum hujusmodi ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes culpisque aſtrictos prioribus auctoritate qua fungimur in hiis preſentibus ſcriptis exconmunicacionis vinculo innodamus, decernentes abſolucionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe, nec non ipſo facto penas alias contra tales latas à canone incurriſſe. Monemus autem inſuper ſemel ſecundo ac tercio canonice & peremptorie & ſub penis canonicis, ne aliquis cujuscunque condicionis gradus aut dignitatis exiſtat ſciens aut credens vos vel veſtrum aliquem eſſe tales recipiat vel defendat vel vobis moniciones aut mandata noſtra non conplentibus ne ea conpleatis aut contra confeſſata jurata ſeu abjurata vobis venientibus conſilium auxilium vel favorem ſcienter impendant. Alioquin in facientes contrarium in premiſſis vel aliquo premiſſorum iſta noſtra conpetenti monicione premiſſa ex nunc pro tunc in hiis ſcriptis exconmunicacionis ſententiam promulgamus, & penas alias contra tales promulgatas à canone eos incurriſſe decernimus ipſo facto. Retinemus autem nobis & noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus plenariam poteſtatem addendi diminuendi agravandi mitigandi vel etiam remittendi in predicta penitencia ſive pena, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint ſcienter aut malicioſe alique de crimine ſeu de erroribus ſecte ſue ſuppreſſiſſe, vel aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis ſeu errorum ſuorum. Lata fuit hec ſentencia anno & die & loco & preſentibus teſtibus & notariis in abjuracione predicta contentis & nominatis in fine.

Et ibidem per prefatum dominum epiſcopum mirapiſcenſem verbotenus fuerunt denunciati Petrus Gaſtaudi & Guilielmus Ruffi privati omni beneficio & privilegio clericali.

Sentencia exconmunicacionis contra Bernardum baronis.

IN nomine Domini amen. Dudum Bernardus baronis beguinus conjugatus de Maſeriis mirapiſcenſis dyoceſis de tercio ordine ſancti Franciſci, ut aſſeritur per ea que per inquiſicionem que facta eſt generaliter contra omnes infectos aut ſuſpectos de heretica pravitate, & ſpecialiter de erroribus & hereſi ac opinionibus erroneis & ſciſmaticis illorum qui beguini vulgariter appellantur, & ipſi ſe eſſe de tercio ordine ſancti Franciſci fatentur inveniebantur de ipſo & contra ipſum, ſuſpectus vehementer habebatur. Unde fuit citatus pluries canonice ac peremptorie in domicilio ubi morari conmuniter conſuevit, nec non in eccleſia parchioſali de maſeriis publice cum edictis publicis clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina, ut certis diebus & loco perſonaliter & peremptorie coram inquiſitore Tholoſano con-

168. pareret, reſponſurus de fide & de hiis que conmiſit contra fidem plenariam veritatem, ac etiam de fuga & contumacia in cauſa fidei. Ipſe autem diebus & loco in literis citatoriis conprehenſis conparere nec ſe purgare minime curavit, ymmo verius contempſit & ſe contumaciter abſentavit, unde fuit tanquam contumax in cauſa fidei exconmunicacionis vinculo innodatus, ſicut in proceſſu inde facto & in actis inquiſicionis plenius continetur. Unde nos R. divina gracia Mirapiſcenſis epiſcopus & frater B. Guidonis, & frater Johan-

hannes de belna ordinis predicatorum inquisitores heretice pravitatis in regno Francie per sedem apostolicam deputati ipsum Bernardum baronis tanquam suspectum vehementer de erroribus & heresi ac opinionibus erroneis & scismaticis beguinorum predictorum tanquam contumacem in causa fidei & parere subterfugientem & se contumaciter absentantem in hiis presentibus scriptis exconmunicacionis vinculo innodamus. Monemus autem universos & singulos cujuscunque dignitatis gradus aut status seu condicionis existant semel secundo & tercio canonice ac peremptorie sub exconmunicacionis & aliis canonicis penis, ne quis eumdem Bernardum receptare vel cum eo participare consilium auxilium vel favorem eidem inpendere scienter presumat. Alioquin in facientes contrarium ista nostra conpetenti monicione premissa in hiis scriptis exconmunicacionis sentenciam promulgamus, nec non alias penas contra tales à jure statutas incurrere decernimus ipso facto. Lata & publicata fuit hec sentencia exconmunicacionis anno die & loco & presentibus testibus & notariis in abjuracione precedenti plenius nominatis.

Sentencia contra defunctos exhumandos.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos Jacobus miseracione divina episcopus Appamiensis, & fratres B. Guidonis & Johannes de belna ordinis predicatorum inquisitores prefati per inquisicionem que fit generaliter contra omnes infectos aut notatos de heretica pravitate, & per testes in inquisicione receptos, ac per acta publica & processus inquisicionis ejusdem invenimus & legitime nobis constat quod Guilielmus guilaberti quondam de monte alionis, & Raymunda uxor Raymundi buscalh quondam de pradis defuncti in hoc seculo dum viverent in crimine heresis multipliciter deliquerunt hereticos adorando & eis favendo nec non & in fine dierum suorum fuerunt ad sectam & fidem ymmo pocius perfidiam recepti per hereticos & consolati, de quo crimine non fuerunt quod appareat emendati set in ipso crimine inveniuntur dampnabiliter decessisse. Postmodum vero citatis & vocatis filiis & heredibus ac bonorum detentoribus predictorum defunctorum in propriis domiciliis eorum, propositisque nichilominus edictis publicis citatoriis in ecclesiis Parochialibus eorum, certis quoque diebus eisdem heredibus peremptorie assignatis ad defensionem ipsorum defunctorum si eos defendere poterant & volebant, conparentibusque nonnullis dictorum defunctorum heredibus, tandemque respondentibus se nolle dictos defunctos nec eorum aliquem super crimine predicto defendere, set in causa defensionis seu defensionum hujusmodi renunciantibus expresse, & concluso negocio supradicto in hiis & aliis sicut decuit juris ordine observato, conmunicato etiam & prehabito super premissis serioſius explicatis maturo consilio plurium sapientum & peritorum in jure ac religiosorum virorum, cum nichil propositum vel probatum fuerit ad defensionem & excusacionem predictorum defunctorum die ac loco presentibus ad audiendam diffinitivam sentenciam super premissis precise & peremptorie assignatis, attendentes quod crimen heresis propter sui inmanitatem & enormitatem non solum in vivos set etiam in mortuos juxta sanctiones canonicas debeat vindicari, habentes pre oculis solum Deum & orthodoxe fidei puritatem, sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis, ut de vultu Dei nostrum prodeat judicium & oculi nostri videant equitatem, sedentes pro tribunali Christi nomine invocato in hiis pre- 168. b.
sentibus scriptis per diffinitivam sentenciam dicimus & declaramus atque pronunciamus, predictum Guilielmum Guilaberti & predictam Raymundam uxorem Raymundi buscalh defunctos fuisse hereticos & hereticos decessisse, & hereticatos in sua ultima egritudine per inposicionem manuum hereticorum dampnabiliter obiisse, ipsosque defunctum & defunctam tanquam tales eorumque memoriam ut talium sentencialiter condempnamus, precipientes in signum predicionis ossa ipsorum si ab ossibus fidelium discerni possint de sacris extumulari vel exhumari cimiteriis, & inde ea proici & conburi. Lata fuit hec sentencia anno die & loco & presentibus testibus & notariis suprascriptis in precedenti abjuracione nominatis.

ACTA SERMONIS FACTI THOLOSE ANNO DOMINI M°. CCC°. XXII°.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno ejusdem Domini benedicti M°. CCC°. XXII°. dominica infra octabas nativitatis beate Marie Virginis, qua intitulatur pridie ydus ſeptembris Tholoſe ad honorem omnipotentis Dei & ſancte Romane eccleſie, cui preſidet ſanctiſſimus pater ac dominus Johannes papa XXII^us fuerunt facte gracie & injuncte penitencie & late diffinitive ſentencie & acta alia que ſecuntur in ſermone publico more inquiſitorum facto Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani. In quibus convenerunt & concordaverunt religioſus vir frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatus pro ſe, ac etiam vice, ſibi in hac parte conmiſſa, diſcreti viri domini Guilielmi Cabirolli doctoris decretorum officialis montis albani vicarii generalis domini epiſcopi montis albani in remotis agentis quantum ad perſonas ſue dyoceſis, ac etiam vice ſibi in hac parte conmiſſa per dominum epiſcopum albienſem quantum ad perſonas ſue dyoceſis, Et venerabiles ac diſcreti viri dominus Petrus piſcis canonicus & ſacriſta mirapiſcenſis pro reverendo in Chriſto patre domino Johanne Dei gracia archiepiſcopo Tholoſano, & religioſus vir dominus Guilielmus de Roſſeriis doctor decretorum prior de trebocio ordinis ſancti Benedicti pro domino P. epiſcopo Ruthenenſi, & religioſus vir frater Rogerius de Aſet ordinis fratrum minorum, & dominus Augerius de poſolis officialis Auxitanus pro capitulo eccleſie Auxitane, & dominus Arnaldus de Verdala officialis Mirapiſcenſis pro domino R. epiſcopo mirapiſcenſi, & dominus Guilielmus Rocherii archipresbiter & officialis Rivenſis pro domino B. epiſcopo Rivenſi, & dominus Raymundus Gaſconis officialis ſancti papuli pro domino R. epiſcopo ſancti papuli in hac parte conmiſſarii deputati ſeu delegati quo ad perſonas & de perſonis ſuarum dyoceſum. Quibus conmiſariis ſupradictis reverendus in Chriſto pater dominus Johannes Dei gracia Archiepiſcopus Tholoſanus dedit & conceſſit per ſuas patentes literas licenciam ſpecialem predictis die & loco ſedendo pro tribunali judicandi diffinienidi ſeu actum judiciarium exercendi & omnia alia faciendi quantum ad perſonas & de perſonis ſuarum dyoceſum infraſcriptis prout unicuique ipſorum ſunt ſubdite ſeu ſubjecte, quarum literarum tenor inferius eſt inſertus, preſente ibidem curia regali & conſulibus ſeu capitulariis Tholoſanis, & cleri ac populi multitudine copioſa.

Ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio dyoceſis Caſtrenſis & canonicus ſancti Felicis notarius inquiſicionis preſens interfui, & de mandato & juſſu prefati domini inquiſitoris recepi una cum notariis infraſcriptis, & hic manu propria me ſubſcripſi & meo ſigno ſolito ſignavi. (LS)

169. (LS) *Ego verò Guilielmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus & notarius ac juratus officii inquiſicionis preſens interfui, ac demandato prefati domini inquiſitoris una cum prefato domino Jacobo Marqueſii notario ſupradicto & cum magiſtro Bernardo ſutoris de ſancto Aredio notario infraſcripto recepi ſignoque meo ſolito ſignavi.*

(LS) *Ego vero Bernardus ſutoris de ſancto Aredio clericus Lemovicenſis dyoceſis notarius publicus Tholoſe notariusque ac juratus officii inquiſicionis preſens interfui ac de mandato prefati domini inquiſitoris una cum prefatis domino Jacobo Marqueſii & magiſtro Guilielmo Juliani notariis ſupraſcriptis recepi & hic manu propria me ſubſcripſi meo ſigno ſolitoque ſignavi.*

Tenor littere domini archiepiſcopi Tholoſani.

NOverint univerſi quod nos Johannes miſeracione divina archiepiſcopus Tholoſanus, ne quippiam deſit quod per nos agi valeat aut concedi ad ea que puritatem fidei reſpiciunt orthodoxe, & ad eliminacionem labis heretice fuerint oppor-

tuna,

tuna, concedimus tenore preſencium & noſtrum preſtamus beneplacitum & aſſenſum ut reverendi in Chriſto patres domini epiſcopi Ruthenenſis, albienſis, & alii convicini, ac ſuffraganei noſtri aut eorum vicarii quicunque interfuerint, nec non commiſſarii delegati à capitulo eccleſie auxitane ſede vacante poſſint hac vice in generali ſermone inquiſitoris Tholoſani per ſedem apoſtolicam deputati una cum eodem ſedendo pro tribunali procedere diffinire & actum judiciarium exercere de perſonis dumtaxat ſuarum dyoceſum ſibi ſubjectis in noſtra civitate Tholoſana, ubi pro emergentibus caſibus dubiis & arduis eſſe dinoſcitur copia peritorum, & ubi inquiſitores habent ea que ſibi ſunt neceſſaria tam in libris & proceſſibus quam in carceribus & cuſtodibus & aliis opportunis ad expedicionem negocii ſupradicti. In quorum teſtimonium & munimen ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum in caſtro noſto de Valega XIX°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XXII°.

Forma juramenti curialium domini regis.

NOs Johannes Marchi judex major ac locum tenens domini ſeneſcalli Tholoſani, Symon bardini & Alodetus ſubvicarius Tholoſe tenentes locum vicarii Tholoſani, Petrus Bernerii judex de rivis domini noſtri regis, Juramus per hec ſancta Dei euangelia quod fidem domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancte Romane eccleſie tenebimus & pro poſſe noſtro teneri faciemus, & ipſam defendemus pro viribus contra omnes. Item quod hereticos credentes fautores receptatores & defenſores eorum nec non & pro hereſi fugitivos perſequemur & capiemus ſeu capi faciemus quandocunque poterimus, & acuſabimus & denunciabimus eccleſie & inquiſitoribus, ſi alicubi ſciverimus eos eſſe vel aliquem de predictis. Item quod non committemus bavilias judicaturas vel adminiſtraciones alias, nec alia officia publica alicui de predictis perſonis peſtiferis nec ſuſpectis aut diffamatis de hereſi, nec alicui cui inpoſitum fuerit racione criminis hereſis vel alias prohibitum ab inquiſitoribus vel à jure quod publicis officiis non fungantur, nec eos uti predictis nec tenere officia publica permittemus. Item quod nullum de predictis recipiemus nec habebimus in noſtra familia vel conſorcio vel ſervicio, nec in noſtro conſilio ſcienter. Et ſi forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos poſtquam ad noticiam noſtram per inquiſitores heretice pravitatis vel per alios fide dignos pervenerit protinus expellemus. Et in hiis & in aliis que ad officium inquiſicionis heretice pravitatis pertinent erimus obedientes Deo & eccleſie Romane & inquiſitoribus ejuſdem heretice pravitatis. Sic Deus nos adjuvet & hec ſancta Dei euangelia. 169.b

Eadem eſt forma juramenti conſulum.

NOs Ferrandus Roys miles, Arnaldus Jordani, Arnaldus delinariis, Raymundus pagani, Guilielmus Ademarii, Bernardus de ſamatano, Petrus de prinhaco conſules ſeu Capitularii Tholoſe, juramus, &c. ut ſupra.

Sentencia exconmunicacionis contra inpedientes officium inquiſicionis.

IN nomine Domini amen. Cum negocium fidei orthodoxe, in qua fundamenta ſacroſancte eccleſie à Domino Jeſu Chriſto poſita ſunt & firmiter ſtabilita, nullus Chriſtianus debeat inpedire ſet pocius totis viribus promovere, Ideo nos Johannes miſeracione divina archiepiſcopus Tholoſanus, & frater Bernardus Guidonis ordinis predictorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatus, Monemus ſemel ſecundo & tercio canonice ac peremptorie omnes & ſingulos, ne quis cujuscunque poteſtatis gradus ſeu ſtatus aut conditionis exiſtat inquiſitionis negocium contra hereticam pravitatem nec judicium aut ſentencias vel proceſſus contra quemcunque habitos vel habendos directe vel indirecte publice

vel

vel occulte per ſe vel per alium aut alias quoquo modo inpedire preſumat. Omnes autem illos & ſingulos qui negocium inquiſicionis heretice pravitatis ſcienter inpediverint vel de cetero inpedirent quoquo modo inquiſitoribus aut eorum officio ſe apponendo ſeu eis non parendo, vel per ſe veritatem in judicio celando ſeu ſupprimendo, vel legitime confeſſata revocando ſeu alium vel alios ad celandum vel occultandum de ſe vel de aliis veritatem vel ad revocandum confeſſata inducendo, & quicunque ad hoc aliquo modo conſilium auxilium ſcienter inpenderint vel favorem, & quicunque receperit aut dederit pecuniam dona ſeu munera indebite pro liberacione alicujus culpabilis de crimine hereſis optinenda vel promovenda ſeu pro retardacione proceſſuum & ſentenciarum ſeu execucionis officii in dampnum vel prejudicium ipſius officii inquiſicionis vel ad premiſſa ſeu eorum aliquid aliquo modo inpenderint ſeu inpendi procuraverint ſcienter conſilium auxilium vel favorem, iſta noſtra conpetenti monicione premiſſa auctoritate tam apoſtolica quam ordinaria qui fungimur in hiis ſcriptis exconmunicamus & penas alias latas à canone contra impedientes officium inquiſicionis heretice pravitatis incurriſſe ex nunc pro tunc publice declaramus & decernimus ipſo facto.

Lata fuit hec ſentencia in publico ſermone, anno & die & loco quibus ſupra, preſentibus officialibus regalis curie & conſulibus ſuperius nominatis, & Reverendo in Chriſto patre domino Jacobo Dei gracia epiſcopo Appaminenſi, & domino Symone de convenis canonico pariſienſi & archidyacono cantuarienſi, & domino Jacobo de columpna, & domino Agapito fratre ejus, & domino Raymundo Coſta canonico & prepoſito Vaurenſi. Item dominis Bertrando de dyeupantala, Petro de grauleto, Bernardo de ſabelhano, Ademaro froterii, canonicis ſancti Stephani Tholoſe. Item dominis Petro de bauro, Petro de claromonte, Guilielmo attonis, Canhardo de ſabelhano, Raymundo ſaqueti, Hugone de carrollis, doctori-
170. bus legum, & domino Girberto doctore decretorum ordinis ſancti Benedicti camerario ſancti papuli, & domino Germano de caſtronovo canonico & archidyacono Appamienſi. Item religioſis viris fratribus Petro Vitalis, Galhardo de pomeriis, Maurando, Hugone Maſſabovis, Petro ſicardi ordinis fratrum predicatorum. Et alia multitudine cleri & populi congregata ibidem. Ac nobis notariis inquiſicionis ſupra & infra ſcriptis, qui de mandato prefati inquiſitoris omnia precedencia & ſequencia acta hujus ſermonis recipimus & in publicam formam redegimus ſignisque noſtris ſolitis ſignavimus in principio & in fine.

Ad graciam de crucibus deponendis.

IN nomine Domini amen. Nos inquiſitor & vicarii ſeu conmiſſarii prefati graciam facientes perſonis infraſcriptis, prout nobis ſubſunt, deponimus cruces de filtro dudum ipſis ad portandum nomine penitencie pro conmiſſis in facto hereſis inpoſitas & injunctas, nichil inmutantes in aliis que eisdem perſonis fuerunt olim in penitenciam ſeu nomine penitencie inpoſita & injuncta, retenta nobis ac noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus libera poteſtate reponendi cruces eisdem perſonis, ſi nobis vel eis viſum fuerit faciendum abſque alia nova cauſa. Perſonarum autem quibus cruces deponimus ſunt nomina que ſecuntur. Johanna de ſancta fide filia quondam Bernardi de ſancta fide de Tholoſa, Raymundus fabri, Guilielma uxor ejus de mezenchis, Dulcia uxor Guilielmi mancipii filia Vitalis de fayſſes, Alazayt filia Guilielmi porcelli ſenioris, Johanna uxor quondam Guilielmi monachi de Luganno, Helys uxor Helye barbitonſoris de aſſo, Guilielmus Mercaderii notarius, Raymunda uxor ejus, Navarra uxor quondam Raymundi ſancii de garda, P. gilaberti filius Vitalis gilaberti, Guilielma uxor dicti Petri, Johannes gilaberti, Johanna filia ejusdem Johannis de ferrus prope Gardam, Bernardus de la gacha aliter cognominatus vin de blat de Verlhaco, Condors uxor Eſpanhol fabri filiaque Johannis de podio lobri de Vaqueriis, Sycardus bolha, Yſarnus

nus bolha, Johannes bolha filius Petri bolha, Stephanus bolha filius Bernardi bolha de Verduneto, Arnaldus Bernerii, Johannes bernerii, filii quondam Raymundi bernerii, Bernarda berneria uxor Hugueti de Pradinis de verduneto, Johannes Morovilla, Bernardus frater ejus, Dominicus durandi basterius, Castellana uxor ejus, Guilielmus durandi filius Raymundi durandi de bello videre, Peyrona seu Petrona uxor Raymundi Aribaudi de valle prope Vaurum, Arnaldus de prato, Petrus Capus filius Johannis Capus, Beatrix mater dicti Petri, Guilielmus turque, de mirapisce supra tarnum, P. dominici filius Guilielmi dominici de sancto Johanne de heremo, P. guiraudi Jacobus guiraudi fratres & filii quondam Geraldi de aurino, Raymunda uxor predicti Jacobi, Sibilia uxor Petri Rabastela, Guilielmus de baynaco filius quondam Guilelmus de baynaco de lantario, P. filii filius quondam Petri filii de lainhaco de parochia de taravello, Bernardus den Adam filius quondam Ade de hugonibus, Guilielma uxor quondam Raymundi dominici, Arnalda uxor Raymundi fabri espanhol de borno, Raymunda uxor quondam Bernardi de artigiis de sancto Johanne prope viride folium, Hugo Rubei filius quondam Bernardi Rubei, Raymunda soror ejus de Marnhaco, Arnaldus Vitalis aliter cognominatus de barrio filius Raymundi de barrio de cumbarotgier, Alazayt uxor quondam Hygonis de fays filiaque Gayssie durandi de Merlato, Bernarda uxor Pauli de Verduno filia quondam Arnaldi Molinerii de bolhaco, Michaël filius quondam Ruffi de monte Gausio, Hugueta uxor Bertrandi de la masuga, Poncia uxor Johannis petiti, Guilielma uxor Hugonis sartoris de sancto Johanne comitali, Helys uxor Gerardi de las donas, Johanna uxor Martini textoris, Paulinus & Petrus filii Bernardi de maseriis, Monetus de la laca qui aliter cognominatur de la bruguieyra de marciaco, Germanus sartor filius quondam Andrici de gaudone, Monetus sive Raymundus de gaudone filius quondam Andrici de Gaudone, Johanna uxor Berteti sive Hymberti piperii demiranda.

Ad graciam educendi de muro cum crucibus & peregrinacionibus, & aliis generalibus.

170.b.

IN nomine Domini amen. Nos prefati inquisitor & vicarii seu conmissarii delegati attendentes quod persone infrascripte utriusque sexus prout nobis aut unicuique nostrum subsunt, & quantum unumquemque nostrum tangit, videlicet Stephana filia Martini de proaudo de Tholose. ‡. Laurencius bernerii filius quondam Raymundi bernerii. ‡. Raymundus bernerii filius Bernardi bernerii de Verduneto. †. Raymundus pellicerii filius quondam Raymundi pellicerii de garda. ‡. Bernardus fabri aliter cognominatus espanhol. †. Bernarda uxor Arnaldi mercaderii de borno. ‡. Geraldus de artigiis. ‡. Beatrix uxor ejus de sancto Johanne prope viride folium. †. Arnaldus de salvetate junior. †. P. de salvetate frater ejus & filii Arnaldi de salvetate senioris de pruneto. ‡. Guilielmus Gerardi filius quondam Arnaldi Gerardi. ‡. Guirauda uxor ejus de francart villa. †. Condors uxor quondam Arnaldi Molinerii de bolhaco. †. Arnaldus bruni. †. Guilielmus bruni fratres & filii Guilielmi bruni senioris de pruneto. †. Guilielma uxor Bernardi de pibras de Garrigiis prope Vaurum. †. Guilielma bertriga uxor quondam Bernardi Rubei de marnhaco. ‡. Lombarda uxor Petri Arnaldi de Rialh de la solada. ‡. Poncius Cultellerii de limoso habitator Tholose. ‡. Raymundus durandi de bello videre. †. Peyrona uxor Raymundi pagesii de sancta fide. †. Jacobus Petri de sancto Sulpicio. ‡. Stephana uxor Ademarii de Caussencs de sancto Sulpicio. ‡. Raymunda uxor quondam Raymundi de albigesio de seguèrvilla. †. P. sicredi filius quondam Petri sicredi de salieytz. †. Raymundus teulerii. †. Bona uxor ejus de bolhaca. †. Petrona uxor Petri geraldi de aurino. ‡. Beatrix uxor Bernardi bosqueti de merlato. ‡. Huguetus de la masuga. ‡. Bertrandus de la masuga prope Marciacum. ‡. Bertetus sive Hymbertus piperii de Miranda. ‡. Hugo sive Huguetus sartor de sancto Johanne comitali habitator de miranda. ‡. Juliana uxor Vincencii Vertelherii de sancto Johanne comitali. ‡. Matheus fi-

lius Perreti de prato de barcio. † Johannes Vertelherii aliter cognominatus calamandria. † Johannes de lartiga, qui moratur alias ſarrat, cognominatus lo fol de marciaco. † Guilielmus de Maſeriis aliter cognominatus de na genta ſive de gorran de marciaco. ‡ Guido ſive Guionetus carreterii burgundus de Marciaco. ‡ Tibaudus de barcio. † Johannes Unnardi filius Unnardi de Maſeriis dyoceſis auxitane. ‡ Dudum nomine penitencie inmurati pro hiis que conmiſerant in crimine heretice pravitatis noſtris & eccleſie humiliter parendo mandatis fuerunt in muro jam annis pluribus conmorati, volentes eorum penam ac penitenciam miſericorditer mitigare, ipſos ſuperius nominatos à muri carcere de gracia relaxamus. Injungentes eiſdem omnibus & ſingulis ſub virtute à ſe jam dudum preſtiti juramenti in conmunicacionem dicte penitencie & carceris ut in deteſtacionem veteris erroris portent perpetuo duas cruces de filtro crocei coloris aliqui ſimplices aliqui dupplices prout ſunt ſuperius deſignate, unam anterius in pectore, & aliam poſterius inter ſpatulas, ſine quibus prominentibus ſeu apparentibus extra domum vel intra de cetero non incedant, quarum quantitas ſit duorum palmorum & dimidii in longitudine brachium unum, & duorum palmorum aliud brachium, ſcilicet transverſale, habeatque utrumque brachium trium in ſe latitudinem digitorum, easque continuo reficiant & innovent ſi rumpantur aut deficiant vetuſtate. Viſitentque ſingulis annis quamdiu vixerint eccleſiam ſancti Stephani Tholoſe in feſto invencionis ejusdem, & eccleſiam ſancti Saturnini Tholoſe in octabis paſche, & miſſam majorem & ſermonem ſi fiat ibidem audiant utrobique. Confiteantur inſuper peccata ſua ter in anno, ſcilicet ante natale paſcha & pentechoſten, & in eisdem feſti vitatibus conmunicent niſi abſtinuerint de conſilio proprii ſacerdotis. Singulis vero diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audiant ex integro, & ſermonem qui fiet in lo-
171. cis in quibus fuerint, niſi legitime aut racionabiliter valeant excuſari, & ab omni opere ſervili abſtineant diebus dominicis & feſtivis, officiisque publicis ſuo vel alterius nomine non fungantur. In adventu Domini in cibo quadrageſimali *jejunent*. Divinaciones & ſortilegia non obſervent. Uſuras vel rapinas non exerceant, & reſtituant ſi ab aliquo receperint. Preterea perſequantur hereticos quibuscunque nominibus cenſeantur, & credentes & fautores & receptatores ac defenſores eorum ac pro hereſi fugitivos, fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas ac jura eccleſiarum & officium inquiſicionis heretice pravitatis pro viribus tueantur. Nec non faciant peregrinaciones quas ex nunc eis injungimus que in literis concedendis eisdem plenius continebuntur, quas literas ſuper premiſſis omnibus ipſos volumus & precipimus petere & ſecum habere, ut per hoc ſciant que tenentur facere & à quibus debeant abſtinere. Retenta nobis & noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus plenaria poteſtate perſonas ſuperius nominatas & quamlibet earundem reducendi ſeu revocandi ad murum predictum etiam ſine alia nova cauſa, nec non addendi & diminuendi mitigandi ſeu remittendi in predictis, ſi & prout nobis aut ipſis noſtris ſucceſſoribus viſum fuerit expedire.

Modus ſeu forma abjurandi hereſim in ſermone.

NOs Petrus Raymundi dominici, Petrona uxor ejus de borno, Arnaldus Yſarni filius Geraldi Yſarni de Villamuro, Raymundus de boſco, Guilielmus de boſco fratres & filii quondam Guilielmi de boſco, Guilielmus de bayſſanis filius quondam Johannis de bayſſanis de borno dyoceſis montis albâni, Petrus aymonis, Johannius aymonis, Helyas aymonis fratres & filii predicti Petri, Helyas garini, Stephanus Garni, Bartholomeus de Vineis, Johanna uxor Stephani garini, Huga uxor Johannis Roana, Bernarda uxor quondam Guilielmi Mathei, Agnes uxor Bartholomei de vineis, Stephanus de vineis, Johanna uxor quondam Petri de Aragone, Peyronella uxor Helye garini, Raymunda uxor Stephani de vineis de alzona dyoceſis Ruthenenſis, Jacobus de cardonaco dyoceſis albienſis, Petrus de gaudone aliter cognominatus de la maſuga dyoceſis auxitane, P. lucenſis de galecia.

Om-

Omnes & singuli suprascripti viri & mulieres ad recipiendum penitenciam pro commissis hic presentes constituti in judicio coram vobis domino Johanne archiepiscopo Tholosano & inquisitore & vicariis seu conmissariis delegatis superius nominatis sacrosanctis Dei euangeliis positis coram nobis, Abjuramus penitus omnem heresim extollentem se adversus fidem catholicam Domini Jesu Christi & sancte Romane ecclesie, omnemque errorem atque credenciam hereticorum cujuscunque secte dampnate quibuscunque nominibus censeantur, & specialiter secte illorum qui dicuntur Valdenses seu pauperes de Lugduno, & specialiter & expresse ego P. lucensis hyspanus sectam illorum qui dicuntur & sunt pseudoapostoli quo ad nomen & habitum & vivendi ritum à conmuni conversacione fidelium vita & moribus dissidentem, & quo ad omnia in quibus ab obediencia Romane ecclesie & apostolice sedis & à sana doctrina in aliquo deviat aut discordat. Abjuramus quoque omnem favorem seu fautoriam & receptacionem & defensionem omnium predictorum & sequacium ipsorum errancium in predictis seu in aliquo predictorum, sub pena que de jure debetur relapsis in heresim in judicio abjuratam. Item promittimus & juramus nos pro posse nostro persequi & detegere seu revelare & facere capi & reddi inquisitoribus heretice pravitatis hereticos & credentes & fautores & receptatores ac defensores eorum & pro heresi fugitivos quandocunque & ubicunque sciverimus vel audiverimus eos esse aut aliquem de predictis. Item promittimus & juramus nos tenere & servare & defendere fidem catholicam Domini Jesu Christi quam sancta Romana ecclesia predicat & observat. Item promittimus & juramus quod parebimus & obedientes erimus mandatis ecclesie ac vestris & successorum vestrorum, & quod recipiemus & pro posse nostro complebimus penitenciam quam nobis duxeritis injungendam, & quod nunquam fugiemus nec nos absentabimus contumaciter aut scienter. 171.b.

Johanninus Aymonis.

JOhanninus Aymonis filius Petri Aymonis oriundus & habitator de Alzona dyocesis Ruthenensis, sicut per ejus confessionem factam in judicio IIII^{or} ydus Augusti anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat, x. anni erant tempore confessionis sue quod quadam nocte vidit quendam hominem extraneum in domo patris sui qui cenavit & jacuit illa nocte ibidem, & tunc nescivit quis erat nec nomen ejus. ¶ Item per duos annos post invenit & vidit quendam alium in domo patris sui qui vocabatur Magister Bartholomeus, & erat de caiarco, cujus verba & moniciones audivit, & inter cetera incantavit ipsum Johanninum quod non revelaret alicui quod ipsi venirent illuc vel quod vidisset eos, & ipse promisit quod non faceret, & tunc ipse perpendit & credidit quod ideo nolebant revelari nec sciri quia timebant quod caperentur si scirentur, & audivit à Guilielma sororia sua uxore Johannis Aymonis fratris sui quod Huguetus Garini erat socius dicti Bartholomei & à dicta Guilielma similiter audivit dici quod ille alius homo extraneus quem prius viderat in domo sicut dictum est supra vocabatur Johannes de Cernone, & erat de secta & societate predicti Bartholomei, & ipsi inter se vocabant se fratres, & nolebant revelari aliis. ¶ Item anno presenti confessionis sue in quadragesima preterita venerunt ad domum suam & patris sui duo homines, quorum unus vocabatur Arnaldus de Cernone & nomen alterius nescivit, & jacuerunt ibi & cenaverunt, & post cenam audivit verba & moniciones dicti Arnaldi, & tunc ipse perpendit quod dictus Arnaldus erat de secta & societate predictorum Johannis de Cernone & Bartholomei. ¶ Item dictum Huguetum Garini credebat esse de secta & societate predictorum qui vocant se fratres. ¶ Item predictos homines credebat esse bonos, set nesciebat ipsos esse Valdenses, nec de aliqua secta reprobata, set credebat eos esse sicut alios Christianos. ¶ De predictis non venit ad confitendum nec revelandum ea donec fuit citatus.

Helyas Aymonis.

Helyas aymonis filius Petri aymonis habitator de alzona dyocesis Ruthenensis, sicut per ipsius confessionem factam in judicio ydybus Septembris anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat sex anni erant tempore confessionis sue vidit in domo patris sui predicti apud alzonam quendam hominem extraneum, de quo dixit sibi Johanes Aymonis frater suus quod vocabatur Johannes de Cernone, & erat de parentela ipsorum & conmendavit eum quod erat bonus, & dictus Johannes de Cernone monuit eum quod esset probus homo, & audivit ipsum Helyam jurantem, & tunc reprehendit eum de juramento dicens ei quod non erat satis probus homo, tunc autem nescivit de dicto Johanne de Cernone quod esset de secta Valdensium, donec postmodum audivit dici & fuit rumor apud alzonam quod Huguetus Garini fuerat captus apud Avinionem & conbustus sicut Valdensis, & ex tunc incepit secum cogitare de dicto Johanne de Cernone quod esset de consimili secta vel societate. ¶ Item post predicta & erant tres anni tempore confessionis sue vidit in
172. domo Johannis Aymonis fratris sui duos homines extraneos quos non novit nec nomina eorum scivit qui cenabant ibidem cum Guilielma uxore predicti Johannis Aymonis fratris sui, de quibus dicta Guilielma dixit sibi quod erant amici eorum, de quibus tunc nescivit quod essent Valdenses, set postmodum quando audivit quod dictus Huguetus garini fuit captus & conbustus tanquam Valdensis, quia dicta Guilielma erat soror prefati Hugueti, & illi de domo paterna dicte Guilielme & dicti Hugueti erant inculpati de facto Valdensium suspicatus fuit de predictis duobus hominibus quod essent de aliqua mala secta. ¶ Item scivit quod Johannes frater suus aliquando recipiebat aliquos homines extraneos in domo sua paterna, in qua tunc cum dicto Johanne morabatur, de quibus dicebat quod erant de parentela predicte Guilielme uxoris sue, & unus illorum vocabatur Gerardus cujus cognomen nescivit, & alter vocabatur P. de Cernone, de quo predictus Johannes frater suus dixit sibi quod erat frater vel consanguineus Johannis de Cernone. ¶ De predictis non venit ad confitendum nec revelandum, donec fuit citatus quod veniret apud Tholosam, & non venit set ivit apud avinionem ubi fuit confessus de predictis coram inquisitore Tholosano qui tunc erat ibidem.

Guilielmus de bosco.

Guilielmus de bosco filius quondam Guilielmi de bosco de borno dyocesis montis albani, sicut per ipsius confessionem factam in judicio, XI°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime constat, quadam vice de nocte Johanna mater sua post cenam duxit ipsum ad domum Petri de bayssanis, ubi invenerunt juxta ignem sedentes dictum Petrum & uxorem suam & filios suos quos nominat, & erant ibi cum eis duo homines extranei quos non novit nec nomina eorum audivit, & unus illorum petivit de ipso quis erat, & Ricardis avia sua respondit quod ipse erat filius predicte Johanne filie sue, & ibidem supervenit Sancius Mercaderii qui locutus fuit cum altero illorum duorum hominum extraneorum ad partem, & postea vocaverunt alium, & simul illi tres recesserunt inde & ipse nescivit quo abierunt, nec causam propter quam recesserunt. Et postea quando ipse cum matre sua recesserunt ad domum suam, petivit à dicta matre quales homines erant illi, que respondit ei quod erant de bonis hominibus, ipse tamen non intellexit quod vellet hoc dicere de hereticis, nec aliud scivit de eis.

Predicta vidit & scivit XVI. vel XVIII. anni erant antequam veniret ad revelandum predicta. Interrogatus quare tantum distulit revelare & confiteri predicta cum mater sua fuerit propter factum heresis inmurata, & P. frater suus cruce signatus, respondit quod propter simplicitatem suam, & vellet cicius veniisse ad revelandum predicta.

Pe-

Penitencia arbitraria de peregrinacionibus ſine crucibus.

In nomine Domini amen. Quoniam nos prefati inquiſitor & conmiſſarius pro domino epiſcopo Ruthenenſi per inquiſicionem factam invenimus & per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, quod tu Guilielme de boſco filius Guilielmi de boſco de borno dyoceſis montis albani, & tu Johannine Aymonis, & tu Helyas Aymonis fratres & filii Petri Aymonis de alzòna dyoceſis Ruthenenſis tam graviter in facto hereticorum deliquiſtis ſicut lectum & recitatum eſt vobis. Nos prefati inquiſitor & conmiſſarius vos redire volentes prout aſſeritis ad eccleſie unitatem, abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni hereſi, & preſtito ad ſancta Dei euangelia juramento quod parebitis & eritis obedientes ſimpliciter mandatis eccleſie & noſtris, Abſolvimus ſecundum formam eccleſie à ſentencia exconmunicacionis lata à canone qua eratis ligati propter culpas quas confeſſi eſtis in judicio vos in facto hereſis conmiſſiſſe, ſi tamen de corde bono & fide non ficta redieritis ad eccleſie unitatem, & ſi injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in 172.b. Deum & ſanctam matrem eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis injungimus vobis in penitenciam & nomine penitencie pro predictis peregrinaciones minores, videlicet beate Marie de rupe amatoris, & de podio, & de tabulis in monte peſſullano, de ſerinhano, ſancti Guilielmi de deſerto, ſancti Egidii in provincia, ſancte Marthe in taraſcone, ſancte Marie Magdalene apud ſanctum Maximinum, ſancti Antonii Viennenſis, ſancti Marcialis, & ſancti Leonardi in lemovicinio, ſancti Severini in burdegala, beate Marie de ſolaco, ſancte Fidis de conchis, & beate Marie de Ruthena, & ſancti Pauli Narbonenſis, ſancti Vincencii de Caſtris. Tibi vero Guilielmo de boſco beate Marie de rupe amatoris, beate Marie de podio, & ſancti Severini de burdegala, & ſancte Fidis de conchis in dyoceſi Ruthenenſi. Teſtimoniales de ſingulis locis reportantes literas quod peregrinaciones conpleveritis memoratas, dictasque peregrinaciones facere incipiatis infra tres menſes à preſenti die conputandos, earumque conplecioni fideliter inſiſtatis. Item viſitetis ſingulis annis quamdiu vixeritis eccleſiam cathedralem ſancti Stephani Tholoſe in feſto invencionis ejuſdem, & eccleſiam ſancti Saturnini dominica in octabis paſche & miſſam majorem & ſermonem ſi fiat ibidem audiatis utrobique. Confiteamini inſuper peccata veſtra ter in anno, ſcilicet ante natale paſcha & pentechoſten, & in eisdem feſtivitatibus conmunicetis niſi abſtinueritis de conſilio proprii ſacerdotis. Singulis vero diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audiatis ex integro & ſermonem qui fiet in locis in quibus fueritis, niſi valeatis legitime aut racionabiliter excuſari. Item ab omni opere ſervili abſtineatis diebus dominicis & feſtivis colendis. Divinaciones & ſortilegia non obſervetis. Preterea perſequamini hereticos quibuscunque nominibus cenſeantur, & credentes & fautores & receptatores & defenſores eorum, fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas & jura eccleſiarum & officium inquiſicionis heretice pravitatis pro viribus defendatis. Hec autem vobis injungimus retenta nobis & noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus poteſtate addendi diminuendi conmutandi ac etiam remittendi in predicta penitencia, ſi & quandocunque nobis vel eis viſum fuerit faciendum.

Raymundus de boſco.

RAymundus de boſco filius quondam Guilielmi de boſco de borno dyoceſis montis albani, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio XI°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat, quadam vice Johanna mater ſua petivit ab eo ſi vellet videre de bonis hominibus, & ipſe petivit ab ea quales homines erant illi, & ipſa conmendavit eos ſibi quod erant boni homines, ſet gentes vocabant eos hereticos, tamen ipſi non reputabant ſe eſſe tales ſet bonos homines, & ipſe conceſſit matri ſue quod volebat videre eos, & ipſa promiſit ſibi

quod in aliquo ſero oſtenderet eos ſibi, ſet non fuit factum. Item poſt predicta per unum annum vel circa Bernardus ſicardi de borno conmendavit ſibi multum dictos hereticos & petivit ab eo ſi volebat eos videre, & ipſe reſpondit quod dicta mater ſua fuerat ſibi locuta & promiſerat ei quod oſtenderet eos ſibi &, iterum dictus Bernardus petivit ab eo ſi vellet eos videre, & ipſe reſpondit ei quod ſi eſſet in loco in quo poſſet videre illos quod non faceret vim, & dictus B. promiſit ei quod ſi locus eveniret oſtenderet ſibi de dictis hereticis, ſet non fuit factum. Item poſt predicta Arnaldus bovis junior filius Arnaldi bovis ſenioris fuit ſibi locutus de facto hereticorum conmendando eos ſibi, & nominavit ei Petrum Auterii, vel Petrum Sancii vel ambos, & dixit ſibi quod erant in domo patris ſui, & quod non ibant aperte ſet abſcondite, & tunc ipſe petivit à dicto Arnaldo ſi poſſet eos videre, & dictus Arnaldus dixit ſibi ſi volebat eis mittere aliquid, & tunc ipſe miſit dictis hereticis
173. unum turonenſem album per dictum Arnaldum, ſet non vidit hereticos, quamvis vellet eos videre & audire loqui, & iviſſet ad eos ſi dictus Arnaldus vellet ſibi eos oſtendere. Interrogatus de credencia hereticorum negavit ſe fuiſſe in credencia eorum. Interrogatus ſi credidit bene facere helemoſinam quando miſit dictis hereticis dictum turonenſem album, reſpondit quod ſic quia dictus Arnaldus dixit ſibi. Predicta conmiſit à xv. annis & à xiiii. citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citatus & per alios acuſatus.

Guilielmus de bayſſanis.

GUilielmus de bayſſanis filius Petri de bayſſanis de borno dyoceſis montis albani, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio xi°. Kalendas ſeptembris anno Domini m°. ccc°. xxi°. legitime conſtat, xviii. anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue quadam nocte, dum pater ſuus & Petrona mater ſua & Johannes frater ſuus ſederent juxta ignem dictus pater ſuus petivit ab ipſo ſi volebat videre bonos homines, & ipſe petivit quales homines erant illi, & mater ſua dedit ſibi alapam, & tunc dictus pater ſuus & ipſe & frater ſuus aſcenderunt quoddam ſolarium domus ſue, & invenerunt ibi duos homines, de quibus poſtea pater ſuus dixit ſibi quod unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius, & ſederunt cum eis, & dictus P. Auterii dixit, bene veneritis, non timeatis quia non faciemus vobis malum, & dixit aliqua verba, de quibus dixit ſe non recordari. Et poſt predicta ipſe & pater ſuus & frater ſuus deſcenderunt de ſolario & dimiſerunt eos ibi. Dictus autem Guilielmus de bayſſanis erat tunc ut dixit etatis octo vel novem annorum. Item poſt predicta tercia nocte dum ipſe Guilielmus & alie perſone quas nominat ſederent in domo predicta juxta ignem predicti duo Petrus Auterii & Amelius deſcenderunt de ſolario & ſederunt ibi cum eis, & unus illorum dixit, Maynada nos ſumus boni homines, & ſumus de illis quos gentes vocant hereticos, tamen nos non ſumus heretici, & incepit legere in quodam libro aliqua verba, de quibus dixit ſe non recordari. Item in nocte ſequenti ipſe & pater ſuus aſcenderunt ad dictum ſolarium, & invenerunt ibi predictos duos Petrum Auterii & Amelium, & dum eſſent ibi ſupervenerunt duo alii homines quos nominat, & tunc pater ſuus dixit ſibi quod iret ad jacendum, & ivit & dimiſit eos ibi. Item in ſequenti nocte vel in alia ſubſequenti dum ipſe & pater ſuus & mater ſua & frater ſuus ſederent in domo ſua juxta ignem ſupervenerunt de foris predicti duo, P. Auterii & Amelius heretici, & Guilielmus Mercaderii de borno cum eis, & tunc quando fuerunt intus dictus Guilielmus mercaderii flexit genua bis vel ter coram dictis hereticis dicendo aliqua verba que ipſe non intellexit, & poſtea receſſit & heretici remanſerunt ibi, & tunc predictus pater ſuus & mater ſua & Johannes frater ſuus unus poſt alium adoraverunt dictos hereticos flectendo genua ter ſuper terram & ponendo manus ſuper bancam capucio extracto, dicendo quedam verba que ipſe non intellexit, & poſt ipſos ipſe Guilielmus adoravit predictos hereticos more hereticali

pre-

predicto. Interrogatus de credencia hereticorum respondit, quod tunc ipse erat etatis octo vel novem annorum, & nesciebat bene quid crederet de eis, nec fidem habuit in secta ipsorum, & illud quod fecit fecit inductus per patrem & matrem. Interrogatus quare tantum distulit venire ad confitendum de predictis, respondit quod quando pater suus fuit vocatus per inquisitorem ut veniret ad sermonem in quo fuit inmuratus dixit sibi, fili nescio si alias te videbo, set caveas tibi, ne quamdiu ego vivam & mater tua dicas alicui illa que vidisti vel sciviſti de facto hereticorum, & hanc dixit fuisse causam quare tantum distulit venire ad confitendum de predictis.

Stephanus de Vineis. 173.b

STephanus de vineis alias cognominatus de na bernarda habitator & oriundus de alzona dyocesis Ruthenensis filius quondam Petri de vineis oriundi de montinhaco dyocesis petrogricensis, sicut per ipsius confessionem factam in judicio v°. ydus Julii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat, x. anni vel circa erant tempore confessionis sue quadam nocte veniens de foris ad domum suam invenit ibi Bartholomeum de vineis fratrem suum, & quendam hominem quem alias non noverat, qui jacuit ibi illa nocte, de quo homine predictus Bartholomeus frater suus dixit sibi quod vocabatur Johannes de Cernone, & conmendavit eum dicens quod erat bonus homo, & si ipse vellet esse de intentione sua doceret eum quod salvaret animam suam, & incantavit eum quod non loqueretur alicui de ipso quod veniret illuc & quod vidisset eum, quia dictus Johannes erat de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & ipsi vocant se fratres. ¶ Item sex vel VII. anni vel circa erant tempore confessionis sue quod quadam vice vidit in domo Guilielmi Garini de alzona Huguetum garini, & quendam alium hominem de quo audivit & scivit quod erat magister dicti Hugueti, & quod vocabatur Bartholomeus, & de quibus scivit quod erant de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & audivit verba & moniciones dicti Bartholomei. Inter que audivit dictum Bartholomeum dicentem, quod jurare in omni casu erat peccatum, & Deus prohibuerat jurare, & quod caveret sibi quod non juraret, & bibit ibi cum eis ¶ Item tres anni erant vel circa tempore confessionis sue quod quadam nocte invenit in carreria quendam hominem in villa de alzona, à quo audivit & scivit quod vocabatur Stephanus bordeti, & quod erat de illis gentibus que non audebant ire de die, quia ipsi erant fugati per gentes. ¶ Item in anno presenti confessionis sue ante carniprivium quadam nocte venit ad domum suam quidam homo & pulsavit ad hostium, & petivit quod reciperet eum, & introduxit eum, & jacuit ibi illa nocte, & audivit ab eo quod vocabatur Arnaldus, & cognovit & intellexit quod erat de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & audivit verba & moniciones ipsius. ¶ Item credidit predictos pauperes de Lugduno, qui alias vocantur Valdenses, esse bonos homines & quod haberent bonam fidem & bonam sectam, in qua ipse & alii qui tenerent eam possent salvari, propter verba que audivit ab eis, & propter illa que frater suus dixit sibi de eis, quamvis audivisset quod ipsi erant fugati per gentes, & fuit in dicta credencia à tempore quo primo vidit eos usque ad illud tempus in quo audivit dici quod Huguetus Garini predictus fuerat conbustus, & fuit in dicta credencia per octo annos vel circa. ¶ De predictis non fuit confessus, nec venit ad revelandum ea, donec fuit vocatus & in judicio requisitus & per alios acusatus seu nominatus.

Johanna uxor Petri de aragone.

JOhanna uxor quondam Petri de aragone de alzona dyocesis Ruthenensis filia quondam Mathei burgundi, sicut per ipsius confessionem factam in judicio III°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime constat, quinque anni

erant

erant tempore confessionis sue quod Guilielmus Mathei frater suus dixit sibi si volebat videre quendam bonum hominem, qui ibat per terram & docebat multa bona & erat de illis qui vocabantur Valdenses & nolebant discooperiri, & quod caveret sibi quod non diceret hoc alicui, quia si sciretur caperetur per inquisitores, & ipsa concessit quod volebat eum videre, & ivit ad domum dicti fratris sui, ubi invenit dictum Valdensem de quo audivit à predicto fratre suo quod vocabatur Ste-
174. phanus bordeti, & erat burgundus, & audivit verba & moniciones dicti Valdensis quod non faceret nec diceret malum nec juraret, quia jurare erat peccatum, & plura alia verba que videbantur sibi bona, de quibus dixit se non recordari. ¶ Item illo tempore quo audivit loquentem dictum Valdensem credidit quod esset bonus homo, & quod haberet bonam fidem & fuit in dicta credencia per VII. dies. ¶ Predicta Johanna dixit se non audivisse nec sciviſſe prius quod Valdenses essent heretici, non tamen venit ad confitendum nec ad revelandum predicta, donec alii de alzona fuerunt capti & confessi, & donec fuit vocata.

Peyronella uxor Helye garini.

PEyronella uxor Helye garini de alzona dyocesis Ruthenensis filia Petri Aymonis burgundi, sicut per confessionem ipsius factam in judicio III°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime constat, septem anni erant tempore confessionis sue, quod Johannes Aymonis frater ipsius adduxit ad domum suam & viri sui quendam hominem de quo dixit ei quod vocabatur Stephanus bordeti, & erat barbitonsor, & dedit eis ad comedendum, & comedit ibidem eum eis. De quo Stephano bordeti tunc nescivit quod esset Valdensis, set postmodum audivit dici à marito suo predicto qui viderat eum cum ea tunc quod erat Valdensis. ¶ Item duo anni erant tempore confessionis sue, quod dictus Helyas Garini maritus suus adduxit ad domum ipsius quendam hominem juvenem, & erat clericus, de quo dixit *sibi quod* erat de parentela ipsorum & vocabatur Arnaldus, cujus cognomen *nescivit*, & comederunt & biberunt cum dicto Arnaldo, de quo Arnaldo *nescivit* tunc quod esset Valdensis, set postmodum audivit dici à marito suo quod erat Valdensis. ¶ Predicta Peyronella negat omnia alia se sciviſſe aut feciſſe que pertinent ad factum Valdesie.

Raymunda uxor Stephani de Vineis.

RAymunda uxor Stephani de vineis alias cognominati de na bernarda habitatoris de alzona dyocesis Ruthenensis filia Petri Aymonis burgundi, sicut per ipsius confessionem factam in judicio IIII°. Kalendas Febroarii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime constat, x. anni vel circa erant tempore confessionis sue quod Bartholomeus de Vineis frater viri sui adduxit ad domum suam duos homines, quorum unus vocabatur Johannes de Cernone & alter Petrus, & erant fratres, & cenaverunt ibi ipsa vidente, nec scivit nec audivit tunc dici quod essent Valdenses. ¶ Item post predicta IIII^{or} anni vel circa erant tempore sue confessionis Johannes Aymonis frater suus dixit ei quod quidam homo erat in domo sua qui volebat sibi loqui, & adduxit dictum hominem ad domum ipsius, de quo dixit sibi quod vocabatur Arnaldus & erat clericus, & ibat cum eo quidam juvenis homo, & sederunt ibidem cum ipsa & cum aliis personis quas nominat, & tunc dictus Arnaldus admonuit ipsam & Agnetem sororem suam quod facerent bonum & caverent à malo, & postea biberunt & recesserunt inde, nec scivit de dicto Arnaldo, nec de socio suo tunc quod essent Valdenses. ¶ Item duo anni vel circa erant quod dictus Johannes Aymonis frater suus alia vice venit ad domum suam cum dicto Arnaldo & socio suo, & salutaverunt ipsam, & steterunt ibi aliquantulum, & postea recesserunt. ¶ Item in anno presenti quo fecit dictam confessionem suam audivit dici à Bartholomeo de Vineis fratre viri sui postquam redierat de Tholosa ubi fuerat de-

ten-

tentus in carcere inquisitoris, quod predicti Johannes de Cernone & P. frater ejus & Arnaldus supradictus erant de illis qui vocantur Valdenses. ¶ Predicta Raymunda negat se sciviſſe aut feciſſe aliquid de facto Valdesie, & non reputatur plene confessa, nec fuit reconsiliata nec absoluta, set propter parvulum filium lactantem quem tunc habebat fuit dimissa redire ad domum suam ut alio tempore examinaretur. 174.b.

¶ Contra predictam Raymundum deponit Huguetus Garini, quod ipse & Bartholomeus de Caiarco Valdensis fuerunt in domo ipsius & viri sui, & ipsa & Agnes soror ejus viderunt & sciverunt eos esse ibi, & quod erant amice & credentes Valdensium.

Jacobus Creyssan de cardonaco.

JAcobus Creyssan de Cardonaco in bavilia cordue de parochia de noalha dyocesis albiensis filius quondam Johannis Creyssen burgundi, sicut per ipsius confessionem secundam factam in judicio, IX°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat, Viginti anni & amplius erant tempore confessionis sue predicte Johannes Valederii burgundus qui erat sibi & Hugue matri sue familiaris dixit sibi quod aliqui homines ibant per terram qui erant boni homines, & docebant multa bona quod homo non faceret nec diceret malum nec mentiretur nec juraret, & nominavit sibi quendam qui erat de illis, & vocabatur Bartholomeus, & dixit sibi amplius dictus Johannes quod dicti homines stabant absconditi & nolebant sciri nec manifestari hominibus, & predicta verba dixit sibi quatuor aut quinque vicibus in diversis locis & temporibus, & tunc ipse Jacobus intellexit quod dicti homines erant heretici Valdenses, quia audiverat dici quod Valdenses & alii heretici ibant & stabant absconditi & nolebant manifestari. ¶ Item post predicta XVII. anni vel circa erant tempore confessionis sue predicte Huguetus Garini de alzona Ruthenensis dyocesis de parentela ipsius ex parte matris sue videlicet ipsius Hugueti frequenter transivit per domum ipsius Jacobi eundo & redeundo, & tunc dictus Huguetus narravit sibi quod ipse morabatur cum aliquibus clericis, & unus ex eis vocabatur Bartholomeus, & erat magister suus & erat de dyocesi caturcensi & commendavit sibi multum dictum Bartholomeum quod erat multum bonus homo sicut fecerat dictus Johannnes, & tunc ipse intellexit quod dictus Bartholomeus erat de illis hominibus de quibus fuerat sibi locutus prius dictus Johannes. ¶ Item post predicta XI. vel XII. anni erant tempore confessionis sue quod dictus Huguetus Garini cum dicto Bartholomeo Valdense venit ad domum ipsius Jacobi, & dixit sibi quod ille erat Bartholomeus magister suus de quo fuerat sibi locutus, & jacuerunt & cenaverunt ibi, & benedixerunt mensam secundum modum suum, & post cenam intraverunt quandam cameram ubi dictus Bartholomeus Valdensis dixit multa verba & moniciones quod homo non debebat facere nec dicere malum nec jurare quia erat peccatum, & quedam alia que videbantur sibi bona, & postea posuerunt se flexis genibus inclinati super quandam bancam & oraverunt secundum modum suum orandi. ¶ Item post predicta per XV. dies vel circa predicti duo Bartholomeus & Huguetus garini Valdenses venerunt alia vice ad domum suam & dedit eis ad comedendum, & tunc ipse Jacobus petivit à dicto Bartholomeo Valdensi si ordo ipsorum erat approbatus per papam & per ecclesiam, & si habuerant eum à domino papa, & dictus Bartholomeus respondit sibi quod non, set solummodo à Deo & à nullo alio. ¶ Item post predicta per unum mensem vel circa ipse audivit ab Andrea Garini fratre germano dicti Hugueti de alzona quod predicti duo Bartholomeus & Huguetus Valdenses fuerant & erant tunc capti in terra domine montis fortis, & quod fuerant ducti capti apud Carcassonam. ¶ Item postmodum audivit narrari à quibusdam personis quas nominat quod dictus Huguetus fuerat conbustus tanquam hereticus apud Avinionem. ¶ Item antequam predicti duo Valdenses venissent ad domum suam Huguetus predictus dixerat sibi quod tres alii erant

ſocii dicti Bartholomei, quorum unus vocabatur Criſtinus & erat major inter eos,
175. & alius vocabatur Sira Johan, & tercius vocabatur Arnaldus. ¶ Item poſtquam fuerat confeſſus de predictis in judicio coram inquiſitore & abjuraverat omnem hereſim & juraverat & promiſerat ſe perſequi hereticos credentes & fautores & pro facto hereſis fugitivos, ex tunc venit ad domum ſuam Andreas garini de alzona, à quo petivit ſi ſciebat alicubi de dictis hominibus dans ſibi intelligere de Valdenſibus, & percepit & intellexit ex modo loquendi dicti Andree quod dictus Andreas ſciebat de Valdenſibus ubi erant, & poſt paucos dies dictus Jacobus fuit requiſitus per inquiſitorem quod confiteretur plenius, & requiſitus ſi ſciebat aliquid de facto Valdenſium de ſe vel de aliis negavit ſe nichil aliud ſcire, nec de dicto Andrea garini quod vidiſſet & audiviſſet eum poſtquam fuerat confeſſus dictus Jacobus aliquid revelavit inquiſitori, quamvis audiviſſet quod dictus Andreas alias fuerat captus & confeſſus de facto hereſis coram inquiſitore. Dixit tamem ad ſuam excuſacionem quod ideo interrogavit dictum Andream garini ſi ſciebat de Valdenſibus ubi erant quia volebat procurare ſeu ordinare quod caperentur & redderentur inquiſitori. Quare autem non revelavit de dicto Andrea garini inquiſitori, dixit quod non recordabatur, & quia credebat quod dictus Andreas iterum rediret ad ipſum ſicut dixerat ſibi, & quod poſſet procurare quod haberet aliquem de dictis Valdenſibus ad capiendum & reddendum inquiſitori. ¶ Predictus Jacobus non venit ad confitendum de predictis, nec revelavit ea donec fuit captus & in carcere detentus, & negavit ac palliavit veritatem à principio in judicio contra proprium juramentum, & fuit difficilis ad confitendum veritatem, & fecit primo confeſſionem unam palliatam & diminutam. ¶ Predictus Jacobus negat quod non fuit confeſſus Valdenſibus nec oravit cum eiſdem, nec credidit eos habere bonam fidem nec bonam ſectam, cum tamen receptaverit eos in domo propria, & dederit eis ad comedendum, & ſciverit eos eſſe Valdenſes vel de ſecta Valdenſium, & non procuraverit quod caperentur, nec revelaverit aliquid de predictis niſi captus & detentus.

Penitencia arbitraria cum crucibus & peregrinacionibus.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos prefatus inquiſitor & conmiſſarius pro vicariis domini epiſcopi Ruthenenſis ſuperius nominatus prout & quantum ad unumquemque noſtrum ſpectat quo ad perſonas & de perſonis nobis ſubditis infraſcriptis per inquiſicionem factam invenimus, & per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, quod tu Raymunde de boſco, & tu Guilielme de bayſſanis de borno dyoceſis montis albani, & tu Stephane de vineis, & tu Johanna uxor quondam Petri de aragone, & tu Peyronella uxor Helie garini, & tu Raymunda uxor Stephani de vineis omnes de alzona dyoceſis Ruthenenſis, & tu Jacobe de cardonaco dyoceſis albienſis tam graviter & tam multipliciter in facto hereſis deliquiſtis ſicut lectum & recitatum eſt vobis intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos prefati inquiſitor & vicarii conmiſſarius delegatus vos omnes ſingulos utriusque ſexus prout nobis ſubeſtis redire volentes ſicut aſſeritis ad eccleſie unitatem abjurata primitus vos nunc coram nobis in judicio omni hereſi cujuscunque ſecte dampnate, & preſtito ad ſancta Dei euangelia juramento quod parebitis & eritis obedientes ſimpliciter mandatis noſtris & eccleſie, Abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab excon-
conmunicacionis vinculis quibus eratis ligati propter culpas quas confeſſi eſtis in judicio vos in facto hereſis conmiſiſſe, ſi tamen de corde bono & fide non ficta redieritis ad eccleſie unitatem, & ſi injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & ſanctam matrem eceleſiam predictis modis temere deliquiſtis in hac die & loco vobis ad recipiendum penitenciam peremptorie aſſignatis ſedentes pro tribu-
175.b. nali ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, de bonorum virorum conſilio inponimus & injungimus vobis & veſtrum ſingulis in penitenciam & nomine penitencie pro predictis culpis ſub veritate à vobis preſtiti juramenti quod in omni veſte veſtra

ſtra excepta camiſia interiori portetis perpetuo duas cruces de ſiltro crocei coloris, unam anterius ante pectus & aliam poſterius inter ſpatulas, ſine quibus prominentibus ſeu apparentibus infra domum vel extra nullatenus incedatis, quarum quantitas ſit in longitudine duorum palmorum & dimidii brachium unum, & duorum palmorum brachium alterum, ſcilicet transverſale, & trium digitorum in latitudine utrumque brachium, easdemque continuo reficiatis vel innovetis ſi rumpantur aut deficiant vetuſtate. Et quia tu Jacobe de Cardonaco pejerando à principio in judicio conſtitutus amplius & gravius deliquiſti, ſuperaddimus tibi quod cruces quas tibi portandas injungimus ſint dupplices. Item injungimus vobis omnibus & ſingulis peregrinaciones beate Marie de rupe amatoris, & de podio, & de valle viridi, & de tabulis in monte peſſulano & de ſerinhano. Item ſancti Guilielmi de deſerto, ſancti Egidii in provincia, ſancti Petri de monte majori, ſancte Marthe de taraſcone, & ſancte Marie Magdalene apud ſanctum Maximinum, ſancti Antonii viennenſis, ſancti Maricalis & ſancti Leonardi in Lemovicino, beate Marie de carnoto, ſancti Dyoniſii & ſancti Ludovici in francia, & ſancti Severini in Burdegala, beate Marie de ſolaco, & ſancte Fidis de conchis dyoceſis Ruthenenſis, ſancti Pauli Narbonenſis, & ſancti Vincencii de caſtris. Teſtimoniales de ſingulis locis vobiscum reportantes literas illorum qui in dictis locis prefuerint quod peregrinaciones conpleveritis memoratas, dictasque peregrinaciones facere incipiatis infra tres menſes ab hac preſenti die conputandos, earumque conplecioni inſiſtatis ſub virtute à vobis preſtiti juramenti. Item viſitetis ſingulis annis quamdiu vixeritis eccleſiam cathedralem ſancti Stephani Tholoſe in feſto invencionis ejusdem, & vos de dyoceſi Ruthenenſi eccleſiam cathedralem de Ruthena in feſto aſſumpcionis beate Marie virginis, & miſſam majorem & ſermonem ſi fiat ibidem audiatis utrobique. Confiteamini inſuper peccata veſtra ter in anno, videlicet ante natale paſca & pentechoſten, & in eisdem feſtivitatibus conmunicetis niſi abſtinueritis de conſilio proprii ſacerdotis. Singulis vero diebus dominicis & feſtivis miſſam parochialem audiatis ex integro, & ſermonem qui fiet in locis in quibus fueritis niſi valeatis legitime aut racionabiliter excuſari, & ab omni opere ſervili abſtineatis diebus dominicis & feſtivis colendis. In adventu vero Domini in cibo quadrageſimali jejunetis. Divinaciones quoque & ſortilegia non obſervetis, uſuras & rapinas non exerceatis, & reſtituatis ſi ab aliquibus accepiſtis. Preterea perſequamini hereticos quibuscunque nominibus cenſeantur, & credentes & fautores & receptatores & defenſores eorum ac pro hereſi fugitivos, fidemque catholicam & perſonas eccleſiaſticas & jura eccleſiarum & officium inquiſicionis hereticе pravitatis pro viribus defendatis. Hec autem omnia vobis injungimus, retenta nobis ac noſtris in officio inquiſicionis ſucceſſoribus plenaria poteſtate addendi diminuendi conmutandi ac etiam remittendi in predicta penitencia ſive pena, ſi & quandocunque nobis vel eis viſum fuerit faciendum. Data fuit hec ſentencia anno die & loco & preſentibus teſtibus & notariis quibus ſupra.

Culpe perſonarum inmurandarum.

176. PEtrus Raymundi Dominici de borno filius quondam Petri Dominici de borno dyoceſis montis albani dudum ſuſpectus de hereſi & acuſatus citatus fuit ut conpareret reſponſurus de fide & de hiis que contra fidem conmiſerat in craſtino cathedre ſancti Petri anno Domini M°. CCC°. IX°. qua die minime conparuit ſet aufugit, unde tanquam contumax & parere ſubterfugiens in cauſa fidei & contumaciter ſe abſentans fuit poſtmodum exconmunicacionis vinculo innodatus, VI°. Kalendas Marcii anno Domini M°. CCC°. IX°. quam exconmunicacionis ſententiam per quinque annos & amplius ſuſtinuit in fuga exiſtens, unde fuit poſtmodum citatus canonice & peremtorie ut compareret diffinitivam ſententiam auditurus ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam pro contumacia in cauſa fidei per plures annos ſuſtinuerat animo pertinaci non tamen conparuit, fuitque tandem in ſermone publico inquiſitorum die & loco ſibi aſſignatis Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani velut hereticus declaratus,

& ſentencialiter condempnatus, dominica ſecunda in quadrageſima anno Domini M°. CCC°. XV°. Poſtmodum verò ſaniori utens conſilio amicorum venit & rediit & in judicio confeſſus fuit.

¶ Predictus P. Raymundi Dominici, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio XIX°. Kalendas Septembris anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat, XVI. vel XVII. anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue quadam vice vidit in campmaſio hyſpanorum de borno in ſolario domus duos homines, quorum unus erat ſenior & alter junior, cum quibusdam aliis perſonis quas in confeſſione ſua nominat, & audivit ibidem dictum hominem juniorem legentem de epiſtolis & euangeliis, & poſtquam receſſit ab eis eadem die audivit à Raymundo eſpanhol fabri qui eum illuc duxerat & aſſociabat, & ſecum viderat predictos duos homines in dicto loco, quod illi duo homines erant de illis qui vocantur heretici, & quod antiquior vocabatur P. Auterii, & junior Jacobus, qui erat filius dicti Petri. ¶ Item eodem anno alia vice in domo Johannis mercaderii vidit Petrum Auterii hereticum predictum, & Amelium hereticum, & audivit verba & predicacionem dicti Petri Auterii heretici, & adoravit eum cum aliis perſonis quas nominat modo hereticali ter flectendo genua inclinando ſe & ponendo manus ſuper bancam qualibet vice dicendo benedicite, & heretico reſpondente Deus vos benedicat & perducat ad bonum finem, & audivit quod dicti heretici ſteterunt ibi per ſeptem dies. ¶ Item circa idem tempus alia vice in domo Bernardi bosqueti de borno in quodam ſolario dicte domus invenit & vidit predictos Petrum Auterii & Amelium hereticos, & audivit verba & doctrinam erroneam contra fidem dicti Petri Auterii heretici, videlicet quod in hoſtia conſecrata in altari non erat corpus Chriſti niſi purus panis. Item quod matrimonium carnale non erat verum matrimonium ymmo erat peccatum, & quod majus peccatum erat jacere cum uxore quam cum alia muliere, quia frequencius & magis publice hoc fiebat. Item quod baptiſmus aque factus per eccleſiam pueris nichil valebat, quia pueri non conſenciebant ymo flebant. Item quod crux Chriſti non debebat adorari, quia nullus adoraret furcas in quibus pater *ſuus fuiſſet* ſuſpenſus. Item quod capellani non poterant aliquem abſolvere à peccatis, quia ipſi erant peccatores & ſordidiores quam alii, & ideo non poterant alios mundare. Item quod eccleſia Dei non erat in lignis & lapidibus, ſet in bonis hominibus & ſanctis, quales dicebant eſſe ſeipſos. Item quod ipſi ſolummodo & non alii poterant abſolvere à peccatis & ſalvare animas quas recipiebant in fine ad ſectam & ordinem ſuum. ¶ Item dicto Petro Auterii heretico requirente & recipiente, ipſe fecit ſibi convenienciam ſeu pactum. ¶ Item tam ipſe quam alie perſone que ibidem aderant, quas in confeſſione ſua nominat, adoraverunt dictum Petrum Auterii hereticum modo hereticali predicto. ¶ Item ibidem audivit & ſcivit, quod predicti duo heretici erant vocati & irent ad recipiendum quandam perſonam infirmam, quam in confeſſione ſua nominat, ad ſectam & ordinem ſuum, & iverunt, & ipſe aſſociavit Amelium hereticum predictum usque ad domum dicte perſone infirme, & audivit & ſcivit quod dicti heretici dictam perſonam hereticaverunt in illa infirmitate de qua obiit. ¶ Item predictos Petrum Auterii & Amelium hereticos recepit & tenuit in domo ſua in quodam ſolario tribus diebus & tribus noctibus, & dedit eis ad comendum & bibendum de bonis domus ſue, & comedit de pane benedicto per hereticos, & audivit verba & predicationem dicti Petri heretici, & adoravit dictos hereticos modo hereticali predicto, & audivit quod alique alie perſone quas nominat viderunt & viſitaverunt ibidem predictos hereticos. ¶ Item quadam vice in domo Raymundi durandi de bello videre in quodam coſterio domus vidit Petrum Auterii hereticum, cum Petro Sancii qui tunc faciebat abſtinencias, quas faciunt illi qui debent recipi ad ſectam hereticorum ad quam ſperabat recipi in brevi, & ſalutavit dictum hereticum modo hereticali videlicet junctis manibus inclinato capite dicendo benedicite, comedit cum dicto heretico & Petro Sancii de pane benedicto ipſius heretici, & poſt comeſtionem ipſe & quidam alius quem in confeſſione ſua nominat adoraverunt dictum hereticum modo hereticali ſuperius expreſ-

176.b.

pressato, & quando recesserunt à dicto heretico salutaverunt eum modo hereticali, videlicet ponendo manus super humeros ipsius & vertendo caput ad dexteram & siniſtram dicti heretici & dicendo tribus vicibus benedicite. ¶ Item audivit & scivit quod quedam mulier infirma, quam in confessione sua nominat, petebat hereticos ut reciperetur ad sectam & ordinem ipsorum, & ipse direxit illum qui petebat ab eo ubi possent heretici inveniri, dicens quod ipse credebat quod in hospicio cujusdam quem nominat invenirentur heretici, sicut & factum fuit. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & veraces, & quod haberent bonam fidem & bonam sectam in qua ipsi & alii qui tenerent eam possent salvari, & fuit in dicta credencia per tres aut IIII^or^ annos. ¶ De predictis non venit ad confitendum, quin pocius quando fuit citatus aufugit, & stetit in fuga annis undecim & amplius cum uxore sua. Requisitus autem quare aufugit & non venit ad confitendum de predictis de quibus tempore citacionis penitebat ut asseruit, respondit quod propter compassionem septem liberorum suorum utriusque sexus, de quibus timebat quod perirent fame si ipse tunc fuisset inmuratus & uxor sua, & proposuit secum cum pueri possent se juvare quod veniret ad confitendum de predictis, sicut & fecit promissa sibi securitate de vita sui corporis.

Petrona uxor Petri Raymundi Dominici.

PEtrona uxor Petri Raymundi dominici de borno dyocesis montis albani, sicut legitime constat per ipsius confessionem factam in judicio tam anno Domini M°. CCC°. IX°. quam anno Domini M°. CCC°. X°. quam etiam anno Domini M°. CCC°. XXI°. audivit conmendari sibi vitam & sectam illorum bonorum hominum qui vocantur heretici per Sancium Mercaderii de borno inducendo eam quod vellet eos videre & audire & recipere in domo sua, & sequenti nocte adduxit duos ex eis ad domum suam quorum unus vocabatur Petrus Auterii & alter Amelius, & steterunt ibi in quodam solario dicte domus comedendo bibendo & jacendo, & audivit & scivit per eos quod ipsi erant de illis qui vocantur heretici, & ibidem audivit verba & predicacionem dicti Petri Auterii heretici, & tunc instructa per dictum Sancium Mercaderii adoravit dictum Petrum Auterii hereticum ter flectendo genua coram ipso junctis manibus inclinando, & qualibet vice dicendo benedicite, & hereticus respondebat Deus vos benedicat. ¶ Item duabus vicibus dederunt sibi dicti heretici de pane benedicto per eos, & ipsa accepit & comedit, & dedit ad comedendum duobus filiis suis parvulis. ¶ Item scivit quod alique persone alie, quas in confessione sua nominat, visitaverunt ibi predictos hereticos. ¶ Item in infirmitate de qua obiit Petrona sicarda de borno, ipsa rogata per Petrum sicardi & Bernardum fratrem ejus filios dicte Petrone infirme que petebat recipi ad sectam hereticorum, ivit apud bellum videre ad domum sororis sue, que vocatur Bona, pro Petro Auterii heretico quod veniret festinanter ad dictam infirmam recipiendam ad sectam & ordinem suum, & dictus hereticus festinanter venit inde ipsa vidente. ¶ Item ipsa scivit aliquas personas esse familiares hereticorum, quas in confessione sua nominat. ¶ Item audivit à Guilielmo Petri dominici quod Guilielma uxor sua sororque dicte Petrone fuerat recepta in fine suo ad sectam & ordinem hereticorum per Petrum Auterii & Jacobum filium ejus. ¶ Item credidit hereticos esse bonos homines & habere bonam sectam & quod homo posset salvari in fide & secta ipsorum, & fuit in illa credencia per IIII^or^ annos vel circa. ¶ Predicta conmisit à sex annis & à tribus citra antequam prima vice fuisset confessa in judicio de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citata, & celavit scienter in prima confessione sua aliqua & etiam in secunda. ¶ Item negavit in prima & in secunda confessione sua, quod adorasset hereticos, & quod comedisset de pane benedicto ipsorum contra proprium juramentum. ¶ Predicta Petrona postquam fuerat confessa se conmisisse in facto heresis, & abjuraverat omnem heresim, & promiserat parere mandatis ecclesie & inquisitorum, 177.

ex tunc aufugit cum Petro Raymundi dominici viro suo, fuitque citata postmodum ut conpareret ad respondendum de hiis que conmiserat in heresi contra fidem in causa fidei plenariam veritatem, & minime conparuit, unde fuit tanquam contumax in causa fidei exconmunicacionis vinculo innodata sub anno Domini M°. CCC°. XV°. in festo sanctorum Cosme & Damiani, quam exconmunicacionis sentenciam sustinuit per IIII^or annos animo pertinaci, unde fuit postmodum per diffinitivam sentenciam velut heretica declarata & sentencialiter condempnata in publico sermone Tholose ultima die mensis Septembris anno Domini M°. CCC°. XIX°. Tandem post annos XI. saniori utens consilio venit ad confitendum & recipiendum penitenciam de conmissis. ¶ Interrogata vero & examinata quare fugit, respondit quod maritus suus & ipsa fugerunt principaliter propter amorem & conpassionem puerorum suorum parvulorum, timentes quod si ipsa & maritus suus fuissent tunc inmurati quod dicti pueri perirent fame.

Arnaldus Ysarni de Villa muro.

ARnaldus Ysarni filius Geraldi Ysarni de Villa muro dyocesis montis albani dudum fuit confessus in judicio, VIII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. VII°. se vidisse in domo patris sui cum patre & matre sua Jacobum hereticum, & ibidem coram dicto Jacobo flexit genua junctis manibus inclinando se profunde super unam bancam cum patre & matre sua sicut pater vel mater sua docuerunt & preceperunt eum facere, & credebat quod dictus Jacobus esset bonus homo, ideo quia pater & mater faciebant eum genuflectere, & postea audivit à patre vel à matre vel ab utroque quod erat de illis bonis hominibus qui vocantur heretici. De predictis requisitus in judicio non dixit à principio veritatem ex timore & pusillanimitate, cum esset tunc etatis annorum XV. & abjuravit omnem heresim in judicio. ¶ Post que anno Domini M°. CCC°. IX°. in festo sancte trinitatis in sermone inquisitorum Tholose in ecclesia sancti Stephani fuerunt inposite cruces & peregrinaciones alique predicto Arnoldo Ysarni nomine penitencie pro predictis, & ibidem ut moris est cum aliis heresim in judicio abjuravit.

¶ Post que predictus Arnaldus cruces aliquo tempore portavit & postmodum propria voluntate & temeritate eas deposuit & portare dimisit, super quo cum inquisitori Tholosano innotuisset fuit citatus per eundem inquisitorem sub anno Do-
177.b. mini M°. CCC°. XV°. XII°. Kalendas Julii, ut certa die personaliter & peremptorie conpareret super predictis responsurus, & minime conparuit prima vice. ¶ Item cum diceretur aufugisse de terra sua fuit postmodum iterato citatus in domicilio proprio, & cum edictis publicis in ecclesia parochiali propositis ut personaliter & peremptorie conpareret satisfacturus de predicta offensa contumacia atque fuga, nec non responsurus de fide in causa fidei plenariam veritatem. ¶ Predictus vero Arnaldus minime conparuit quamvis diucius expectatus, unde fuit habitus & reputatus contumax in causa fidei. ¶ Post que die lune post octabas omnium sanctorum anno Domini M°. CCC°. XV°. predictus Arnaldus tanquam contumax in causa fidei parere subterfugiens & contumaciter se absentans fuit per inquisitorem exconmunicatus & sentencia exconmunicacionis fuit publicata in ecclesia de Villa muro diebus dominicis & festivis, quam exconmunicacionis sentenciam pro predicta contumacia perseverans in fuga sustinuit pertinaciter annis circiter quatuor, sicut de predictis omnibus in literis & processibus inde factis plenius continetur. ¶ Post que anno Domini M°. CCC°. XIX°. ultima die mensis Septembris in sermone inquisitorum in ecclesia sancti Stephani Tholose dictus Arnaldus fuit per diffinitivam sentenciam velut hereticus condempnatus, pro eo quod dictam exconmunicacionis sentenciam tot annis sustinuerat & adhuc sustinebat animo pertinaci. ¶ Post que anno Domini M°. CCC°. XXI°. in mense Junii predictus Arnaldus de mandato inquisitoris existens in predictis fuit captus apud Moysiacum, & cum duceretur ad inquisitorem Tholosanum in via fuga lapsus abiit & recessit.

¶ Post

¶ Poſt que anno eodem paulo ante natale Domini dictus Arnaldus fuit deprehenſus & captus apud altum Villare, & perductus inde captus apud Tholoſam & poſitus in muro.

¶ Predictus Arnaldus Yſarni, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio XI°. Kalendas Januarii anno Domini M°. CCC°. XXI°. legitime conſtat, recognovit quod ipſe portavit cruces ſibi inpoſitas nomine penitencie per annum vel quaſi, easque depoſuit per ſe ipſum apud Galliacum, quia non inveniebat ubi & cum quibus poſſet lucrari victum ſuum portando cruces, & ſic ſtetit ſine crucibus apud Moyſiacum x. annis eundo & redeundo verſus Burdegalam cum navibus lucrando victum ſuum donec fuit captus. ¶ Item recognovit ſe ſciviſſe & audiviſſe per Geraldum Yſarni patrem ſuum quod citatus fuerat per inquiſitorem apud villam murum, & admonitus per eundem patrem ut veniret ad dictum inquiſitorem noluit conparere. ¶ Item ſcivit & audivit per eundem patrem ſuum quod fuerat exconmunicatus per eundem dominum inquiſitorem, & dimiſit venire ut dixit ad dictum inquiſitorem propter timorem pene quia dimiſerat dictas cruces. ¶ Predictus Arnaldus negat & dicit quod non audivit nec ſcivit quod fuerit citatus ad conparendum in predicto ſermone inquiſitorum diffinitivam ſententiam auditurus. Item quod non audivit poſtea dici nec ſcivit quod in dicto ſermone fuerit velut hereticus condempnatus. ¶ Item negat & dicit quod ex quo primo fuit confeſſus & recepit penitenciam de portandis crucibus, & abjuravit hereſim, ex tunc nichil aliud conmiſit in facto hereſis cum hereticis aut credentibus ipſorum vel alias niſi quantum dictas cruces per ſe ipſum dimiſit & receſſit, & fuit contumax, & exconmunicatus pro contumacia, ſicut ſupra premittitur. Et quando fuit captus non erat in propoſito veniendi ad dictum inquiſitorem, ymmo diſplicuit ſibi capcio predicta.

Petrus de gaudone. 178.

PEtrus de gaudone alias cognominatus de la Maſuga habitator in quadam borda ſita in loco de la Maſuga prope Marciacum in parochia de avelaneto in pertinencia de Marciaco dyoceſis auxitane filius quondam Petri de gaudone, ſicut per confeſſionem ipſius factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XII°. XIII°. Kalendas Januarii legitime conſtat, vidit & receptavit in domo ſua & fratrum ſuorum plures Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno pluribus vicibus, non omnes ſimul, ſet nunc iſtos nunc illos, nunc unum nunc duos, & comedebant & bibebant de bonis domus ſue & fratrum ſuorum ipſo volente & conſenciente, & comedit cum Valdenſibus ſeu pauperibus de Lugduno, de quibus prius fuerat informatus per fratrem ſuum nomine Petitum, qui erat unus ex dictis Valdenſibus ſeu pauperibus de Lugduno, quod non diceret alicui quod eſſent ibi nec revelaret eos, quia ſi ſcirentur caperentur per dominum quia gentes vocabant eos pauperes de Lugduno. Item pluries vidit Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno in domo ſua ante cenam & poſt orantes ſecundum modum & ritum orandi ipſorum, videlicet flexis genibus inclinatos ſuper bancam diu ſtantes ibidem & ipſe cum aliis perſonis quas nominat domus ſue oravit ſimiliter cum eiſdem. Nomina autem Valdenſium quos vidit in domo ſua & cum quibus participavit ſunt hec, videlicet Petitus germanus frater ſuus, & Garnerius, & Perrinus de gaudone clericus, & P. de Cernone, & Bartholomeus, & Criſtinus, & Guilhermetus Morerii, & Mondonus textoris. Item fuit confeſſus peccata ſua duobus ex predictis Valdenſibus, videlicet Perrino de gaudone & Bartholomeo, cuilibet una vice, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eiſdem, & credebat ſe eſſe abſolutum & penitenciam illam ſibi proficere ad ſalutem anime, ac ſi proprius ſacerdos vel capellanus abſolviſſet eum & injunxiſſet ſibi dictam penitenciam, quamvis ſciret aut crederet quod illi non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopum eccleſie Romane. Item credidit predictos Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno eſſe bonos homines, & habere bonam ſectam & bonam fidem in qua poſſent ſalvari, & fuit in illa credencia per ſex vel ſeptem annos. Predicta conmiſit à ſep-

tem

tem annis & à dimidio anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit vocatus & fratres ſui fuerunt confeſſi.

Predictus Petrus poſtquam confeſſus fuerat & abjuraverat omnem hereſim in judicio, ex tunc vocatus & citatus poſtmodum ut veniret ad ſermonem inquiſitoris Tholoſani penitenciam recepturus non venit, ſet aufugit anno Domini M°. CCC°. XIX°. poſt feſtum ſancti Michaëlis & ſtetit in fuga uſque ad annum Domini M°. CCC°. XXI°. in quo fuit captus per baiulum de marciaco, & cum ex parte inquiſitoris Tholoſani repeteretur per fratres predicatores de Marciaco à dicto baiulo, frater Rotgerius inquiſitor ex parte capituli eccleſie auxitane ſupervenit & ipſum repetiit & ſecum duxit apud auxium, & hoc inquiſitor Tholoſanus reputavit factum in prejudicium officii ſui coram quo preventus fuerat & confeſſus.

Petrus Aymonis.

PEtrus Aymonis burgundus filius quondam Michaelis oriundus de toro dyoceſis biſuntine habitator nunc de alzona dyoceſis Ruthenenſis, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio in Kalendis Auguſti anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime conſtat, quadraginta quinque anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue quod ipſe recepit in domo ſua Johannem de grandi valle ſciens ipſum eſſe de ſecta Valdenſium, de quibus ipſe prius audiverat in burgundia quod inquiſitores heretice pravitatis perſequebantur Valdenſes, & quod capiebantur & conburebantur quando poterant inveniri, dictumque Johannem Valdenſem recepit pluribus vicibus in domo ſua ad jacendum ibidem & comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & vidit eum benedicentem menſam ſecundum modum Valdenſium, & orantem flexis genibus inclinatum ſuper bancam ſecundum modum orandi Valdenſium, & ipſe & Martina uxor ſua oraverunt ſimiliter cum eodem. ¶ Item XL. anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue, quod ipſe recepit pluribus vicibus diverſis temporibus in domo ſua Gerardum provincialem Valdenſem, ſciens ipſum eſſe talem, ad jacendum ibidem & ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & vidit eum benedicentem menſam in prandio & in cena, & orantem ſecundum modum orandi Valdenſium, & oravit ſimiliter cum eodem. ¶ Item circa idem tempus recepit in domo ſua Perrinum ſavorelli Valdenſem, & didit ei ad comedendum, & bibendum & oravit ſimiliter cum eodem. ¶ Item XXXV. anni erant tempore confeſſionis ſue quod recepit in domo ſua Johannem Chapayro Valdenſem, ſciens ipſum eſſe talem, & dedit ei ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & vidit eum orantem ſecundum modum Valdenſium, & oravit ſimiliter cum eodem. ¶ Item XXX. anni & amplius erant tempore confeſſionis ſue, recepit in domo ſua Johannem Moran Valdenſem ſciens ipſum eſſe talem, cui dedit ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & vidit eum orantem ſecundum modum Valdenſium, & oravit ſimiliter cum eodem. ¶ Item XX. anni vel circa erant tempore ſue confeſſionis quod ipſe recepit in domo ſua ad jacendum & comedendum & bibendum de bonis domus ſue Johannem de Cernone & Petrum de Cernone fratres Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, & vidit eos orantes modo ſuo & oravit ſimiliter cum eisdem. ¶ Item alia vice octo anni fuerunt tempore ſue confeſſionis, recepit predictos duos Valdenſes in domo ſua & oravit cum eis. ¶ Item XV. anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue, recepit in domo ſua Bartholomeum de caiarco Valdenſem cum Hugueto garini, quibus dedit ad comedendum & bibendum, & oravit cum dicto Valdenſi. ¶ Item XII. anni & amplius erant tempore confeſſionis ſue quod Umbertus Valdenſis filius Johannis odeti de alzona venit ad domum ſuam, & fuit ibi locutus cum eodem ſciens ipſum eſſe Valdenſem. ¶ Item ſex anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue, recepit in domo ſua ad jacendum & comedendum & bibendum de bonis domus ſue duos Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, quorum unus vocabatur Garnerius & neſcivit nomen ſocii aut fuit oblitus; ſet pater illius vocabatur Daninus, & oravit cum dictis Valdenſi-

XII *Valdenſes vidit & recepit.*

178.b.

bus

bus ſecundum modum ipſorum. ¶ Item in quadrageſima proxime preterita tempore confeſſionis ſue recepit in domo ſua ad jacendum & comedendum & bibendum Arnaldum de Cernone Valdenſem, & vidit eum orantem & oravit ſimiliter cum eodem. ¶ Item audivit verba & moniciones & exortaciones Valdenſium & predicaciones eorum de euangeliis & epiſtolis, & audivit eos inter alia dicentes quod homo non debet jurare nec occidere, quia jurare & occidere in omni caſu erat peccatum mortale. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces, & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per XL. annos vel circa, ſcilicet à tempore quo primo vidit eos uſque ad tempus quo fuit adductus captus apud Tholoſam. ¶ De predictis non fuit confeſſus nec ea revelavit donec fuit captus, nec voluit confiteri donec fuit detentus in carcere, & negavit veritatem à principio in judicio contra proprium juramentum, & omnem hereſim abjuravit.

Helyas garini.

179.

HElyas garini oriundus & habitator de alzona dyoceſis Ruthenenſis filius quondam Guilielmi garini burgundi habitatoris dicti loci de alzona, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio XI°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime conſtat, viginti anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue quod venit ad domum patris ſui quidam homo cujus nomen neſcivit, & loquebatur lingam Ruthenenſem, & jacuit cum eis & bibit ibidem, de quo homine pater ſuus dixit ſibi quod erat valde bonus homo conmendando ipſum, & incantavit eum quod non diceret alicui quod eſſet ibi, quia ſi ſciretur caperetur per gentes, quia erat de illis qui vocabantur Valdenſes, & poſt prandium dictus Valdenſis dixit quod debebant orare, & quod facerent ſicut ipſe & dicerent pater noſter, & dictus Valdenſis flexis genibus poſuit ſe coram quadam banca inclinatus ſuper eam, & ipſe & alii quos nominat fecerunt ſimiliter orando cum eodem & dicendo pater noſter, & poſt oracionem dictus Valdenſis ſedendo predicavit eis multa verba de euangeliis & epiſtolis, & inter alia dicebat quod homo non debebat facere nec dicere malum, nec mentiri nec jurare, quia jurare ſemper in omni caſu erat peccatum. Item ipſe fuit confeſſus peccata ſua dicto Valdenſi, informatus ad hoc per patrem ſuum, & dictus Valdenſis abſolvit eum à peccatis, & inpoſuit ſibi penitenciam pro eisdem oraciones & jejunia. ¶ Item XV. anni fuerunt tempore confeſſionis ſue, quod venerunt ad domum ſuam & patris ſui Huguetus garini frater germanus ipſius & Bartholomeus, de quibus audivit & ſcivit per dictum Huguetum quod ambo erant Valdenſes, & ipſe informatus per dictum Huguetum fuit confeſſus peccata ſua dicto Bartholomeo Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item alia vice X. anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue, vidit & viſitavit predictum Bartholomeum Valdenſem in domo Bernardi garini fratris ſui, & fuit confeſſus eidem Valdenſi peccata ſua, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item VII. anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue, alia vice vidit Bartholomeum & Huguetum Valdenſes predictos in domo patris ſui. ¶ Item tres anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue, venerunt ad domum ſuam duo homines quos alias non noverat nec nomina eorum ſcivit, & jacuerunt ibi & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, de quibus audivit & ſcivit quod ipſi erant de fratribus, per quod ipſe intellexit de Valdenſibus qui vocant ſe fratres, & fuit confeſſus peccata ſua uni ex dictis Valdenſibus & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item anno preſenti confeſſionis ſue predicte poſt feſtum nativitatis Domini vidit duos homines in domo Johannis Aymonis filii Petri Aymonis de alzona, de quibus audivit ibidem quod unus vocabatur Arnaldus, & cognomen ipſius neſcivit nec nomen alterius, & ſcivit quod erant Valdenſes, & invitavit eos & duxit ad domum ſuam ubi comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & poſt prandium oravit cum eis ſecundum modum orandi ipſorum, & fuit confeſſus peccata ſua predicto Ar-

naldo Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item quando confitebatur peccata ſua Valdenſibus & abſolvebant eum & inponebant ſibi penitenciam reputabat ſe abſolutum ac ſi fuiſſet confeſſus proprio ſacerdoti & abſolutus per eum, quamvis ſciret quod Valdenſes non erant ſacerdotes ordinati per epiſcopos eccleſie Romane, nec de hoc nec de aliis que faciebat cum predictis Valdenſibus confitebatur proprio ſacerdoti, quia ſi confiteretur timebat quod ipſe & dicti Valdenſes caperentur, qui incantaverant eum quod factum ipſorum nulli homini revelaret. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines, & habere bonam fidem
179. b. & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia ab illa vice qua primo vidit Valdenſes uſque ad diem qua fecit confeſſionem de predictis, nec voluit abjurare hereſim & ſectam Valdenſium poſtquam fuit confeſſus de predictis, ſet ſtetit in pertinacia ſua per XII. dies, quousque Andreas frater ſuus fuit locutus cum eo. De predictis non venit ad confitendum nec ad revelandum ea, donec fuit captus & in carcere detentus, & negavit à principio veritatem in judicio contra proprium juramentum.

Stephanus garini.

Stephanus garini filius quondam Guilielmi garini burgundi de alzona dyoceſis Ruthenenſis, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio VII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime conſtat, à XXV. annis usque ad XXX. annos fuerunt tempore confeſſionis ſue, quod ipſe vidit duos homines apud alzonam in domo patris ſui & matris ſue, quos audivit conmendari ſibi ab Helys matre ſua quod erant valde boni homines & vocabant ſe fratres & pauperes de Lugduno & Valdenſes, & docebant facere bonum & non mentiri nec jurare, & incantavit eum quod non diceret alicui quod vidiſſet eos nec quod eſſent ibi, quia ſi ſcirentur caperentur per gentes, & inquiſitores perſequebantur eos in burgundia & capiebant eos, & unus illorum vocabatur Johannes de cernone, & de nomine alterius non recordatur, & jacuerunt ibi & comederunt de bonis domus, & vidit eos orantes poſt prandium flexis genibus inclinatos ſuper bancam ſecundum modum ipſorum, & ipſe cum aliis perſonis quas nominat oravit cum eis ſecundum modum eorum dicendo pater noſter pluribus vicibus flexis genibus inclinatus, & poſt oracionem audivit verba & moniciones dicti Johannis de Cernone quod non faceret nec diceret malum nec mentiretur nec juraret, quia ſemper jurare in omni caſu & in curia & alibi erat peccatum mortale. ¶ Item poſt predicta XVIII. anni fuerunt tempore confeſſionis ſue alia vice vidit & audivit predictum Johannem de Cernone cum quodam alio ſocio ſuo cujus nomen neſcivit in domo patris ſui & matris ſue & jacuit ibi cum eis & bibit de bonis domus & vidit eos orantes poſt prandium ſecundum modum ipſorum & ipſe oravit cum eis cum aliis perſonis quas nominat. ¶ Item poſt predicta alia vice, & fuerunt octo anni vel circa tempore confeſſionis ſue, invenit & vidit predictum Johannem de cernone & Petrum de cernone fratrem ſuum Valdenſes in domo Michaëlis burgundi ſoceri ſui, & audivit ibi verba & moniciones ipſorum & bibit cum eis. ¶ Item alia vice venerunt predicti duo Valdenſes Johannes & Petrus de Cernone ad domum ipſius, & dedit eis ad comedendum & bibendum, & oravit cum eis ſecundum modum ipſorum. ¶ Item alia vice, duo anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue, vidit & viſitavit in domo Petri Michaëlis duos Valdenſes, de quibus audivit & ſcivit quod unus ipſorum vocabatur Stephanus bordeti, & nomen alterius neſcivit. ¶ Item dedit quinque ſolidos caturcenſes Johanni de cernone Valdenſis, & recepit acus ab eodem. ¶ Item audivit verba & moniciones Valdenſium, inter que audivit eos dicentes quod homo non debet jurare nec judicare hominem ad mortem, quia peccatum erat. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines, & habere bonam fidem in qua ipſi & alii qui tenerent eam
180. poſſent ſalvari, quamvis ſciret quod inquiſitores perſequerentur eos. Et fuit in dicta credencia per XX^ti^. annos vel circa uſque ad confeſſionem ſuam de predictis.

¶ De

¶ De predictis non venit ad confitendum nec ad revelandum ea donec fuit captus & in carcere detentus, & negavit veritatem à principio in judicio requisitus contra proprium juramentum.

¶ Huguetus garini frater germanus predicti Stephani fuit perfectus Valdensis, & tanquam talis judicatus & conbustus apud Avinionem in curia.

Bartholomeus de Vineis.

BArtholomeus de vineis alias dictus de na bernarda filius quondam Petri de Vineis oriundus de montinhaco dyocesis perigoricensis habitator de alzona dyocesis Ruthenensis, sicut per ipsius confessionem factam in judicio VII°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat, vidit quendam hominem in nundinis viridis folii dyocesis Ruthenensis, X. anni vel circa erant tempore confessionis sue, de quo homine Petrus carroti fuerat sibi locutus prius conmendando eum, & dictus homo fuit locutus secum plura verba de euangeliis & epistolis que videbantur sibi bona, & supervenit alter socius ejus, de quibus hominibus audivit à Petro carroti predicto quod vocabant se pauperes de Lugduno, & quod unus illorum vocabatur Johannes de Cernone & alter Johannes Maran, & dictus Johannes de Cernone inter cetera dixit sibi quod ecclesia & rex & gentes persequebantur ipsum & alios socios suos quia erant boni homines. ¶ Item alia vice, X. anni vel circa erant tempore confessionis sue, dictus Johannes de Cernone venit ad domum suam, & recepit eum, & jacuit ibi & comedit & bibit de bonis domus sue, & post cenam dictus Johannes oravit flexis genibus inclinatus super quandam caysiam juxta lectum, & ipse audivit verba & moniciones dicti Johannis de Cernone cum aliquibus aliis personis domus sue. ¶ Item alia vice, octo anni vel circa erant tempore confessionis sue, vidit predictum Johannem de cernone in domo Petri aymonis & Johannis filii sui. ¶ Item alia vice, quinque anni vel circa erant tempore confessionis sue, Johannes de Cernone & Petrus de Cernone fratres fuerunt in domo sua, & jacuerunt & cenaverunt una nocte, & post cenam ipse & alie persone domus sue quas nominat audiverunt verba & moniciones dicti Johannis de Cernone. ¶ Item alia vice, octo anni vel circa erant tempore confessionis sue, venerunt ad domum suam duo homines, quorum unus vocabatur Bartholomeus & alter Johannes, sicut ipsi dixerunt sibi, de quibus ipse perpendit & cognovit ex hiis que vidit in eis & de eis quod erant de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & jacuerunt in domo sua & cenaverunt, & post cenam oraverunt inclinati super quandam caysiam flexis genibus secundum modum ipsorum, & ipse oravit cum eis, & steterunt in dicta oracione tam diu quod potuerunt dixisse LXXX. vel C. vicibus oracionem pater noster. ¶ Item alia vice, VII. anni vel circa fuerunt tempore confessionis sue, recepit in domo sua quendam alium de dictis vocatis pauperibus de Lugduno qui vocabatur Gerardus provincialis, & cenavit & jacuit ibi una nocte. ¶ Item alia vice, IX. anni vel circa erant tempore confessionis sue, recepit in domo sua quendam alium de illis qui vocantur pauperes de Lugduno, & vocabatur Johannes Chapayro, & cenavit & jacuit ibi una nocte. ¶ Item alia vice, tres anni vel circa erant tempore confessionis sue, recepit 180.b.
quendam alium de pauperibus de Lugduno in domo sua, qui vocabatur Reginaldus, & cenavit ibi & jacuit una nocte, & dictus Reginaldus seu Raynaldus requisivit ipsum quod confiteretur sibi peccata sua, quod tamen ipse non fecit. ¶ Item una vice in domo Petri Aymonis soceri sui vidit Johannem de Cernone predictum. ¶ Item anno presenti quo fecit confessionem suam post festum nativitatis Domini venit ad ipsum qui jacebat in lecto infirmus quidam homo, & recepit comeatum ab ipso jacente in lecto, de quo uxor sua vel sororia postea dixit sibi quod ille erat & vocabatur Arnaldus de Cernone, & erat de predictis pauperibus de Lugduno. ¶ Item dedit Valdensibus seu pauperibus de Lugduno de pecunia sua aliquando sex denarios, aliquando XII. aliquando duos solidos, & hoc fecit per IIII^{or} vices. ¶ Item credidit Valdenses vocatos pauperes de Lugduno esse bo-

nos homines, & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari. Et fuit in predicta credencia à prima vice qua vidit eos uſque ad tempus quo fecit confeſſionem de predictis, quamvis audiviſſet ut dictum eſt ſupra quod eccleſia perſequitur eos, & audivit ab eis quod jurare in omni caſu erat peccatum mortale. ¶ De predictis non fuit confeſſus nec venit ad revelandum ea donec fuit captus & in carcere detentus, & negavit veritatem à principio in judicio contra proprium juramentum, & fuit confeſſus valde invitus, & temptavit frangere carcerem & aufugere ſi potuiſſet.

Johanna uxor Stephani garini.

JOhanna uxor Stephani garini filiaque quondam Michaëlis burgundi habitatrix de alzona dyoceſis Ruthenenſis, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XXII°. VIII°. Kalendas Septembris legitime conſtat, octo anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue quadam die Benenguda ſoraria ſua dixit ſibi quod in domo Petri Michaëlis mariti ſui erant aliqui boni homines qui volebant loqui cum ea, & quod iret illuc, de quibus dicta Benenguda dixit ſibi quod erant de illis qui vocantur Valdenſes, & ipſi vocant ſe fratres, & incantavit ipſam quod non revelaret eos alicui nec diceret quod vidiſſet eos, quia ipſi nolebant quod omnes gentes viderent eos, quia timebant quod ſi ſcirentur caperentur per capellanos propter illud factum quod ducebant, & dixit ſibi quod unus illorum vocabatur Johannes de Cernone & alter Petrus de Cernone & erant fratres, & tunc ipſa que loquitur ivit cum predicta Benenguda ad predictam domum ubi invenit predictos duos Valdenſes, & poſt aliqua verba conmunia monuerunt eam quod non faceret nec diceret malum, & quod non mentiretur nec juraret, quia jurare in omni caſu erat magnum peccatum, & quedam alia verba de quibus dixit non recordari, & comedit cum dictis Valdenſibus in eadem menſa, & poſt comeſtionem oravit cum eis ſecundum modum orandi Valdenſium, videlicet flexis genibus inclinata coram quadam banca dicendo pluribus vicibus oracionem pater noſter. ¶ Item fuit confeſſa peccata ſua predicto Johanni de Cernone Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, videlicet quod jejunaret aliquibus diebus Veneris & quod diceret aliquibus vicibus oracionem pater noſter, quamvis crederet aut ſciret quod dictus Valdenſis non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum eccleſie Romane, & credidit ſe eſſe abſolutam ac ſi fuiſſet confeſſa capellano
181. ſuo, & quod penitencia quam dedit ſibi dictus Valdenſis valeret ſibi ad ſalutem anime, ac ſi ſacerdos vel capellanus ſuus impoſuiſſet eam ſibi. ¶ Item tres anni vel circa fuerunt tempore confeſſionis ſue quod invenit in domo predicti Petri Michaëlis fratris ſui duos homines extraneos, de quibus Benenguda ſororia ſua predicta dixit ſibi quod unus vocabatur Arnaldus de Cernone, & nomen alterius neſcivit & quod erant de ſecta & ſocietate aliorum Valdenſium. ¶ Item x. anni erant tempore confeſſionis ſue quod ipſa vidit in domo patris ſui & matris ſue quendam hominem, de quo audivit & ſcivit ibidem quod vocabatur Bartholomeus, & erat frater Benengude ſororie ſue, & quod erat de bonis hominibus per quos ipſa intellexit de Valdenſibus, & erant ibi preſentes Michaël pater ipſius que loquitur & Yſabellis mater ſua & Petrus Michaëlis frater ſuus & Benenguda predicta, & audivit verba & moniciones dicti Valdenſis cum aliis perſonis ſuperius nominatis. ¶ Item alia vice vidit in domo matris ſue predicte Johannem de Cernone & Petrum de Cernone fratres Valdenſes quos alias viderat, & erant preſentes ibidem Yſabellis mater ſua predicta & P. Michaëlis frater ſuus & Benenguda uxor ejus, & audivit cum predictis perſonis verba & moniciones dicti Johannis de Cernone Valdenſis, & poſtmodum fuit confeſſa peccata ſua predicto Johanni de Cernone Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & quando receſſit inde dimiſit ibi predictos duos Valdenſes. ¶ De predictis non fecit mencionem ſet celavit ſcienter in prima confeſſione ſua.

¶ Item credidit predictos Valdenſes eſſe bonos homines, & habere bonam ſectam

ctam & bonam fidem in qua ipsi & alii qui tenerent eam possent salvari, & fuit in dicta credencia per sex annos. ¶ Predicta conmisit ab octo annis & à tribus citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, & negavit à principio se scire aliquid de facto Valdensium in judicio requisita, nec venit ad confitendum donec fuit adducta capta, nec voluit confiteri donec fuit detenta in carcere, quamvis sciret & audivisset quod maritus suus & multi alii jam erant confessi. Item prius fuerat citata & diu expectata, & tandemtanquam contumax reputata, fuerat que lata sentencia exconmunicacionis contra ipsam, quamvis dicta sentencia nondum perveniſſet ad ejus noticiam.

¶ Contra dictam Johannam deponit Huga soror sua quod vidit Bartholomeum Valdensem cum ipsa in domo Michaëlis patris ipsarum, item Petrum & Johannem de Cernone ibidem.

Item Stephanus garini maritus suus deponit, quod dicta Johanna ut credit vidit in domo sua Petrum de Cernone & Johannem de Cernone Valdenses.

Huga uxor Johannis Roana.

HUga uxor Johannis Roana filiaque quondam Michaëlis burgundi habitatrix de alzona dyocesis Ruthenensis, sicut per ipsius confessionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XXII°. VII°. Kalendas Septembris legitime constat, XVI. anni vel circa erant tempore confessionis sue Michaël pater suus & Ysabellis mater sua dixerunt sibi quod quidam boni homines veniebant ad domum ipsorum qui docebant multa bona, & vocabant se fratres, & alii vocabant eos pauperes de Lugduno, & nolebant sciri ab omnibus nec revelari, & incantaverunt eam quod non revelaret eos alicui, & tunc ostenderunt sibi in quadam camera domus quendam hominem de quo dixerunt sibi quod vocabatur Bartholomeus, & erat de illis bonis hominibus qui vocantur Valdenses, & dictus Bartholomeus monuit ipsam quod 181.b
non faceret nec diceret malum alicui, nec mentiretur nec juraret, & multa alia de quibus dixit se non recordari, & stetit ibi dictus Valdensis duobus vel tribus diebus, & comedit cum aliis personis quas nominat cum dicto Valdensi in eadem mensa benedicta per ipsum. Item post prandium & post cenam ipsa cum aliis personis quas nominat oraverunt cum dicto Valdensi secundum modum orandi Valdensium, videlicet flexis genibus inclinata super bancam dicendo pluries pater noster. Item instructa & monita per matrem suam fuit confessa peccata sua predicto Valdensi, & recepit absolucionem & penitenciam ab eodem, quod jejunaret aliquibus diebus & diceret aliquibus vicibus pater noster, & credebat esse absoluta, & quod dicta penitencia proficeret sibi ad salutem anime, ac si sacerdos vel capellanus suus absolvisset eam & inposuisset sibi dictam penitenciam, quamvis crederet aut sciret quod dictus Valdensis non erat sacerdos ordinatus per episcopum ecclesie Romane. ¶ Item XII. anni erant tempore confessionis sue invenit in domo patris sui & matris sue quendam hominem, de quo dixit sibi mater sua quod vocabatur Petrus de Cernone, & erat de secta & societate predicti Bartholomei Valdensis, & audivit verba & moniciones ejusdem, & stetit ibi duobus diebus, & post prandium & post cenam ipsa oravit cum dicto Valdensi secundum modum & ritum orandi ipsorum Valdensium predictum. ¶ Item IX. anni vel circa erant tempore confessionis sue quod invenit in domo patris sui & matris sue predictum Petrum de Cernone Valdensem, & Johannem de Cernone fratrem ejus, de quo Johanne audivit à matre sua quod erat de eadem secta & societate, & comedit cum dictis Valdensibus, & oravit post prandium cum eisdem secundum modum & ritum orandi ipsorum predictum, & fuit confessa peccata sua predicto Johanni de Cernone Valdensi, & recepit absolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item sex anni erant vel circa quod invenit & vidit in domo patris sui & matris sue predictum Bartholomeum Valdensem cum aliis personis quas nominat. ¶ Item credidit Valdenses predictos esse bonos homines & veraces, & habere bonam sectam in qua ipsi & alii qui tenerent eam possent salvari. Et fuit in dicta credencia per XIIII. annos.

¶ De predictis non venit ad confitendum judicialiter donec fuit citata & adducta capta, & negavit à principio se scire aliquid de facto Valdensium, nec voluit confiteri donec fuit detenta in carcere.

Bernarda uxor Guilielmi Mathei.

BErnarda uxor Guilielmi Mathei filia quondam Guilielmi garini habitatrix de alzona dyocesis Ruthenensis, sicut per ejus confessionem factam in judicio Kalendis Septembris anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat, decem anni erant tempore confessionis sue quod vidit duos homines in domo Guilielmi garini patris sui apud alzonam, de quibus audivit à patre suo quod unus vocabatur Johannes de Cernone, & nomen alterius nescivit, & conmendavit eos sibi quod erant boni homines, & vocabant se fratres, & quod audiret eos & verba ipsorum, & tunc dictus Johannes de Cernone monuit eam quod non faceret nec diceret malum nec juraret, quia jurare erat magnum peccatum, & incantavit eam quod nulli revelaret quod ipsi venirent illuc, quia si scirentur caperentur quia ipsi erant de illis quos gentes vocant pauperes de Lugduno, & ipsa promisit eis quod non revelaret eos alicui, &
182. comedit & bibit cum eis una cum patre suo predicto & Helys matre sua in eadem mensa per eos benedicta, & oravit cum eis post prandium secundum modum orandi ipsorum, videlicet flexis genibus coram quadam banca inclinata super eam dicendo pluribus vicibus oracionem pater noster. Item dictus Johannes de Cernone dixit sibi si volebat confiteri peccata sua, & ipsa concessit quod sic, & fuit ei confessa peccata sua & absolvit eam, & injunxit sibi penitenciam jejunandi & dicendi aliquibus vicibus oracionem pater noster, & ipsa recepit & conplevit credens quod sibi proficeret ad salutem ac si fuisset confessa capellano suo, quamvis crederet ipsum non esse sacerdotem vel presbiterum ordinatum per episcopum ecclesie Romane. ¶ Item sex anni vel circa erant tempore confessionis sue quod Johannes de Cernone predictus cum Hugueto garini germano fratre ipsius Bernarde venit ad domum suam & Guilielmi Mathei viri sui & jacuerunt ibi & comederunt & biberunt de bonis domus sue & ipsa cum viro suo comederunt cum eis in mensa benedicta per eos, & oraverunt cum ipsis secundum modum orandi ipsorum, & ipsa fuit confessa predicto Johanni de Cernone peccata sua, & recepit absolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item duo anni erant tempore confessionis sue quod ipsa vidit in domo Johannis Aymonis fororii sui Stephanum bordeti cum quodam socio suo cujus nomen nescivit, de quo Stephano prius audivit quod erat de illis fratribus qui vocantur pauperes de Lugduno, & audivit verba & moniciones dicti Stephani bordeti. ¶ Item audivit dici quod anno presenti confessionis sue circa carniprivium fuit in domo cujusdam quem nominat de alzona Arnaldus de Cernone, qui erat de illis qui vocantur pauperes de Lugduno. ¶ Item credidit, predictos homines qui apellantur pauperes de Lugduno esse bonos, & quod haberent bonam fidem & bonam sectam in qua ipsi & alii qui tenerent eam possent salvari, & fuit in dicta credencia per x. annos, videlicet à tempore quo primo vidit eos usque ad tempus in quo ipsa & alii de alzona citabantur aut capiebantur propter factum predictorum hominum. ¶ De predictis non venit ad confitendum nec revelandum ea donec fuit citata.

¶ Contra predictam Bernardam deponit Andreas garini frater ejus, quod in domo Guilielmi Mathei mariti sui vidit Johannem Moran Valdensem, & erant presentes dictus Guilielmus & Bernarda uxor ejus, & audiverunt predicacionem dicti Valdensis.

Agnes uxor Bartholomei de vineis.

AGnes uxor Bartholomei de Vineis alias cognominati de na bernarda de Alzona dyoceſis Ruthenenſis filia quondam Petri Aymonis, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio VII°. Kalendas Aprilis anno Domini M° CCC°. XXI°. legitime conſtat, XI. anni erant tempore confeſſionis ſue quod Johannes Aymonis frater ſuus dixit ſibi quod quidam homines ibant per terram illam & vocabant ſe fratres, & conmendavit eos ſibi quod erant boni homines, & quod bonum erat benefacere eis, & petivit ab ea ſi vellet videre de illis, & ipſa conceſſit quod ſic. ¶ Item poſt predicta x. anni erant tempore confeſſionis ſue predictus Johannes frater ſuus adduxit ad domum dicte Agnetis & viri ſui duos homines, quorum unus vocabatur Batholomeus de Caiarco, & alter Johannes, & erat juvenis, de quibus predictus Johannes dixit ſibi quod erant de illis bonis fratribus de quibus fuerat ſibi locutus, & jacuerunt in domo ſua & cenaverunt de bonis domus ſue, & vidit eos benedicentes menſam, & poſt cenam dictus Bartholomeus dixit quod orarent pro illis qui dabant eis ad comedendum & benefaciebant eis, & poſtea ſederunt & dictus Bartholomeus dixit multa verba que videbantur ſibi bona, quod facerent bonum & caverent à malo, & non mentirentur nec jurarent, & quedam alia de quibus non recordatur. De predictis autem Bartholomeo & Johanne ſocio ſuo ipſa bene advertit quod non ibant manifeſte, ſet abſcondebant ſe ab aliis perſonis que neſciebant factum ipſorum, & videbantur timere quod caperentur, & ipſa credebat quod ideo timebant capi quia non concordabant cum facto eccleſie, & quod aliquem errorem tenebant propter quem timebant, ſet ipſa neſciebat illum errorem, & poſtmodum quando fuerunt capti homines de Alzona & citati coram inquiſitore Tholoſano audivit dici quod predicti qui vocabant ſe fratres erant Valdenſes ſeu de ſecta Valdenſium. ¶ Item poſt predicta per duos annos ipſa ivit ad domum cujuſdam mulieris quam nominat, & portavit de pane & de vino ſuo cuidam homini quem audiverat eſſe in domo dicte mulieris, & invenit ibi quendam hominem ſenem quem dicta mulier vocabat dominum Petrum, & preſentavit ſibi panem & vinum, & ipſe accepit, & audivit quedam verba admonicionis conmunia ab eodem, & credebat & credidit quod erat de eadem ſecta de qua erat predictus Bartholomeus & alii qui vocant ſe fratres, quia ſtabat abſconditus. ¶ Item x. anni erant tempore confeſſionis ſue quod Johannes de Cernone & Petrus de Cernone fratres de ſecta Valdenſium fuerunt in domo ſua & viri ſui, & jacuerunt & cenaverunt una nocte, quos ipſa vidit, & verba & moniciones dicti Johannis audivit poſt cenam, & de quibus intellexit & audivit à Bartholomeo marito ſuo quod erant de predicta ſecta Valdenſium. ¶ Item tres anni erant tempore confeſſionis ſue, quod Arnaldus de Cernone cum ſocio ſuo cujus nomen neſcivit venit ad domum ipſius & mariti ſui, de quo Arnaldo audivit à Johanne Aymonis fratre ſuo quod erat de parentela ipſorum, & audivit verba & moniciones dicti Arnaldi que videbantur ſibi bona, & erat de ſecta predictorum Valdenſium. ¶ Item alia vice dictus Arnaldus de Cernone cum quodam alio ſocio ſuo, cujus nomen neſcivit, fuit in domo ſua & cenaverunt ibidem. ¶ Item quinque anni erant tempore ſue confeſſionis quod Johannes Aymonis frater ſuus adduxit ad domum ipſius quendam hominem quem vocabat Stephanum, & videbatur eſſe barbitonſor quia ſecum portabat baſſinum & erat de ſecta predictorum, & fuerunt pranſi in dicta domo cum ipſa, & dictus Stephanus erat de ſecta & ſocietate aliorum ſicut perpendit per verba & modum loquendi ipſius. ¶ Item credidit dictos Valdenſes & alios qui erant de eadem ſecta quod haberent & tenerent bonam fidem in qua poſſent ſalvari, quamvis ipſa crederet quod factum ipſorum in fide non erat idem cum facto capellanorum & clericorum & aliorum de eccleſia Romana, & fuit in dicta credencia per ſex vel ſeptem annos usquequo audivit dici quod Huguetus Garini, qui erat de ſecta predictorum, fuit conbuſtus apud Avinionem ſicut hereticus, & ex tunc receſſit à dicta credencia. 182.b.

De

De predictis autem non venit ad confitendum donec fuit per alios nominata & poſtmodum vocata, & à principio fecit confeſſionem palliatam & diminutam donec fuit detenta in carcere aliquibus diebus.

Petrus Lucenſis.

183. PEtrus lucenſis oriundus de civitate lucenſi in provincia Galecie ultra Conpoſtellam filius quondam Viviani de civitate lucenſi, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio legitime conſtat, recognovit quod viginti anni erant jam elapſi quod incepit tenere ordinem illum & vitam illam que dicitur vita apoſtolorum in paupertate euangelii, & ex tunc tenuit pro poſſe ſuo ſecundum fragilitatem ſuam ex quo fuit informatus per Richardum lombardum de Alexandria, qui dictam vitam & ordinem tenebat, quamvis ipſe Petrus audiviſſet dici & crederet ita eſſe quod eccleſia Romana condempnaverat & reprobaverat ordinem illorum apoſtolorum, & credebat etiam quod tales apoſtoli eſſent condempnati & perſecuti per prelatos & religioſos, & per inquiſitores heretice pravitatis, maxime in Lombardia, quamvis etiam audiviſſet dici multociens & à multis quod erant exconmunicati illi qui dictum ordinem ſeu vitam tenerent illorum qui dicuntur apoſtoli, quibus non obſtantibus ipſe credebat dictum ordinem apoſtolorum eſſe bonum, & quod illi qui tenerent ipſum & vitam illam poſſent ſalvari tenendo illam, ſi non facerent alia peccata contra mandata Dei. ¶ Interrogatus, ſi ipſe credebat quod papa & prelati de eccleſia Romana & religioſi & inquiſitores facerent malum & peccarent perſequendo ordinem illum & illos qui tenebant & ſervabant dictum ordinem, reſpondit finaliter poſt multa verba quod ipſe credebat quod faciebant malum & peccabant in hoc quia perſequebantur bonum illud. Interrogatus, ſi credebat quod ſentencia exconmunicacionis lata per eccleſiam Romanam vel ejus auctoritate contra illos qui dictum ordinem tenebant ligaret eos, reſpondit quod non, dicens quod ipſe audiverat dici quod ſentencia exconmunicacionis lata indebite vel injuſte per aliquem non exconmunicabat alium ſet condempnabat ſeipſum, & adduxit & applicavit ad ſuum propoſitum auctoritates aliquas de beato Paulo & de euangelio, & concluſit quod ipſe non reputabat ſe eſſe exconmunicatum tenendo dictum ordinem, non obſtante quacunque ſentencia, quamvis etiam audiviſſet dici multociens & à multis, quod Gerardus ſegarelli qui fuit primus inventor dicti ordinis apoſtolorum & Dulcinus qui eumdem ordinem tenuit & multi alii de dicto ordine fuerunt condempnati per inquiſitores & prelatos eccleſie Romane & relicti ſeculari brachio & conbuſti. ¶ Item requiſitus, ſi credebat ipſos eſſe ſalvatos ſuſtinendo mortem propter dictum ordinem condempnatum, noluit prima vice determinate reſpondere quod crederet eos eſſe ſalvatos vel dampnatos. Poſt multos vero dies iterum interrogatus & reexaminatus ſuper hoc reſpondit quod ipſe credebat quod dictus Gerardus injuſte fuerit condempnatus, dicens quod unus Chriſtianus maxime quando eſt clericus literatus & intelligens ſcripturam ſanctam non debet tradere ad mortem alium Chriſtianum. ¶ Item multa de ſcriptura ſancta expoſuit coram inquiſitore ſecundum ſuum intellectum ad mordendum ſtatum eccleſie, in quibus multa continentur erronea, & inter cetera dixit & expoſuit quod quando paupertas fuit mutata ab eccleſia per ſanctum ſilveſtrum, tunc ſanctitas vite fuit ſubſtracta eccleſie, & dyabolus intravit in ſocios ſancti Silveſtri in hunc mundum. ¶ Item quod dupplex eſt paupertas, quedam perfecta quam tenuerunt apoſtoli & omnes illi qui ſecuntur & imitantur eos, videlicet nichil habere nec in proprio nec in conmuni, dans intelligere de ſe ipſo & ſibi ſimilibus. Item eſt paupertas inperfecta, ſicut eſt religioſorum vivencium ſecundum regulam ſancti Auguſtini & ſancti Benedicti, qui habent poſſeſſiones & divicias in conmuni, & tales religio-

183.b. ſi non ſunt perfecti in paupertate, quia habent domos ad manendum, & in conmuni neceſſaria ad comedendum & bibendum. ¶ Item dixit quod dupplex eſt eccleſia, videlicet ſpiritualis & carnalis, ſpiritualis autem eccleſia eſt in hominibus qui vivunt in paupertate perfecta & in humilitate & in obediencia ſpirituali ad Deum,

ſicut

ſicut ſunt illi qui imitantutur vitam apoſtolorum & Chriſti. Carnalis autem eccleſia eſt illorum qui carnaliter & in deliciis carnis vivunt & in diviciis & in honoribus & in pompa & in gloria, ſicut ſunt epiſcopi & prelati eccleſie Romane qui non abrenunciant illis que poſſident, & bona eccleſie dant parentibus conſanguineis & amicis. ¶ Iſtam autem eccleſiam dixit eſſe illam eccleſiam carnalem de qua loqnitur Johannes in apocalipſi, quam vocat babilonem magnam meretricem. ¶ Item eſt illa beſtia de qua loquitur ibidem Johannes, que habet ſeptem capita & decem cornua, quia habet ſeptem peccata mortalia & non ſervat decem precepta. ¶ Item eſt illa mulier de qua loquitur ibidem Johannes que habet calicem aureum in manu ſua plenum abhominacionibus, de quo potat omnes gentes, quia eccleſia Romana habet aurum, & calicem aureum plenum abhominacionibus peccatorum. ¶ Item exponit dupplicem ſtatum eccleſie, ubi inter cetera dicit quod non poteſt eſſe ſanctitas ubi non eſt vera paupertas. Unde ex quo mutatus eſt ſub Silveſtro papa ſtatus paupertatis Chriſti & apoſtolorum eſt ablata ſanctitas.

¶ Predictus Petrus poſtmodum in judicio requiſitus quod juraret de veritate dicenda reddidit ſe multum difficilem ad jurandum, dicens quod timebat conſciencie ſue & dicens inquiſitori quod videret & caveret ſibi quod non peccaret faciendo ipſum jurare, quia in euangelio Deus prohibuerat jurare. ¶ Item poſtmodum poſt aliquos dies predictus P. requiſitus in judicio quod juraret ſuper veritate dicenda noluit & penitus recuſavit jurare, dicens quod penitebat eum quia juraverat alias coram inquiſitore & credebat peccaſſe jurando, dicens quod conſciencia ſua erat firmata quod non juraret, & in iſta pertinacia ſtetit per menſem & amplius, dicens quod beatus Jacobus in canonica ſua & Chriſtus in euangelio prohibuerant jurare, & legit ibidem verba beati Jacobi in canonica epiſtola & verba euangelii. Cumque ſibi fuiſſet dictum & expoſitum quod apoſtolus Paulus juravit, & angelus, & quod eccleſia catholica ſtatuerat quod licitum erat jurare pro veritate aſſerenda, & ſtatutum eccleſie erat quod quicunque juracionem ſuperſticione dampnabili reſpuentes jurare noluerint, ex hoc ipſo heretici judicentur & penis talibus debitis percellantur. Dictus Petrus jurare penitus recuſavit predictis non obſtantibus, dicens quod facere tale ſtatutum vel talem ordinacionem videbatur ſibi erroneum. ¶ Interrogatus, ſi ipſe credebat quod papa Vicarius Chriſti poſſet facere ſtatutum & ordinacionem ad quam teneretur ipſe & alii Chriſtiani, cum papa habeat poteſtatem ligandi & ſolvendi in terris, reſpondit quod ipſe audiverat à quodam litterato dici quod aliqui male intelligebant illa verba euangelii quodcunque ligaveris ſuper terram &c. quia erant ſic intelligenda videlicet quod ſicut pontifex vel ſacerdos in veteri teſtamento habuit judicare inter lepram ac lepram, ſic papa & epiſcopi non habent aliam poteſtatem niſi diſcernere inter peccatum & peccatum, id eſt inter illos qui ſunt ligandi & inter illos qui ſunt ſolvendi, quia aliqui capiunt de ſuperbia phariſeorum, quia mortificant animas quas non debent mortificare & vivificant animas quas non debent vivificare.

Poſtmodum vero poſt aliquos dies poſtquam pluries jurare recuſavit pertinaciter, tandem cum difficultate conſentiit quod juraret VII°. Kalendas Novembris. Poſtmodum vero IIII°. nonas Novembris predictus Petrus in judicio conſtitutus interrogatus, ſi credebat quod dominus papa poſſet prohibere ſub pena exconmunicacionis quod nullus teneret dictum ordinem illorum qui vocant ſe apoſtolos, quem predictus Gerardus ſegarelli dicitur incohaſſe. ¶ Item ſi credebat quod illi qui facerent contra inhibicionem predictam domini pape ſub pena exconmunicacionis factam incurrerent ſententiam exconmunicacionis, reſpondit quod ſanctus Gregorius dixit, quod ſi aliquis exconmunicat alium injuſte non eum exconmunicat, ſet ſeipſum condempnat. 184.

¶ Interrogatus, ſi ipſe credebat quod papa reprobando & condempnando ordinem illorum qui vocant ſe apoſtolos & exconmunicando eos qui nolunt dimittere facit injuſte, reſpondit quod ipſe credebat quod papa in hoc facit injuſte & contra Deum, quia illi qui vocant ſe apoſtolos fuerunt aprobati à Deo patre & Deus fe-

cit aliqua miracula pro eis ſicut audivit dici, & credit quod verum fuit, & dixit ſe credere quod inquiſitores & religioſi & alii qui perſecuntur illos qui tenent dictum ordinem apoſtolorum peccant, & ad hoc adduxit verba & exempla ſecundum ſuum intellectum, & noluit jurare dicens quod nimis juraverat. Poſtmodum ibidem in judicio conſtitutus requiſitus, quod ordinem illum ſeu illorum qui vocant ſe apoſtolos qui non eſt per Romanam eccleſiam approbatus quin pocius reprobatus dimitteret ipſumque abjuraret, reſpondit quod ipſe non juraret nec promitteret per juramentum quod ipſum ordinem non teneret ſet ſimplici verbo ſolum. Tandem vero predictus P. in judicio conſtitutus anno Domini M°. CCC°. XXI°. XI°. Kalendas Marcii requiſitus quod abjuraret ſectam & ordinem pſeudoapoſtolorum illorum quem in judicio recognoverat ſe tenuiſſe & ſervaſſe, quem apoſtolica ſedes nunquam approbavit, & duo ſummi pontifices expreſſe inhibuerunt dictum ordinem teneri & ſervari, & quod revelaret & detegeret omnes quos ſciret illius ordinis ſectatores. Item quod juraret parere mandatis eccleſie Romane & inquiſitorum. Hoc facere recuſavit, dicens quod ſi juraret faceret contra conſcienciam ſuam, & forſitan non poſſet tenere illud quod juraret, & ſic peccaret, & perſtitit in opinione ſua prima quod Deus prohibuerat omnino jurare.

Tandem vix anno Domini M°. CCC°. XXII°. VIII°. Kalendas Septembris predictus Petrus lucenſis de Galecia poſt multas exortaciones factas eidem conſentiit & acquievit quod abjuraret ſectam illam & ordinem illorum qui dicuntur pſeudoapoſtoli, in quantum non eſt approbatus ymmo reprobatus per apoſtolicam ſedem quantum ad nomen ordinis & quantum ad habitum ſpecialem, & quantum ad modum ſeu ritum vivendi à conmuni converſacione fidelium vita & moribus diſſidentem, & quantum ad omnia illa & ſingula in quibus à conmuni converſacione fidelium vita & moribus diſcordaret & à doctrina ſana eccleſie catholice in aliquo deviaret. Item quod abjuraret omnia & ſingulla illa que dixerat & recognoverat in judicio coram inquiſitore in quibus error aut falſa opinio aut doctrina erronea continebatur extollens ſe adverſus apoſtolicam ſedem & ſtatum prelatorum & poteſtatem clavium eccleſie. Item juravit parere mandatis eccleſie & inquiſitorum, abjuravitque & juravit in hunc modum. Ego Petrus filius quondam Viviani oriundus de civitate lucenſi in Galecia ultra conpoſtellam in judicio conſtitutus coram religioſo viro fratre Bernardo Guidonis ordinis predicatorum inquiſitore heretice pravitatis in regno
184.b. Francie per ſedem apoſtolicam deputato abjuro penitus ſectam illam & ordinem illorum qui vocant ſe apoſtolos & ſic vulgariter vocantur, quam ſectam & quem ordinem Gerardus ſegarelli de Parma dicitur adinveniſſe & primus iniciator fuiſſe, & quam ſectam & quem ordinem Dulcinus Novarienſis poſt dictum Gerardum cum multis ſequacibus dicitur tenuiſſe & defendiſſe, quem Gerardum & quem Dulcinum audivi poſtmodum fuiſſe condempnatos tanquam hereticos per judicium prelatorum & inquiſitorum heretice pravitatis & multos etiam conplices eorundem & dicti ordinis ſectatores, & quos Gerardum & Dulcinum & ſequaces eorum & ſectatores predictos credo & reputo fuiſſe tanquam hereticos juſte condempnatos & dampnatos, dictamque ſectam & ordinem quem recognoſco me tenuiſſe per multos annos abjuro, & promitto me de cetero non tenere ipſum quo ad nomen & habitum ſpecialem & quo ad ritum vivendi ejusdem ſingularem à conmuni converſacione & vita fidelium diſſidentem, & quo ad omnia illa & ſingula in quibus à ſana doctrina eccleſie & à poteſtate clavium ejusdem eccleſie & prelatorum ejus in aliquo deviat aut diſcordat. Et confiteor ore, & credo corde, eſſe unam ſanctam & catholicam eccleſiam, cui preſidet ſanctiſſimus pater & dominus dominus Johannes papa XXII^us extra cujus fidem & obedienciam non eſt ſalus. ¶ Item revoco & abjuro omnia illa que dixi vel aſſerui in judicio coram prefato inquiſitore in quibus aliquis error aut falſa & erronea doctrina eſſe cognoſcitur aut deprehenditur quoquo modo. Et ſpecialiter & expreſſe abjuro & revoco id quod dixeram me credere & tenere dictum ordinem pſeudoapoſtolorum eſſe bonum, & quod illi qui tenerent dictum ordinem quem audiveram reprobatum fuiſſe per apoſtolicam ſedem poſſent

ſal-

ſalvari tenendo ipſum ſi non facerent alia peccata contra mandata Dei. ¶ Item id quod dixeram me credere quod ſentencia exconmunicacionis lata papa Romanus & prelati eccleſie & religioſi & inquiſitores peccabant perſequendo dictum ordinem & obſervatores ejusdem. ¶ Item id quod dixeram me credere quod ſentencia exconmunicacionis lata per Romanam eccleſiam vel auctoritate ejus contra obſervantes dictum ordinem non ligabat eos. ¶ Item id quod dixeram quod non reputabam me eſſe exconmunicatum tenendo dictam ſectam & dictum ordinem, quamvis audiviſſem dici & credere ita eſſe quod tenentes dictum ordinem erant exconmunicati per eccleſiam Romanam. ¶ Item id quod dixeram quod quando paupertas fuit mutata ab eccleſia tempore ſancti Silveſtri tunc ſanctitas vite fuit ſubſtracta ab eccleſia, & dyabolus intravit in ſocios ſancti Silveſtri, & poſtea in hunc mundum. Item id quod dixeram quod non poteſt eſſe ſanctus ſine paupertate. Item id quod dixeram quod dupplex eſt eccleſia, videlicet ſpiritualis que eſt in hominibus qui vivunt in paupertate perfecta & in obediencia ſpirituali ad Deum, & carnalis eccleſia que eſt illorum qui carnaliter & in deliciis carnis vivunt, & confiteor unam tantum eſſe eccleſiam catholicam in qua ſunt boni & mali. Item revoco id quod dixeram de eccleſia carnali, quod ipſa erat quam Johannes in apocalypſi vocat Babilonem meretricem magnam, item beſtiam illam que habebat ſeptem capita & decem cornua, item mulierem illam que habebat calicem aureum in manu ſua plenum abhominacionibus de quo potabat omnes gentes. Et confiteor ſanctam Romanam eccleſiam non eſſe Babilonem meretricem, ſet eſſe illam de qua ſcribit ſanctus apoſtolus Paulus, deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Item abjuro opinionem erroneam quam aliquando habui & tenui credendo quod jurare in judicio pro veritate dicenda erat peccatum, & credendo quod omne juramentum indiſtincte eſſet prohibitum à Deo tanquam peccatum & illicitum, & confiteor me credere quod licitum ſit jurare in judicio pro veritate dicenda ſecundum quod ſancta Romana eccleſia credidit & inſtituit & obſervat. Item revoco & abjuro id quod tenueram aut credideram quod papa Romanus non poſſet juſte prohibere per ſententiam exconmunicacionis quod nullus teneret aut ſervaret ordinem ſeu ſectam illorum qui vocabant ſe apoſtolos. 185.

Sentencia condempnacionis perſonarum inmurandarum.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos prefati inquiſitor & conmiſſarii ſuperius nominati quantum ad perſonas & de perſonis infraſcriptis prout nobis ſunt ſubdite per inquiſicionem factam invenimus & per confeſſiones veſtras factas in judicio legitime nobis conſtat, quod tu Petre Raymunde Dominici, & tu Petrona uxor ejus de borno, & tu Arnalde Yſarni de villa muro dyoceſis montis albani, & tu Petre de gaudone alias cognominatus de la maſuga dyoceſis auxitane, & tu Petre Aymonis, & tu Helyas garini, & tu Stephane garini, & tu Bartholomeus de vineis, & tu Johanna uxor Stephani garini, & tu Huga uxor Johannis Roana, & tu Bernarda uxor quondam Guilielmi Mathei, & tu Agnes uxor Bartholomei de vineis omnes de alzona dyoceſis Ruthenenſis, & tu Petre lucenſis hyſpanus de galecia dyoceſis lucenſis, tam graviter & tam multipliciter in crimine hereſis deliquiſtis, ſicut recitatum & lectum eſt vobis & veſtrum cuilibet intelligibiliter in vulgari. Idcirco nos prefati inquiſitor ac vicarii ſeu conmiſſarii delegati vos omnes & ſingulos ſaniori utentes conſilio redire volentes prout aſſeritis ad eccleſie unitatem abjurata primitus per vos coram nobis in judicio omni hereſi & credencia & favore & receptacione ac defenſione hereticorum cujuscunque ſecte dampnate, promittentes inſuper & jurantes ad ſancta Dei euangelia vos tenere & defendere fidem catholicam Domini Jeſu Chriſti, quam Romana eccleſia predicat & obſervat nec non perſequi hereticos credentes fautores receptatores & defenſores eorum ac etiam pro hereſi fugitivos & detegere ac revelare eosdem ubicunque ſciveritis eos eſſe. Jurantes in-

ſuper mandatis eccleſie & noſtris ſimpliciter obedire abſolvimus ſecundum formam eccleſie ab exconmunicacionis ſentencia lata à canone qua pro culpis veſtris tenebamini aſtricti, ſi tamen de corde bono & fide non ficta ad eccleſie redieritis unitatem & injuncta vobis mandata ſervaveritis. Et quia in Deum & contra fidem catholicam & ſanctam matrem eccleſiam predictis modis temere deliquiſtis, nos prefati inquiſitor ac vicarii ſeu conmiſſarii ſedentes pro tribunali ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, de bonorum virorum peritorum in utroque jure ac religioſorum
185.b. maturo conſilio vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos die & loco preſentibus ad recipiendam penitenciam & audiendum diffinitivam ſentenciam vobis peremptorie aſſignatis ad perpetuum muri carcerem ad agendum ibidem pro conmiſſis penitenciam ſalutarem in hiis ſcriptis ſentencialiter condempnamus ubi panis doloris in cibum & aqua tribulacionis in potum vobis tantummodo miniſtrentur. Monemus autem vos omnes & ſingulos ſuperius nominatos ſemel ſecundo ac tercio & peremtorie, ac precipimus vobis omnibus & ſingulis ſuperius nominatis ſub virtute ac debito à vobis preſtiti juramenti quod abſque dilacione ad murum ſeu carcerem muri inquiſitorum Tholoſe talibus perſonis culpabilibus deputatum vos transferatis & ibidem vos perſonaliter includatis. Quod ſi monicionem noſtram aut mandatum noſtrum aut ſentenciam contempſeritis ſeu diſtuleritis adimplere dicti muri carcerem non intrando aut temerarie poſt ingreſſum absque noſtra ſeu noſtrorum in officio inquiſicionis ſucceſſorum licencia exeundo, aut alias contra confeſſata ſeu jurata vel abjurata per vos in judicio quocunque tempore veniendo per hoc veſtram fictam converſionem veſtramque inpenitenciam oſtendendo, vos aut quemcunque veſtrum hujusmodi ex nunc ut ex tunc tanquam perjuros & inpenitentes hereticos culpisque aſtrictos prioribus auctoritate qua fungimur noſtra conpetenti monicione premiſſa in hiis preſentibus ſcriptis exconmunicacionis vinculo innodamus, decernentes abſolucionis beneficium vobis inpenſum eis qui in tantam offenſam inciderint ulterius non prodeſſe, nec non ipſo facto penas alias contra tales latas à canone incurriſſe. Monemus inſuper ſemel ſecundo ac tercio canonice & peremptorie, & ſub exconmunicacionis & aliis penis canonicis, ne aliquis cujuscunque condicionis gradus ſeu ſtatus exiſtat ſciens aut credens vos eſſe tales vos recipere vel defendere, vel vobis moniciones aut mandata noſtra non conplentibus, aut contra confeſſata jurata ſeu abjurata venientibus conſilium auxilium vel favorem ſcienter inpendere preſumat. Alioquin in facientes contrarium in premiſſis vel in aliquo premiſſorum iſta noſtra conpetenti & canonica monicione premiſſa ex nunc ut ex tunc & ex tunc ut ex nunc auctoritate qua fungimur in hiis ſcriptis preſentibus exconmunicacionis ſentenciam promulgamus, & penas alias contra tales promulgatas, à canone incurriſſe eos decernimus ipſo facto. Retinemus autem nobis & noſtris in inquiſicionis officio ſucceſſoribus plenariam poteſtatem addendi diminuendi agravandi mitigandi vel etiam remittendi in predicta penitencia ſive pena, nec non ſententiandi aliter aliquem vel aliquos de predictis ſi inventi fuerint ſcienter aut malicioſe aliquid de facto hereſis ſuppreſſiſſe ſeu aliquem innocentem involviſſe in crimine hereſis memorato.

Lata fuit predicta ſentencia in preſenti ſermone anno die & loco & preſentibus teſtibus & notariis quibus ſupra.

Sentencia ſex perſonarum defunctarum in hereſi Valdenſium.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatus, & Guilielmus de roſeriis doctor decretorum prior de trebocio dyoceſis
186. Ruthenenſis ordinis ſancti Benedicti conmiſſarius in hac parte ex parte vicariorum in ſpiritualibus & temporalibus in civitate & dyoceſi Ruthenenſi reverendi in Chriſto patris domini P. epiſcopi Ruthenenſis, per inquiſicionem que fit generaliter contra omnes infectos aut notatos aut ſuſpectos & diffamatos de heretica pravitate &

per

per teſtes in inquiſicione receptos & per acta publica & proceſſus inquiſicionis ejusdem invenimus & legitime nobis conſtat quod ¶ Guilielmus Garini burgundus habitator de alzona Ruthenenſis dyoceſis nunc defunctus,

¶ Item Helys uxor dicti Guilielmi Garini nunc defuncta olim tempore quo vivebant receperunt pluries in diverſis temporibus & annis & diebus plures Valdenſes in domo ſua, & dederunt eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & comederunt & biberunt cum dictis Valdenſibus in eadem menſa, & oraverunt cum Valdenſibus ſecundum modum orandi ipſorum Valdenſium, videlicet flexis genibus inclinati ſuper bancam, & audiverunt verba & moniciones Valdenſium, & filios ſuos informaverunt & inclinaverunt ad amorem & credenciam Valdenſium; nec non Huguetum Garini filium ſuum voluerunt & conſenſerunt quod fieret de ſecta Valdenſium, & ſciverunt quando receſſit cum Bartholomeo Valdenſi ut ſequeretur eum & fieret Valdenſis ſicut & poſtmodum factus fuit, & tandem captus & deprehenſus in hereſi condempnatus fuit tanquam Valdenſis pariter & conbuſtus, dictoque Hugueto quando receſſit ab eis ut ſequeretur Valdenſes dederunt IIII^{or} libras turonenſes. Nomina autem Valdenſium quos in domo ſua receperunt & viderunt & cum quibus participaverunt ſunt hec, Jaqueminus, Gerardus, & Umbertus, Johannes de Cernone & P. de cernone fratres, Johannes Moran & ſocius ſuus, Johannes Chapayro & ſocius ſuus, Bartholomeus de caiarco, & Huguetus Garini factus & receptus ad ſectam Valdenſium, Perrinus malifart.

¶ Item quod Huga uxor quondam Petri carroti ſenioris burgundi habitatrix de alzona Ruthenenſis dyoceſis nunc defuncta tempore quo vivebat recepit in domo ſua duos Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales quorum unus vocabatur Stephanus bordeti, & prius ſciebat quod predicti Valdenſes debebant venire ad domum ſuam ad prandium, quia ſic dixerat ſibi Helys uxor Guilielmi Garini, & induxit Petrum Carroti filium ſuum quod conſentiret quod dicti Valdenſes illuc venirent ad prandium, conmendando dictos Valdenſes predicto Petro filio ſuo quod erant boni homines, & incantando ipſum quod non loqueretur de eis alicui, quia nolebant manifeſtari, nec audebant ire palam, quia erant de illis qui in burgundia vocantur Valdenſes, & ſunt perſecuti, & dicta Huga cum predicto filio ſuo Petro carroti & cum Petro Michaëlis comedit & bibit cum predicto Stephano bordeti & ſocioſus Valdenſibus in eadem menſa benedicta per eos, & poſt prandium oraverunt ſimul cum dictis Valdenſibus ſecundum modum orandi ipſorum Valdenſium, videlicet flexis genibus inclinati ſuper bancam, & poſtea audiverunt verba & moniciones predicti Stephani bordeti Valdenſis.

¶ Item quod Martina uxor quondam Petri Aymonis burgundi habitatrix de Alzona dyoceſis Ruthenenſis nunc defuncta olim tempore quo vivebat vidit pluries in diverſis temporibus annis & diebus, à XLV. & à XL. & à XXX. & à XX. annis citra plures Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales in domo ſua & viri ſui predicti, ubi jacuerunt pluribus vicibus in diverſis temporibus & annis, & comederunt & biberunt de bonis domus ſue, & ipſa comedit cum Valdenſibus pluries in eadem menſa benedicta per eos, & oravit pluries in diverſis temporibus cum pluribus Valdenſibus ſecundum modum orandi ipſorum Valdenſium, videlicet flexis genibus inclinata ſuper bancam dicendo pluries pater noſter ſecundum doctrinam & informacionem Valdenſium, & fuit confeſſa peccata ſua alicui de Valdenſibus. Valdenſes quos vidit & cum quibus comedit & bibit & oravit in domo ſua ſunt iſti, videlicet Johannes de grandi valle, Gerardus provincialis, Perrinus ſavorelli, Johannes chapayro, Johannes de cernone, Petrus de Cernone fratres, Johannes Moran, non una vice, ſet nunc iſtos nunc illos, aliquando unum aliquando duos, pluribus vicibus in diverſis temporibus & diebus. 186b.

¶ Item quod Michaël burgundus habitator de alzona dyoceſis Ruthenenſis tempore quo vivebat recepit & receptavit ac tenuit in domo ſua Bartholomeum Caiarco & Johannem de cernone & Petrum de cernone fratrem dicti Johannis Valdenſes, quibus dedit ad comedendum & bibendum, & comedit & bibit cum eis, & ora-

oravit cum eiſdem Valdenſibus ſecundum modum & ritum orandi ipſorum Valdenſium, & audivit verba & moniciones ipſorum, & induxit aliquos de liberis ſuis ad conſenciendum in facto Valdenſium conmendando eos quod erant boni homines, incantando ne aliis revelarent eos.

¶ Item quod Yſabellis ſeu Yſabe uxor quondam prefati Michaëlis burgundi habitatrix de alzona dyoceſis Ruthenenſis materque Petri Michaëlis nunc defuncta olim tempore quo vivebat conmendavit Petro Michaëlis filio ſuo duos homines extraneos quos dicta mater ſua receperat in domo ſua, de quibus ipſa dixit eidem filio ſuo quod erant boni homines, & docebant gentes quod non facerent malum, & vocabant ſe illi qui erant de illa ſocietate fratres, & incantavit eum quod nullo modo diceret alicui quod illi veniſſent illuc, nec revelaret eos, quia ſi ſcirentur caperentur. Item poſt predicta per unum annum vel circa predicta Yſabellis dixit eidem filio ſuo, quod aliqui de predictis hominibus qui inter ſe vocabant ſe fratres erant in domo Guilielmi Garini & quod iret illuc ad videndum eos, & ad dictum ejus ivit & invenit ibi duos homines de predictis, quorum unus vocabatur Perrinus clericus, & audivit verba & moniciones ipſorum, & inter alia audivit eos dicentes, quod in omni caſu jurare erat peccatum mortale, & petiverunt ab ipſo de dicta matre ſua quid faciebat. Item in domo Guilielmi garini & Helys uxoris ſue vidit Johannem de Cernone & Petrum de Cernone Valdenſes, quos viſitavit ibidem. Item quod Hugam filiam ſuam monuit & induxit ad conſentiendum in facto Valdenſium, & Bartholomeum de caiarco Valdenſem ſibi oſtendit, & incantavit eandem ne Valdenſes quos ſibi conmendaverat eſſe bonos homines alicui revelaret.

¶ De predictis vero conmiſſis per predictos Guilielmum Garini, & Helys uxorem ejus predictam, & Hugam uxorem quondam Petri Carroti ſenioris burgundi, & Martinam uxorem quondam Petri Aymonis burgundi, & Michaëlem burgundum & Yſabellem ſeu Yſabe uxorem prefati Michaëlis in facto hereſis Valdenſium non conſtat ipſos viros nec ipſas mulieres fuiſſe confeſſos nec confeſſas in judicio, nec finaliter penitentes, ſet pocius perſeverantes obiiſſe dampnabiliter in eiſdem.

¶ Poſtmodum vero vocatis filiis & heredibus ac bonorum detentoribus predictorum Guilielmi garini defuncti & Helys uxoris ſue, & Hugue uxoris quondam
187. Petri Carroti ſenioris & Martine uxoris Petri Aymonis & Michaelis burgundi, & Yſabellis uxoris ejus matrisque Petri Michaëlis defunctorum & defunctarum in propriis domiciliis propoſitisque nichilominus edictis publicis citatoriis in eccleſiis parochialibus eorundem certisque diebus & loco peremptorie aſſignatis eisdem ad defenſionem tam ipſius Guilielmi defuncti ac etiam dicti Michaëlis burgundi defuncti, quam predictarum mulierum defunctarum, ſi eos vel eas defendere poterant & volebant, nulloque legitimo defenſore pro dictis defunctis conparente qui eos vel eas vellet defendere.

Renunciato tandem & concluſo in cauſa defenſionis predictorum Guilielmi garini & Michaëlis burgundi & predictarum mulierum, & in aliis ſicut decuit juris ordine obſervato, conmunicato etiam & prehabito ſuper premiſſis ſerioſius explicatis maturo conſilio plurium ſapientum & peritorum in jure ac religioſorum virorum preſentibus die & loco ad audiendam diffinitivam ſenteniam ſuper premiſſis preciſe & peremptorie aſſignatis. Attendentes quod crimen hereſis propter ſui inmanitatem & enormitatem non ſolum in vivis ſet etiam in mortuis juxta ſancciones tam canonicas quam civiles debeat vindicari, habentes pre oculis ſolum Deum, & orthodoxe fidei puritatem, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali Chriſti nomine invocato in hiis preſentibus ſcriptis per diffinitivam ſententiam dicimus & declaramus atque pronunciamus predictos Guilielmum garini & Michaëlem burgundum fuiſſe fautores receptatores & credentes predictasque mulieres Helys & Hugam & Martinam & Yſabellem fuiſſe fautrices & receptatrices & credentes hereticorum Valdenſium tempore quo vivebant & inpenitentes de crimine hereſis Valdeſie, in quo ſicut ſupra premittitur conmiſerant, deceſſiſſe, ipſosque

que Guilielmum & Michaelem defunctos dictasque mulieres defunctas tanquam tales, ipsorumque Guilielmi & Michaëlis ac dictarum mulierum memoriam tanquam talium sentencialiter condempnamus, precipientes in signum perdicionis ossa dictorum Guilielmi & Michaëlis dictarumque mulierum si ab ossibus fidelium possint discerni de sacris cimiteriis extumulari seu exhumari, & exinde prohici & conburi.

Lata fuit hec sentencia anno die & loco & presentibus testibus & notariis quibus supra.

Culpe fugitivorum.

PEtrus Michaëlis habitator de alzona dyocesis Ruthenensis filius Michaëlis burgundi, sicut per ipsius confessionem factam in judicio VIII°. Kalendas Junii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime constat, vidit apud alzonam in domo sua & matris sue duos homines, octo vel novem anni erant tempore confessionis sue, de quibus Ysabellis mater sua dixit sibi quod erant boni homines, qui non faciebant nec dicebant malum, & docebant alios quod non facerent nec dicerent malum, & inter se vocabant se fratres, & incantavit ipsum quod non diceret alicui quod essent ibi nec revelaret eos, quia si scirentur caperentur, & audivit ab eadem matre sua quod Hugo garini filius Guilielmi garini duxerat eos ad villam de alzona, & erat de secta & societate illorum. 187b. ¶ Item quod post predicta per unum annum audivit à matre sua quod aliqui de dictis fratribus erant in domo Guilielmi garini, & quod iret illuc ad videndum ipsos, & ivit, & invenit ibi duos homines, de quibus Helys uxor Guilielmi garini dixit sibi quod unus vocabatur Perrinus clericus & nomen alterius nescivit, & conmendavit eos sibi quod erant boni homines, & predicti duo homines monuerunt ipsum quod non faceret nec diceret malum, nec faceret alicui quod nollet sibi fieri, & quod non mentiretur nec juraret, quia in omni casu jurare erat peccatum mortale, & dixerunt sibi quod non revelaret eos nec diceret alicui quod vidisset eos. ¶ Item quadam alia vice, tres anni erant tempore confessionis sue, audivit à Johanne Aymonis quod in domo sua erant aliqui de illis fratribus, & quod videret eos, & ipse ivit illuc, & invenit ibi duos de dictis fratribus, de quibus audivit à dicto Johanne Aymonis quod unus vocabatur Stephanus bordeti & erat burgundus, & nomen alterius nescivit set loquebatur lingam Tholosanam, & audivit verba & moniciones ipsorum quod non faceret nec diceret malum, & quod non mentiretur nec juraret quia erat magnum peccatum, & dictus Stephanus bordeti incantavit ipsum quod non revelaret eos, quia gentes persequebantur eos, & vocabant eos Valdenses, & reputabant eos hereticos, quamvis ipsi reputarent se esse bonos homines. ¶ Item altera die post visitavit predictos duos scilicet Stephanum bordeti & socium suum in domo Petri carroti, & fuit pransus ibidem cum eis, & post prandium ipse cum aliis personis quas nominat oravit cum eis secundum modum orandi ipsorum, videlicet flexis genibus inclinati & apodiati super aliquam bancam dicendo pater noster multis vicibus, & postea surrexerunt inde & audivit cum aliis verba & moniciones dicti Stephani, de non faciendo malum & de non menciendo nec jurando. ¶ Item credidit quod Valdenses predicti haberent bonam fidem & bonam sectam, in qua ipsi & alii qui tenerent eam possent salvari, & fuit in dicta credencia per tres annos, vel circa. ¶ De predictis non venit ad confitendum nec ad revelandum donec fuit captus & in carcere detentus, & negavit veritatem à principio in judicio requisitus contra proprium juramentum, & fuit incantatus per quendam quem nominat quando ducebatur captus quod non confiteretur de predictis.

¶ Predictus P. Michaëlis postquam confessus fuerat judicialiter de predictis & abjuraverat omnem heresim in judicio, promisera tque & juraverat parere mandatis ecclesie & inquisitorum & venire ad diem & dies coram ipsis, & recipere & conplere penitenciam pro predictis quam sibi inquisitores ducerent injungendam, ex

tunc

tunc aufugit, fuitque poſtmodum citatus canonice & perhemptorie, ut certa die & loco conpareret de fide & de hiis que contra fidem in facto hereſis conmiſerat reſponſurus & minime conparuit, unde tanquam contumax in cauſa fidei & parere ſubterfugiens ac contumaciter ſe abſentans fuit exconmunicationis vinculo innodatus, ſub anno Domini M°. ccc°. xxi°. Kalendis Julii, quam exconmunicacionis ſentenciam per annum & amplius ſuſtinuit animo pertinaci. Poſtmodum vero fuit citatus canonice & peremptorie cum edictis publicis propoſitis in eccleſia ejus parochiali, ut veniret & conpareret perſonaliter ſuper premiſſis diffinitivam ſentenciam auditurus.

188. Petrus carroti oriundus & habitator de alzona Ruthenenſis dyoceſis filius quondam Petri Carroti burgundi, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio iiii°. ydus Julii anno Domini M°. ccc°. xx°. legitime conſtat, dixit quod ſeptem anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue quod Huguetus Guilielmi garini oſtendit ſibi in domo Guilielmi Garini apud alzonam quendam hominem in quadam camera dicte domus & comedit & bibit cum eis, & audivit verba & moniciones illius hominis quod non faceret nec diceret malum nec juraret & ſimilia, & invitaverunt eum quod rediret ſequenti nocte ad eos, & promiſit eis quod rediret ſet non rediit quia non potuit, & poſt duos vel tres dies Helys mater dicti Hugueti Garini dixit ſibi, multum feciſtis nos expectare alia nocte, & tunc petivit ab ea quis erat ille homo & ipſa dixit ei quod vocabatur Bartholomeus & erat de caiarco, & conmendavit eum quod erat bonus homo & ſanctus, & ſi vellet ei credere doceret eum quomodo ſalvaret animam ſuam, & tunc ipſe dixit dicte mulieri, quomodo poterat eſſe bonus homo cum non auderet ire in palam, ymmo ſtabat abſconditus, & dicta Helys dixit quod Huguetus Garini predictus filius ſuus erat multum contentus de eo. ¶ Item poſt predicta tres vel iiii^{or} anni erant tempore confeſſionis ſue quod Huga mater ſua dixit ſibi quod duo homines debebant venire ad prandendum ad domum ipſius matris ſue & Petri carroti, & conmendavit multum dictos homines quod erant boni & vocabant ſe fratres, & docebant facere bonum & vitare malum, & incantavit ipſum quod non loqueretur alicui de ipſis quia ipſi nolebant manifeſtari nec audebant ire in palam, quia rex & gentes perſequebantur eos, quia ipſi erant de illis hominibus qui in burgundia vocantur Valdenſes, & tunc dixit matri ſue quod pararet bene pro eis, & ivit ad opus ſuum, & rediens ad domum ſuam invenit ibi predictos duos homines de quibus mater ſua dixit ſibi quod unus eorum vocabatur Stephanus bordeti, & nomen alterius neſcivit, & quod erant de illis hominibus, vel illi homines de quibus fuerat ſibi locuta, & comedit cum dictis duobus Valdenſibus in eadem menſa benedicta per eos, & poſt prandium dicti Valdenſes dixerunt quod debebant orare, & quod facerent ſicut viderent eos facientes, & dicerent oracionem pater noſter, & tunc Valdenſes flexis genibus coram quadam banca inclinati ſteterunt ſuper eam dicendo pater noſter tam diu quod potuerunt dixiſſe x. vicibus oracionem pater noſter, & ipſe & mater ſua & quidam alius quem nominat in confeſſione ſua oraverunt ſimiliter cum eiſdem, & poſt oracionem audivit verba & moniciones predicti Stephani bordeti Valdenſis. ¶ Item credidit dictos Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per tres annos. ¶ De predictis non fuit confeſſus nec ea revelavit donec fuit vocatus & adductus & per alios nominatus.

¶ Predictus P. carroti poſtquam confeſſus fuerat judicialiter de predictis & abjuraverat omnem hereſim in judicio & promiſerat parere mandatis eccleſie & inquiſitorum & recipere & conplere penitenciam pro predictis quam ſibi ducerent injungendam, ex tunc aufugit, & fuit poſtmodum citatus canonice & peremptorie ut certa die & loco conpareret de fide & de hiis que contra fidem conmiſerat in facto
188.b. hereſis reſponſurus, & minime conparit ſufficienter expectatus, unde tanquam contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans fuit poſtmodum exconmunicacionis vinculo innodatus ſub anno Domini M°. ccc°. xxi°. xvi°.

Ka-

Kalendas Julii, quam exconmunicacionis ſententiam per annum & amplius ſuſtinuit animo pertinaci, poſtmodum verò fuit citatus canonice & peremptorie cum edictis publicis propoſitis in parochiali clero & populo ad audiendum divina congregato ibidem ut veniret & conpareret perſonaliter in ſermone inquiſitorum Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani ſuper premiſſis diffinitivam ſententiam auditurus.

§ Johannes carroti de alzona dyoceſis Ruthenenſis patruus Petri Carroti § & Guillerma uxor predicti Johannis carroti § cum per inquiſicionem factam contra ſuſpectos & notatos de hereſi Valdenſium invenirentur acuſati & notati tanquam vehementer ſuſpecti de hereſi Valdenſium fuerunt citati canonice tam in domicilio ubi morari conmuniter conſueverunt quam in eccleſia parochiali cum publicis edictis propoſitis in eadem clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina ut certis die & loco coram inquiſitore Tholoſano vel ejus locum tenente perſonaliter & peremptorie conparerent reſponſuri de fide & de hiis que contra fidem in facto hereſis Valdenſium conmiſiſſe inveniebantur aut dicebantur plenariam veritatem VII. die menſis Mayi intitulata nonis Mayi ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°.

¶ Predicti vero Johannes & Guilielma uxor ejus predictis die & loco minime conparuerunt nec aliquis pro eisdem in cauſa fidei parere ſubterfugientes, & ſe contumaciter abſentantes, unde tanquam contumaces in cauſa fidei & pro facto hereſis fugitivi fuerunt exconmunicati & exconmunicacionis vinculo innodati XVI°. Kalendas Julii ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°. & conſequenter exconmunicacionis ſentencia contra ipſos lata fuit in eccleſia parochiali publicata, & ipſi fuerunt denunciati exconmunicati.

¶ Poſtmodum vero, cum exconmunicacionis ſententiam pro contumacia in cauſa fidei animo pertinaci ſuſtinuiſſent per annum & duos menſes & amplius & adhuc ſuſtinebant, fuerunt citati canonice & cum publicis edictis propoſitis in eccleſia parochiali clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina, ut perſonaliter & peremptorie certo die & loco Tholoſe conparerent ſuper eo quod exconmunicacionis ſententiam pro dicta contumacia fidei per annum & amplius animo pertinaci ſuſtinuerant & adhuc ſuſtinebant, diffinitivam ſententiam audituri in proximo tunc inminenti generali ſermone inquiſitorum ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. quibus die & loco minime comparuerunt.

Andreas garini oriundus & habitator de alzona dyoceſis Ruthenenſis filius quondam Guilielmi garini burgundi, ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio Kalendis Julii anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime conſtat, fuit informatus & incantatus, XX. anni vel circa erant tempore confeſſionis ſue, per Guilielmum garini patrem ſuum & per Helys matrem ſuam, aliquando per iſtum aliquando per illam de quibusdam hominibus qui veniebant ad domum ipſorum quod caveret ſibi ne loqueretur 189
alicui de illis, quia boni homines erant, & ipſi vocabant ſe fratres, & gentes apellabant eos pauperes de Lugduno, & inquiſitores hereticorum perſequebantur eos & faciebant conburi, & vocabant eos Valdenſes, & ipſe conceſſit & promiſit eis quod ſic faceret. ¶ Item poſt predicta ex tunc venerunt ad domum dicti patris ſui ac matris ſue plures Valdenſes & pluries in diverſis vicibus quos ipſe vidit ibidem, & ſcivit eſſe tales, & comedit & bibit cum eis aliquociens, & oravit cum eisdem ſecundum modum orandi ipſorum, videlicet flexis genibus inclinatus ſuper aliquam bancam ſtando ibidem diu & dicendo oracionem pater noſter pluribus vicibus, donec Valdenſes ſurgebant ab oracione, & vidit alias perſonas quas nominat ſimiliter orantes cum eis. ¶ Item alibi quam in domo ſua vidit & viſitavit Valdenſes ſciens ipſos eſſe tales, & tam in domo ſua quam alibi audivit pluries verba & moniciones ſeu predicaciones dictorum Valdenſium cum aliis perſonis quas nominat, & inter cetera audivit ab eis dogmatiſari quod homo non debet jurare in aliquo caſu, nec in curia nec extra curiam, quia jurare ſemper eſt peccatum mortale. ¶ Item quod epiſcopi non habent poteſtatem ſuper ipſos Valdenſes, nec poſſunt aliquem abſolvere à peccatis ſuis nec poſſunt in hoc aliquid niſi ficut unus alius homo. ¶ Item

quod quicunque judex judicat hominem ad mortem peccat mortaliter. ¶ Item quod indulgencie quas dant episcopi nichil valent. ¶ Item ipse fuit confessus aliquibus vicibus peccata sua Valdensibus quos in confessione sua nominat, & recepit absolucionem & penitenciam ab eisdem, credens hoc sibi proficere ad salutem, ac si fuisset confessus proprio sacerdoti, quamvis sciret ipsos Valdenses non esse sacerdotes ordinatos per episcopos ecclesie Romane. ¶ Item credidit Valdenses esse bonos homines, & quod haberent bonam fidem & bonam sectam in qua ipsi & alii qui tenerent eam possent salvari, quamvis sciret quod ecclesia Romana & inquisitores heretice pravitatis persequerentur eos. Et fuit in dicta credencia ab illo tempore quo primo vidit eos usque ad tempus quo fuit captus & confessus, & tunc erat etiam in eadem, & steterat per x. annos vel circa. ¶ Nomina autem Valdensium quos confitetur se vidisse & cum eis participasse, sciens ipsos esse tales, tam in domo sua quam etiam alibi sunt hec, Jaqueminus & socius ejus cujus nomen nescivit, Gerardus, & Hymbertus senior, Johannes & Petrus de cernone fratres, Johannes Moran & socius ejus cujus nomen nescivit, Johannes Chapayro & socius ejus cujus nomen nescivit, Bartholomeus de Caiarco, Huguetus Garini frater ejusdem Andree garini, Umbertus junior, Perrinus malifart burgundus, Arnaldus de cernone. Istos numero xv. vidit non omnes simul, set nunc istos nunc illos in diversis locis & temporibus. ¶ Item audivit nominari tres alios Valdenses, videlicet Christinum Johannem de chabilone & Johannem de grandi Valle Valdenses. ¶ De predictis non venit ad confitendum nec ad revelandum ea donec fuit captus & acusatus, nec ea voluit confiteri, donec fuit in carcere detentus, & negavit veritatem à principio in judicio contra proprium juramentum.

¶ Predictus Andreas Garini postquam confessus fuerat judicialiter de predictis & abjuraverat omnem heresim in judicio, & promiserat parere mandatis ecclesie & inquisitorum & venire ad diem & dies coram ipsis, & recipere & conplere penitenciam pro predictis quam sibi inquisitores ducerent injungendam, ex tunc aufugit,
189b. fuitque postmodum citatus canonice & peremptorie ut certa die & loco conpareret de fide & de hiis que contra fidem in facto heresis conmiserat responsurus, & minime conparuit, unde tanquam contumax in causa fidei & parere subterfugiens ac contumaciter se absentans fuit postmodum exconmunicacionis vinculo innodatus sub anno Domini M°. CCC°. XXI°. Kalendis Julii, quam exconmunicacionis sentenciam per annum & amplius sustinuit animo pertinaci. Postmodum vero fuit citatus canonice & peremptorie cum publicis edictis propositis in ecclesia ejus parochiali, ut veniret & conpareret personaliter super premissis diffinitivam sentenciam auditurus.

{Guilielmus Odeti habitator de alzona dyocesis Ruthenensis
Stephana uxor predicti Guilielmi Odeti, filiaque ex secunda uxore Petri aymonis} cum

invenirentur per inquisicionem factam contra suspectos & notatos de heresi Valdensium acusati tanquam suspecti vehementer de heresi Valdensium fuerunt citati canonice & peremptorie tam in domicilio ubi morari conmuniter consueverunt quam in ecclesia cum edictis publicis propositis in eadem clero & populo ad audiendum divina congregato ibidem, ut personaliter & peremptorie certis die & loco coram inquisitore Tholosano vel ejus locum tenente conparerent responsuri de fide & de hiis que contra fidem in facto heresis conmiserant plenariam veritatem, VII. die mensis Mayi intitulata nonis Mayi anno Domini M°. CCC°. XXI°.

¶ Predicti verò Guilielmus & Stephana uxor ejus die & loco sibi assignatis minime conparuerunt nec aliquis pro eisdem in causa fidei parere subterfugientes, & se contumaciter absentantes, unde tanquam contumaces in causa fidei & fugitivi pro facto heresis Valdensium fuerunt exconmunicati & exconmunicacionis vinculo innodati anno Domini M°. CCC°. XXI°. XVI°. Kalendas Julii.

¶ Postmodum vero cum exconmunicacionis sentenciam pro contumacia in causa fidei per annum & menses duos & amplius sustinuissent animo pertinaci fuerunt citati canonice cum publicis edictis in ecclesia parochiali eorum propositis, clero & populo

pulo congregato ibidem ad audiendum divina, ut certis die & loco Tholoſe perſonaliter & peremptorie conparerent ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam ultra annum & amplius ſuſtinuerunt animo pertinaci pro predicta contumacia in cauſa fidei in proximo tunc inminente generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſentenciam audituri, ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. quibus die & loco minime conparuerunt.

Guilielma uxor Johannis Aymonis filia quondam Guilielmi garini de alzona dyoceſis Ruthenenſis, cum per inquiſicionem factam contra notatos & ſuſpectos de hereſi Valdenſium inveniretur acuſata, fuit tanquam vehementer ſuſpecta de hereſi Valdenſium citata cononice & peremptorie, tam in domicilo ubi morari conmuniter conſuevit quam in eccleſia parochiali cum publicis edictis propoſitis in eadem, clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina, & certis die & loco coram inquiſitore Tholoſano vel ejus locum tenente perſonaliter & peremptorie conpareret, reſponſura de fide & de hiis que contra fidem in facto hereſis Valdenſium conmiſiſſe inveniebatur aut dicebatur plenariam veritatem, VII. die menſis Mayi, intitulata nonis Mayi, ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°. 190.

¶ Predicta vero Guilielma predictis die & loco minime conparuit, nec aliquis pro eadem, in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, unde tanquam contumax in cauſa fidei & pro facto hereſis Valdenſium fugitiva fuit exconmunicata & exconmunicacionis vinculo innodata XVI°. Kalendas Julii anno Domini M°. CCC°. XXI°. & conſequenter exconmunicacionis ſentencia contra ipſam lata fuit publicata in eccleſia parochiali & ipſa denunciata exconmunicata.

¶ Poſtmodum vero, cum exconmunicacionis ſentenciam pro contumacia in cauſa fidei per annum & duos menſes & amplius ſuſtinuiſſet animo pertinaci, fuit citata canonice & cum publicis edictis propoſitis in eccleſia parochiali clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina, ut perſonaliter & peremptorie certis die & loco Tholoſe conpareret, ſuper eo quod dictam exconmunicacionis ſentenciam pro dicta contumacia in cauſa fidei per annum & amplius ſuſtinuerat & adhuc ſuſtinebat animo pertinaci in proximo tunc inminente generali ſermone inquiſitorum diffinitivam ſentenciam auditura, ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. quibus die & loco minime conparuit.

Benenguda ſoror Bartholomei de caiarco, uxorque Petri Michaëlis de alzona dyoceſis Ruthenenſis } cum
Johanna uxor Petri carroti de alzona dyoceſis Rutenenſis

per inquiſicionem factam contra ſuſpectos & diffamatos de hereſi Valdenſium, invenirentur accuſate tanquam vehementer ſuſpecte de hereſi Valdenſium, fuerunt citate canonice tam in domicilio proprio ubi morari conmuniter conſueverunt quam in eccleſia parochiali cum publicis edictis propoſitis in eadem, clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina, ut certis die & loco coram inquiſitore Tholoſano vel ejus locum tenente perſonaliter & peremptorie conparerent ad reſpondendum de fide & de hiis que contra fidem in facto hereſis Valdenſium conmiſſiſſe inveniebantur vel dicebantur plenariam veritatem, VII. die Mayi intitulata nonis Mayi ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°.

¶ Predicte vero Benenguda & Johanna predictis die & loco minime conparuerunt nec aliquis pro eiſdem in cauſa fidei parere ſubterfugientes & ſe contumaciter abſentantes, unde tanquam contumaces in cauſa fidei & pro facto hereſis Valdenſium fugitive fuerunt exconmunicate & exconmunicacionis vinculo innodate, XVI°. Kalendas Julii ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°. & conſequenter exconmunicacionis ſentencia contra eas lata fuit in eccleſia parochiali publicata, & ipſe fuerunt denunciate exconmunicate.

¶ Poſtmodum vero cum exconmunicacionis ſentenciam pro dicta contumacia in cauſa fidei per annum & duos menſes & amplius animis induratis ſuſtinuiſſent & adhuc ſuſtinerent fuerunt citate canonice & cum publicis edictis propoſitis in eccleſia parochiali clero & populo congregato ibidem ad audiendum divina, ut perſonali-

ter & peremptorie certo die & loco Tholoſe conparerent ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam pro dicta contumacia in cauſa fidei per annum & amplius animo pertinaci ſuſtinuerant & adhuc ſuſtinebant diffinitivam ſentenciam audiure, in
190.b. proximo tunc inminente generali ſermone inquiſitorum Tholoſe, ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. quibus die & loco minime conparuerunt.

Sentencia fugitivorum pro hereſi Valdenſium.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos inquiſitor & Guilielmus de Roſeriis conmiſſarius prefati per proceſſus factos & per acta publica inquiſicionis que fit generaliter contra omnes infectos infamatos aut ſuſpectos de heretica pravitate invenimus & legitime nobis conſtat, quod Petrus Michaëlis filius Michaëlis burgundi, Item Petrus Carroti filius quondam Petri Carroti burgundi, Item Johannes Carroti patruus predicti Petri Carroti & Guilielma uxor dicti Johannis carroti, Item Andreas Garini filius quondam Guilielmi Garini burgundi, Item Guilielmus Odeti & Stephana uxor ejus filiaque ex ſecunda uxore Petri Aymonis, Item Guilielma uxor Johannis Aymonis filia quondam Guilielmi Garini, Item Benenguda ſoror Bartholomei de caiarco perfecti Valdenſis uxorque Petri Michaëlis & Johanna uxor Petri Carroti prefati, omnes & ſinguli ſupra memorati tam viri quam mulieres habitatores de alzona dyoceſis Ruthenenſis dudum tanquam diffamati ac vehementer ſuſpecti de hereſi Valdenſium, nec non Petrus Michaëlis & P. Carroti & Andreas Garini prenominati per confeſſiones proprias olim per eos factas in judicio in hereſi Valdenſium deprehenſi citati fuerunt canonice & cum edictis publicis, datis ſibi conpetentibus terminis & dilacionibus & intervallis, ut certis diebus & loco perſonaliter & peremptorie conparerent reſponſuri de fide & de hiis que contra eos inveniebantur ac ſuſpecti vehementer habebantur contra fidem in crimine hereſis Valdenſium conmiſiſſe dicturi & reſponſuri de ſe & de aliis in cauſa fidei plenariam veritatem, & minime conparuerunt, ſet contumaciter ſe abſentarunt, fueruntque tanquam contumaces in cauſa fidei nec non pro hereſi fugitivi exconmunicacionis vinculo innodati, & eorum exconmunicacio fuit in eccleſiis parochialibus publicata, quam exconmunicacionis ſentenciam per annum & amplius ſuſtinuerunt & adhuc ſuſtinent animis pertinaciter induratis. Demum vero fuerunt citati canonice & peremptorie cum edictis publicis propoſitis tam in domiciliis quam in eccleſiis parochialibus eorundem, ut perſonaliter & peremptorie conparerent Tholoſe ſuper predictis fuga & contumacia in cauſa fidei, nec non ſuper eo quod exconmunicacionis ſentenciam per annum & amplius ſuſtinuerunt & adhuc ſuſtinent animis pertinaciter induratis diffinitivam ſentenciam audituri & audiure. Idcirco nos prefati inquiſitor & conmiſſarius attendentes quod contumacia in cauſa preſertim fidei ſuſpicioni preſumpcionem adicit vehementem, ſedentes pro tribunali ſacroſanctis euangeliis Jeſu Chriſti poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, preſentibus die & loco ſingulis predictorum viris & mulieribus ad diffinitivam ſentenciam audiendam preciſe & peremptorie aſſignatis predictos omnes & ſingulos viros & mulieres ſuperius nominatos quamvis abſentes per contumaciam eorum abſenciam divina ſupplente preſencia velut hereticos & hereticas in hiis ſcriptis preſentibus pronunciamus & declaramus & ſentencialiter condempnamus, decernentes eosdem & ſingulos viros & mulieres ſuperius nominatos haberi pro hereticis & velut hereticos ab omnibus Chriſti fidelibus ſub penis canonicis evitari. Monemus autem
191. ſemel ſecundo ac tercio canonice & peremptorie omnes & ſingulos cujuscunque dignitatis gradus aut ſtatus ſeu condicionis exiſtant, ne predictos vel aliquem de predictis viris aut mulieribus recipere aut defendere vel cum eis participare, nec conſilium auxilium vel favorem eis inpendere ſcienter quoquo modo preſumant. In illos autem qui ſcienter contrarium fecerint in predictis vel in aliquo predictorum ultra penas alias contra tales à jure poſitas ex nunc pro tunc predicta noſtra monicione premiſſa in hiis ſcriptis exconmunicacionis ſentenciam promulgamus.

Lata

Lata fuit hec ſentencia anno die & loco & preſentibus teſtibus & notariis quibus ſupra.

Culpa unius fugitivi.

JOhannes Aymonis oriundus & habitator de alzona dyoceſis Ruthenenſis filius Petri Aymonis burgundi, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio, VIII°. ydus Auguſti anno Domini M°. CCC°. XX°. legitime conſtat, XXX. anni & amplius erant tempore confeſſionis ſue quod Perreta avia ſua vel Martina mater ſua incantavit ipſum de aliquibus hominibus extraneis qui veniebant apud alzonam ad domum patris ſui, quod non diceret aut revelaret alicui quod illi venirent illuc, quia ipſi erant de illis qui vocabantur Valdenſes, & in burgundia capiebantur per inquiſitores & conburebantur quando poterant inveniri, & conmendavit eos ſibi quod erant boni homines, & ipſe promiſit & conceſſit quod non revelaret. ¶ Item poſt predicta Gerardus provincialis Valdenſis, XXX. anni erant vel circa tempore confeſſionis ſue, venit pluries ad predictam domum patris ſui in diverſis temporibus, aliquando ſolus, aliquando cum alio ſocio, & ſemel cum Roberto Valdenſi, & jacebat in dicta domo & comedebat & bibebat de bonis domus ſue & patris ſui, & audivit verba & moniciones ipſius, & inter alia audivit eum docentem quod non juraret, quia in omni caſu in judicio & extra jurare & occidere hominem erat peccatum mortale. ¶ Item vidit predictum Valdenſem & alios qui cum eo veniebant benedicentem menſam in prandio & in cena, & comedit cum eis & oravit cum eisdem ſecundum modum orandi ipſorum flexis genibus inclinatus dicendo oracionem pater noſter. ¶ Item XXVII. anni erant tempore confeſſionis ſue quod Johannes de cernone Valdenſis venit ad domum patris ſui, & ex tunc pluries venit illuc in diverſis temporibus & annis, aliquando ſolus, aliquando cum alio ſocio Valdenſi, & duabus vicibus cum Petro de cernone fratre ſuo Valdenſi, & una vice cum Johanne moran Valdenſi, & predicti Valdenſes jacuerunt ibi, & comederunt & biberunt de bonis domus, & vidit eos benedicentes menſam in prandio & in cena ſecundum modum ipſorum, & comedit cum eis in eadem menſa, & vidit eos orantes, & oravit cum eis flexis genibus inclinatus ſuper aliquam bancam ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Item tribus aut quatuor vicibus fuit confeſſus peccata ſua predicto Johanni de Cernone Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, quamvis ſciret quod ipſe non erat presbyter ordinatus per epiſcopum eccleſie Romane. ¶ Item x. anni erant tempore confeſſionis ſue, quod vidit in domo ſua Petrum de cernone Valdenſem, & comedit cum eo in eadem menſa. Item XII. anni erant tempore confeſſionis ſue, quod vidit Bartholomeum de Caiarco Valdenſem in domo patris ſui, & comedit & bibit cum eo, & oravit cum eo ſecundum modum Valdenſium, & fuit ſibi confeſſus peccata ſua, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item alia vice novem anni erant tempore confeſſionis ſue, vidit eumdem Bartholomeum Valdenſem in domo patris ſui, & comedit & bibit & oravit cum eodem, & fuit ei confeſſus peccata ſua, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, quamvis ſciret quod non erat presbyter ordinatus per epiſcopum eccleſie Romane. ¶ Item quinque anni erant tempore confeſſionis ſue quod recepit in domo ſua Stephanum bordeti Valdenſem, & comedit & bibit & oravit cum eodem ſecundum modum orandi ipſorum. ¶ Iterum altera vice tres anni erant tempore confeſſionis ſue vidit eumdem Stephanum bordeti Valdenſem in domo ſua. ¶ Item anno preſenti confeſſionis ſue ante carniprivum vidit in domo Petri Michaëlis Arnaldum de Cernone Valdenſem, & eumdem Valdenſem recepit in domo propria, & dedit ſibi ad comedendum & bibendum, & dictum Valdenſem duxit ad domum cujusdam alterius quem in confeſſione ſua nominat. Item eidem Valdenſi fuit confeſſus peccata ſua, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem. ¶ Item x. anni erant tempore confeſſionis ſue quod vidit apud gaudos Valdenſes, quorum nomina neſcivit. 191.b.

¶ Item in quodam alio loco quem nominat prope gaudos eodem tempore & ſequenti die vidit alios duos Valdenſes, quorum nomina neſcivit, cum quibusdam aliis perſonis quas nominat. ¶ Item audivit verba & predicaciones & moniciones Valdenſium, & inter cetera audivit eos dicentes & docentes, quod jurare in omni caſu & judicare hominem ad mortem erat peccatum mortale. ¶ Item quod non erat purgatorium poſt hanc vitam, ſet anime decedencium qui bene vixerant ibant in paradiſum, & qui male vixerant in infernum. ¶ Item abſolucionem & penitenciam quam recipiebat à Valdenſibus de peccatis ſuis credebat ſibi proficere ad ſalutem anime. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines & veraces & habere & tenere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, quamvis ſciret quod eccleſia Romana perſequebatur eos, & fuit in dicta credencia per xxx. annos & amplius, & erat tempore quo fuit captus propter predicta. ¶ De predictis autem noluit confiteri, nec fuit confeſſus donec fuit detentus, & per alios conplices detectus & acuſatus, & negavit veritatem à principio in judicio contra proprium juramentum.

¶ Predictus Johannes Aymonis poſtquam confeſſus fuerat judicialiter de predictis & abjuraverat omnem hereſim & omnem errorem in judicio & ſpecialiter Valdenſium, promiſeratque parere mandatis eccleſie & inquiſitorum, ex tunc aufugit, unde fuit poſtmodum citatus canonice & peremptorie, ut certa die & loco conpareret de fide & de hiis que contra fidem in facto hereſis conmiſerat reſponſurus, & minime conparuit quamvis diucius fuerit expectatus, unde tanquam contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans fuit exconmunicacionis vinculo innodatus, ſub anno Domini M°. CCC°. XXI°. die Jovis poſt feſtum beati Andree.

¶ *Publicacio ſentencie exconmunicacionis & declaracio contra Johannem Aymonis fugitivum.*

192. CUm dudum Johannes Aymonis filius Petri Aymonis habitator de alzona dyoceſis Ruthenenſis per inquiſicionem que fit generaliter contra infectos aut ſuſpectos aut diffamatos de heretica pravitate ſuſpectus diffamatus & acuſatus extiterit, nec non per confeſſionem ſuam in judicio factam in crimine hereſis Valdenſium fuerit deprehenſus, & poſt abjuratam à ſe hereſim in judicio & juramentum preſtitum de parendo mandatis eccleſie & inquiſitorum aufugerit fuit poſtmodum citatus canonice & peremptorie tam in domicilio ubi habitare conmuniter conſuevit quam in eccleſia publice cum edictis publicis cum preſens non inveniretur, ut certis die & loco in literis citatoriis conprehenſis Tholoſe coram inquiſitore vel locum ejus tenente perſonaliter & peremptorie conpareret, reſponſurus de fide & de hiis que conmiſerat contra eam, quibus diebus & loco minime conparuit parere ſubterfugiens in cauſa fidei, & contumaciter ſe abſentans, unde fuit tanquam contumax in cauſa fidei & pro hereſi fugitivus exconmunicacionis vinculo innodatus, anno Domini M°. CCC°. XXI°. die Jovis poſt feſtum ſancti Andree apoſtoli, ſicut in proceſſu inde facto predicta plenius continentur. Quocirca nos frater Bernardus Guidonis inquiſitor heretice pravitatis prefatus dictum Johannem Aymonis exconmunicatum à nobis tanquam contumacem in cauſa fidei & fugitivum pro hereſi Valdenſium publice in preſentibus ſcriptis denunciamus. Denunciantes & declarantes nichilominus predictum Johannem Aymonis per ea que in judicio confeſſus eſt ſe in crimine hereſis Valdenſium conmiſiſſe, que in preſenti proceſſu ſuperius ſunt inſerta, tanquam credentem hereticorum Valdenſium incurriſſe ſententiam exconmunicacionis & alias penas contra credentes & fautores hereticorum à canone generaliter promulgatas. Monentes univerſos & ſingulos cujuscunque dignitatis gradus aut ſtatus ſeu condicionis exiſtant ſemel ſecundo ac tercio canonice & peremtorie ſub exconmunicacionis & aliis canonicis penis, ne quis eundem Johannem receptare vel cum eo participare conſilium vel favorem ei impendere ſcienter quoquo mo-

modo preſumat, alias in facientes contrarium in predictis vel in aliquo predictorum iſta noſtra canonica monicione premiſſa in hiis ſcriptis exconmunicacionis ſententiam promulgamus, nec non penas alias canonicas contra tales à jure ſtatutas incurrere volumus ipſo facto.

Publicata fuit predicta exconmunicacionis ſentencia & lata anno & die & loco preſentibus teſtibus & notariis quibus ſupra.

Culpe perſonarum fugitivarum.

PEtrus attefini filius quondam Johannis attefini burgundi qui modo moratur apud Marciacum dyoceſis auxitane, & conſuevit morari apud artigam, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XII°. V°. ydus Febroarii legitime conſtat, ipſe tam in domo patris ſui & matris ſue tempore quo vivebant quam in domo propria poſtquam mortui ſunt vidit plures Valdenſes pluribus vicibus ſciens ipſos eſſe tales, & comedit & bibit pluries cum eiſdem, & recepit eos in domo ſua ad jacendum, & dedit ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue in diverſis temporibus & annis, & oravit aliquociens cum Valdenſibus ſecundum ritum orandi ipſorum, videlicet flexis genibus inclinatus ſuper bancam, dicendo pluribus vicibus pater noſter. ¶ Item fuit confeſſus peccata ſua una vice Criſtino Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & reputavit ſe abſolutum, & dictam penitenciam ſibi impoſitam credidit ſibi proficere ad ſalutem anime ſue, ac ſi fuiſſet confeſſus & abſolutus per ſacerdotem & capellanum ſuum & impoſuiſſet ſibi dictam penitenciam, quamvis crederet quod dictus Chriſtinus non erat ſacerdos ordinatus per epiſcopum eccleſie Romane, ſet erat Valdenſis. ¶ Nomina autem Valdenſium quos vidit & cum quibus participavit aut quos recepit in domo ſua ſunt hec, videlicet Chriſtinus cum quodam ſocio ſuo quem non novit, quem vidit primo apud Artigam in domo patris ſui & matris ſue. Item alia vice apud Marciacum. Item Johannes Moran cum ſocio ſuo cujus nomen neſcivit. Item Perrinus de Gaudone cum ſocio ſuo cujus nomen neſcivit. Item Stephanus porcherii. Item Robertus. Item Johannes malifart cum ſocio cujus nomen neſcivit. Item Bartholomeus cum ſocio cujus nomen neſcivit. Item quidam alius qui vocabatur Petitus. Item Guilielmus Moterii. Item Petrus de Cernone cum ſocio ſuo quem non novit. Item Garnerius Germanus frater ſuus Valdenſis perfectus, quem pluries recepit in domo ſua ſciens ipſum eſſe talem. ¶ Predictos Valdenſes vidit & recepit in domo ſua non ſimul omnes, ſet aliquando unum aliquando duos in diverſis temporibus & annis, conmittens predicta à quindecim annis & ab uno anno citra antequam confiteretur judicialiter de predictis. ¶ Item Valdenſes credidit eſſe bonos homines & veraces & habere bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam ac credentes illorum poſſent ſalvari. Et fuit in dicta credencia per x. annos vel circa, donec audivit quod burgundi capiebantur in Vaſconia de mandato inquiſitoris Tholoſani, & tunc ipſe aufugit in Bearnium & inde in Hyſpaniam, & poſtea rediit & venit ad confitendum de predictis apud Tholoſam ad inquiſitorem, quia Guilielmus de na genta monuit eum ad hoc, & conminatus eſt ei quod niſi ipſe veniret ipſe caperet eum & duceret captum ad inquiſitorem. ¶ Predictus Petrus atteffini poſt confeſſionem factam in judicio de predictis & poſt hereſim & ſectam Valdenſium in judicio abjuratam citatus ut veniret ad ſermonem inquiſitoris Tholoſe ad recipiendum penitenciam pro predictis non conparuit ſet aufugit anno Domini M°. CCC°. XIX°. poſt feſtum ſancti Michaëlis, fuitque poſtmodum citatus canonice & peremptorie & cum edictis publicis apud Marciacum ut conpareret reſponſurus de fide & de hiis que conmiſerat in facto hereſis contra fidem ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. pridie nonas Septembris. Qua die non conparuit, unde fuit reputatus contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans & propter hoc tanquam talis fuit exconmunicacionis vinculo innodatus, ac etiam denunciatus & denotatus incurriſſe exconmunicacionis ſententiam,

192.b.

ciam, & alias penas contra tales fugitivos & contumaces & credentes Valdenſium à canone promulgatas in generali ſermone inquiſitoris facto Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani, anno Domini M°. CCC°. XXII°.

FOrmont burgundus habitator de Marciaco filius cujusdam vocati Peret faro, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XVI°. VIII°. Kalendas Junii legitime conſtat, vidit & recepit in domo ſua apud Marciacum plures Valdenſes, ſciens ipſos eſſe tales, & dedit eis ad comedendum & bibendum de bonis domus ſue, & comedit & bibit cum eis in eadem menſa, & audivit verba & moniciones ipſorum, & oravit cum eis aliquociens ſecundum modum ſeu ritum orandi ipſorum flexis genibus inclinatus ſuper bancam dicendo pluribus vicibus pater noſter. Item fuit confeſſus peccata ſua duobus Valdenſibus, videlicet Johanni de cernone & Criſtino cuilibet una vice, & recepit abſolucionem & penitenciam
193. à quolibet ipſorum, & credidit ſe eſſe abſolutum, & dictam penitenciam ſibi proficere ad ſalutem anime, ac ſi ſacerdos vel capellanus ſuus abſolviſſet eum, & dictam penitenciam injunxiſſet ſibi, quamvis ſciret ipſos eſſe Valdenſes, & crederet eos non eſſe ſacerdotes ordinatos per epiſcopum eccleſie Romane. ¶ Nomina autem Valdenſium quos recepit in domo ſua & quos vidit & cum quibus participavit ſunt hec, Perrinus ſavorelli, Johannes de cernone, Bartholomeus, Criſtinus, Perrinus andri alias dictus de Gaudone, Guilielmus Morerii, Johannes Moran. Predictos Valdenſes recepit in domo ſua non omnes ſimul, ſet in diverſis temporibus & diebus, nunc iſtum nunc illum. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines, & quod haberent bonam fidem & bonam ſectam in qua ipſi & alii qui tenerent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia per octo annos. ¶ Predicta conmiſit à ſexdecim annis, & à ſex & à minori tempore citra antequam confiteretur judicialiter de predictis, nec venit ad confitendum donec fuit citatus.

¶ Predictus Formont poſtquam confeſſus fuerat de predictis, & abjuraverat omnem hereſim in judicio citatus poſtmodum quod veniret ad ſermonem inquiſitoris Tholoſe ad recipiendum penitenciam pro hiis que conmiſerat & confeſſus fuerat non conparuit ſet aufugit, anno Domini M°. CCC°. XIX°. poſt feſtum ſancti Michaëlis. Poſtmodum vero fuit citatus ut conpareret reſponſurus de fide & de hiis que conmiſerat in hereſi contra fidem coram inquiſitore Tholoſe, ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. pridie nonas Septembris. Qua die non conparuit, unde fuit reputatus contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, fuitque poſtmodum in generali ſermone inquiſitoris Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani tanquam contumax in cauſa fidei exconmunicatus & declaratus & denotatus incurriſſe ſentenciam exconmunicacionis & alias penas promulgatas à canone contra tales fugitivos & contumaces & credentes Valdenſium, ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°.

JAqueta textrix de cumba Rotgier burgunda nacione habitatrix de Marciaco uxor quondam Philippi ſeu Philipoti burgundi, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XI°. ydibus Febroarii, item V°. ydus Marcii legitime conſtat, vidit pluries Valdenſes in domo ſua & mariti ſui Philippi, & receptavit eos in borda in qua morabantur cum Richerio patre mariti ſui & Poncia ſocru ſua in territorio de cumba Rotgier, XI. vel XII. anni erant tempore confeſſionis ſue, videlicet Petrum de Cernone & Johannem Moran cum multis aliis perſonis quas nominat, & oravit ibidem cum dictis Valdenſibus ſecundum modum orandi ipſorum flexis genibus inclinati ſuper bancam. ¶ Item apud Marciacum in domo in qua morabatur recepit pluries Valdenſes Johannem Moran & Petrum de Cernone, & comedit & bibit cum eis, & oravit ſecundum modum orandi ipſorum, & audivit verba & moniciones eorum. ¶ Item in domo Hymberti de pavia & Stephane uxoris ejus qui morabantur apud Marciacum vidit & viſitavit ſeptem Valden-

denſes ſimul, videlicet Criſtinum qui erat major inter eos, & ſocios ejus videlicet Hymbertum & Gerardum, & Guilielmetum & Petitum, & Bartholomeum & Perrinum Vandri clericum, & comedit & bibit cum dictis Valdenſibus, & oravit cum eiſdem ſecundum modum orandi Valdenſium. ¶ Item fuit confeſſa peccata ſua duabus vicibus Johanni Moran Valdenſi, & recepit abſolucionem & penitenciam ab eodem, & credidit quod dicta abſolucio & penitencia ſibi proficerent ad ſalutem anime ac ſi fuiſſet confeſſa & abſoluta per ſuum ſacerdotem; quamvis ſciret dictum Valdenſem non eſſe ſacerdotem ordinatum per epiſcopum eccleſie Romane. Item dicto Valdenſi dedit unum turonenſem argenti. Item audivit doctrinam erroneam & predicacionem Valdenſium & errores eorum, videlicet quod nunquam debet homo jurare ſuper librum in aliquo caſu, nec in curia nec extra curiam, & quod ipſi Valdenſes ante ſuſtinerent mortem quam jurarent. Item quod ipſi Valdenſes erant de illis diſcipulis qui deſcenderunt à diſcipulis & apoſtolis Chriſti, quibus dedit poteſtatem ſuam ligandi & ſolvendi, & quod ipſi habebant illam poteſtatem quam Chriſtus dedit beato Petro & aliis poſt eum. Item quod Capellani & religioſi licet intelligant ſcripturas & legem Dei nolunt revelare clare populo, ut ex hoc melius dominentur in populo, quia ſi dicerent manifeſte & diſcooperte legem Dei ſicut Chriſtus manifeſtavit eam non haberent ita neceſſaria ſua. Item quod dicunt ſe habere poteſtatem audiendi confeſſiones & injungendi penitenciam. Item quod non eſt purgatorium animarum poſtquam ſunt à corpore ſeparate, ſet vadunt inmediate vel ad paradiſum vel ad infernum. ¶ Item credidit Valdenſes eſſe bonos homines, & habere bonam fidem & bonam doctrinam in qua ipſi Valdenſes & illi qui tenerent & crederent eam poſſent ſalvari, & fuit in dicta credencia à prima vice qua vidit eos uſque ad tempus in quo fuit confeſſa judicialiter de predictis, conmittens predicta à XII. annis & ab uno anno citra, antequam confiteretur judicialiter de eiſdem, nec venit ad confitendum donec fuit adducta capta, & fuit prima vice confeſſa palliate & diminute celando veritatem contra proprium juramentum. 193.b.

¶ Predicta Jaqueta poſtquam fuerat confeſſa judicialiter de predictis, & abjuraverat omnem hereſim in judicio, ex tunc receſſit & aufugit, fuitque poſtmodum citata canonice & peremptorie tanquam vehementer ſuſpecta de hereſi, ut conpareret ad reſpondendum de fide & de hiis que conmiſerat in crimine hereſis pridie nonas Septembris ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. Qua die non conparuit, unde fuit poſtmodum tanquam contumax in cauſa fidei & fugitiva pro hereſi exconmunicata & declarata ac denunciata incurriſſe exconmunicacionis ſentenciam & alias penas latas à canone contra credentes hereticorum in generali ſermone inquiſitorum Tholoſe in eccleſia ſancti Stephani, anno Domini M°. CCC°. XXII°.

GEraldus filius Formont ſeu Formondi burgundi habitator de Marciaco dyoceſis auxitane oriundus de lonc pneth, ſicut per ipſius confeſſionem factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XVI°. VIII°. Kalendas Julii legitime nobis conſtat, dixit quod quadam vice, ſex anni erant tempore confeſſionis ſue, invenit & vidit in platea de Mirauda ubi tunc morabatur quendam hominem qui traxit ipſum ad partem, & petivit ab eo ſi erat filius Formont, & ipſe reſpondit quod ſic, & tunc dictus homo incepit ei dicere quod non faceret nec diceret malum, nec mentiretur nec juraret, & quedam alia verba que videbantur ſibi bona, & dixit ſibi quod diceret ſibi peccata ſua, quia neſciebat ſi cras eſſet vivus, & tunc ipſe reſpondit ei quod non habuerat aliquid de alieno, nec fuerat furatus aliquid, & ſic receſſit à dicto homine, de quo homine poſtea pater ſuus dixit ſibi quod vocabatur Perrinus Wudri ſive de gaudone, & conmendavit eum quod erat bonus homo, & ibat per terram & docebat bona documenta. ¶ Item alia vice poſt predicta per tres menſes obviavit dicto Perrino in via, & ibat cum eo quidam qui vocabatur Guilielmus Moterii, & fuit locutus cum eis. ¶ Item quadam vice in villa de Miranda, in qua tunc morabatur, quidam juvenis nomine Perrotus oſtendit ſibi quendam hominem magnum 194.

& pinguem, de quo dixit ſibi quod erat bonus homo & predicabat multum bene & dicebat bona verba & vocabatur Criſtinus, & incantavit eum quod non loqueretur alicui de dicto Criſtino. ¶ Item in domo patris ſui vidit uſque ad ſex homines extraneos, qui veniebant illuc, non ſimul, ſet nunc iſtos nunc illos in diverſis vicibus & temporibus, de quibus pater ſuus incantavit eum quod non loqueretur alicui quod dicti homines eſſent ibi. ¶ Item dicti homines quando erant in domo patris ſui ante cenam & poſt orabant flexis genibus inclinati ſuper aliquam bancam, & ipſe ſimiliter oravit cum eis dicendo ibidem pluribus vicibus pater noſter, ſtando ibi per unam magnam pauſam.

Nomina autem predictorum hominum ſunt hec, videlicet Johannes Moran qui fuit in predicta domo, ſet ipſe non vidit eum, quia tunc erat infirmus. Item quidam qui vocabatur Petitus, & ibat cum eo Perrotus qui habebat ſororem ejus in uxorem. Item Guilielmus Moterii, quem prius viderat cum Perrino de gaudone. Nomina autem aliorum dixit ſe neſcire. Item predictos homines, ex quo vidit & audivit quod inquiſitores perſequebantur eos in Vaſconia à IIII^or^ annis citra, perpendit quod erant Valdenſes, ſet antea non audiverat quod Valdenſes eſſent fugati per inquiſitores, nec ex tunc vidit aliquem de ipſis. Item predictos homines Valdenſes credebat eſſe bonos homines propter illa que audivit ab eis, & quia pater ſuus ita dabat ſibi intelligere, ſet tunc neſciebat ipſos eſſe fugatos per inquiſitorem, & fuit in tali credencia quaſi per annum, ex quo audivit ipſos eſſe fugatos per inquiſitores non credidit eos eſſe bonos homines. ¶ Predicta conmiſit ab octo annis & à quinque citra, nec venit ad confitendum de predictis donec fuit vocatus & citatus.

¶ Predictus Gerardus reputatur fuiſſe confeſſus palliate & diminute. Item poſtquam confeſſus fuerat & abjuraverat omnem hereſim in judicio, & fuerat penitenciatus & cruceſſignatus in ſermone inquiſitoris Tholoſe anno Domini M°. CCC°. XIX°. poſt feſtum ſancti Michaëlis, ex tunc dicitur depoſuiſſe cruces & aufugiſſe cum patre ſuo. Fuitque poſtmodum citatus ut conpareret reſponſurus de fide & de hiis que conmiſerat contra fidem coram inquiſitore Tholoſe ſub anno Domini M°. CCC°. XII°. pridie nonas Septembris, qua die non conparuit, unde fuit reputatus contumax in cauſa fidei parere ſubterfugiens & contumaciter ſe abſentans, fuitque poſtmodum in generali ſermone inquiſitoris facto in eccleſia ſancti Stephani Tholoſe tanquam contumax in cauſa fidei exconmunicatus ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°.

PErrinus cognominatus Regier ſive Reſſegayre gener Gerardi de lartiga qui alias cognominatur de la bruguieyra, qui conſuevit morari in borda ſeu campmaſio de panlana in tenencia & bavilia de Marciaco, olim aufugit cum Johanneta uxore ſua poſt ſermonem inquiſitoris Tholoſani anno Domini M°. CCC°. XIX°. poſt feſtum ſancti Michaëlis, fuitque citatus poſtmodum per inquiſitorem Tholoſanum, ut conpareret pridie nonas Septembris ſub anno Domini, M°. CCC°. XXII°. Qua die non conparuit, unde tanquam contumax in cauſa fidei & fugitivus & ſuſpectus de hereſi fuit poſtmodum exconmunicatus in generali ſermone inquiſitorum in eccleſia ſancti Stephani Tholoſe, dominica infra Octabas natalis beate Marie, anno Domini M°. CCC°. XII°.

194.b. *Sentencia exconmunicacionis contra quinque perſonas contumaces.*

IN nomine Domini amen. Cum dudum Petrus atteſini filius quondam Johannis atteſini burgundi habitator de Marciaco qui conſuevit morari apud Artigam, Item Formont ſeu Formondus burgundus filius quondam cujusdam vocati Peret faro habitator de marciaco, Item Jaqueta textrix de cumba rotgier uxor quondam Philippi ſeu Philipoti habitatrix de marciaco per confeſſiones proprias factas in judicio deprehenſi fuerint conmiſiſſe in crimine hereſis Valdenſium, & fuiſſe credentes

tes hereticorum Valdenſium, Item Gerardus filius predicti Formont ſeu Formondi per confeſſionem propriam factam in judicio deprehenſus fuit conmiſiſſe in facto Valdenſium & fuiſſe fautor eorum, propter quod fuit in ſermone publico penitenciatus, & nomine penitencie fuerunt eidem cruces ad portandum inpoſite & injuncte, Item cum Perrinus Ragier ſive Reſſegayre burgundus gener Gerardi de la bruguieyra alias cognominati de lartiga ſuſpectus & diffamatus inveniretur de facto hereſis Valdenſium & diceretur aufugiſſe, & predicti Petrus attefini & Formont & Gerardus filius ejus & Jaqueta predicta poſt confeſſiones ſuas factas in judicio & poſt abjuratam à ſe hereſim, & poſt juramentum preſtitum de parendo mandatis eccleſie & inquiſitorum, ac etiam predictus Perrinus invenirentur aufugiſſe, fuerunt poſtmodum citati canonice & peremptorie tam in domiciliis ubi habitare conmuniter conſueverunt quam in eccleſia de marciaco cum publicis edictis cum preſentes non invenirentur, ut certa die & loco in literis citatoriis conprehenſis coram inquiſitore Tholoſano vel ejus locum tenente perſonaliter & peremptorie conparerent reſponſuri de fide & de hiis que conmiſerant contra fidem. Quibus die & loco minime conparuerunt, parere ſubterfugientes in cauſa fidei & ſe contumaciter abſentantes, unde fuerunt tanquam contumaces in cauſa fidei reputati & habiti. Quocirca nos frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis prefatus, attendentes canonem quo cavetur quod contumacia in cauſa preſertim fidei ſuſpicioni preſumpcionem adicit vehementem, predictos Petrum attefini & Formont & Gerardum filium ejus & Perrinum & Jaquetam in hiis preſentibus ſcriptis tanquam contumaces in cauſa fidei auctoritate qua fungimur apoſtolica in officio inquiſicionis exconmunicacionis vinculo innodamus. Denunciantes ac declarantes nichilominus predictos Petrum atteffini & Formont ſive Formondum & Jaquetam per ea que in judicio ſunt confeſſi, & in preſenti proceſſu ſuperius ſunt inſerta, tanquam credentes hereticorum Valdenſium, & dictum Gerardum tanquam fautorem Valdenſium hereticorum incurriſſe ſententiam exconmunicacionis & alias penas contra credentes & fautores hereticorum à canone generaliter promulgatas. Monentes ſemel ſecundo ac tercio canonice & peremptorie ſub exconmunicacionis & aliis penis canonicis univerſos & ſingulos cujuscunque dignitatis gradus aut ſtatus ſeu condicionis exiſtant, ne aliquis predictos aut aliquem de predictis receptare vel cum eis participare conſilium auxilium vel favorem eis inpendere ſcienter quoquo modo preſumat. Alioquin in facientes contrarium in predictis vel in aliquo predictorum iſta noſtra canonica & conpetenti monicione premiſſa auctoritate predicta qua fungimur in hiis ſcriptis exconmunicacionis ſententiam promulgamus, nec non penas alias canonicas contra tales à jure ſtatutas incurrere decernimus ipſo facto. Lata fuit predicta ſentencia in preſenti ſermone anno & die & loco quibus ſupra.

Sentencia condempnacionis unius mulieris. 195.

IN nomine Domini amen. Cum in actis inquiſicionis que fit generaliter contra omnes infectos aut ſuſpectos aut diffamatos de heretica pravitate inveniretur, quod Ermenio burgunda habitatrix de Alzona, uxor quondam Johannis Odeti burgundi filiaque quondam Garini de monte burgundi, eſſet nominata & acuſata quod vidiſſet & participaſſet cum Valdenſibus hereticis, fuit tanquam ſuſpecta & acuſata de crimine hereſis Valdenſium citata & adducta capta ad murum ſeu ad carcerem inquiſitorum Tholoſe, & conſtituta in judicio coram nobis fratre Bernardo Guidonis ordinis predicatorum inquiſitore heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputato fuit requiſita quod juraret de veritate dicenda ſuper crimine hereſis Valdenſium de ſe & de aliis, & jurare penitus recuſavit pluries & canonice requiſita dicens quod crederet peccare ſi juraret, fuitque ſibi propoſitum & explicatum ibidem per nos quod cautum & proviſum erat in jure contra illos & de illis qui nolunt ſet recuſant omnino jurare in judicio quod tales eo ipſo velut heretici reputentur & tanquam tales puniantur, & quod niſi ipſa juraret procederemus contra

eam tanquam contra hereticam, quod ipſa parvipendens dixit quod non juraret, & jurare penitus recuſavit. Et ibidem iterum & iterum requiſita ac trina monicione canonica premiſſa ſub pena exconmunicacionis niſi juraret, cum jurare nollet fuit per nos in ſcriptis lata ſentencia exconmunicacionis in eam quia jurare tam pertinaciter quam contumaciter recuſabat.

¶ Poſt que ſequenti die predicta Ermenio repetita & coram nobis in judicio conſtituta requiſita quod juraret ſuper veritate dicenda de facto hereſis Valdenſium de ſe & de aliis plenariam veritatem juravit tunc, & requiſita ſi unquam alias fuerat vocata ſeu citata coram aliquo inquiſitore heretice pravitatis recognovit quod ſic, cum patre ſuo & marito ſuo & cum quibuſdam aliis perſonis quas nominat apud Naiacum dyoceſis Ruthenenſis coram inquiſitore qui tunc ibi advenerat coram quo juravit. Requiſita autem ſuper quibus juravit & de tempore quo fuit coram dicto inquiſitore, reſpondit ſe non recordari, quia antiquum tempus eſt quod hoc fuit & ipſa eſt antiqua. Interrogata autem & requiſita quod diceret de ſe & de aliis ſuper facto ſeu crimine hereſis Valdenſium, ubi & quos Valdenſes & cum quibus perſonis vidiſſet & participaſſet cum eiſdem, reſpondit ſe nichil ſcire, nec aliquid voluit confiteri.

¶ Poſt que ſexta die à prima die qua jurare recuſaverat predicta Ermenio cum eſſet ſuſpecta & nollet de facto hereſis Valdenſium aliquid confiteri repetita & in judicio conſtituta coram nobis inquiſitore prefato & requiſita ſepius ac monita canonice quod juraret de veritate dicenda de ſe & de aliis ſuper crimine hereſis Valdenſium dixit quod a modo non juraret, nec jurare voluit, ſet penitus recuſavit dicens quod ſi juraret ipſa crederet falhir & quod nimis juraverat alias. Et replicato ſibi iterum & expoſito per nos quod in jure ſtatutum erat de illis qui jurare nolunt in judicio quod tales eo ipſo velut heretici reputentur & puniantur, & quod niſi juraret contra eam procederemus tanquam contra hereticam eo ipſo quo tam nunc quam alias jurare in judicio pertinaciter & contumaciter recuſarat. Eidemque ibidem diximus & declaravimus quod reputabamus eam deprehenſam in errore illo & in illa hereſi ſecte Valdenſium, qui in doctrina ſua peſtifera dogmatizant non eſſe ju-
195.b. randum in aliquo caſu, & omne juramentum in omni caſu dicunt eſſe à Deo prohibitum tanquam illicitum & peccatum.

¶ Poſt que decima die à principio quo predicta Ermenio jurare recuſaverat tercio repetita & in judicio conſtituta coram nobis inquiſitore prefato requiſita & monita canonice quod juraret de ſe & de aliis ſuper crimine hereſis Valdenſium plenariam dicere veritatem jurare penitus recuſavit, & premiſſa trina monicione quod juraret, cum jurare nollet fuit per nos iterato ex ſuperhabundati tanquam contumax ad jurandum & ad confitendum de ſe & de aliis exconmunicata in ſcriptis, que omnia parvipendens remanſit in ſua pertinacia dicens quod nunquam juraret.

¶ Poſt que predicta Ermenio alias pluries requiſita & canonice monita ut juraret de veritate dicenda in judicio jurare penitus recuſavit, aſſerens quod de cetero non juraret.

¶ Tandem vero nos prefatus inquiſitor ac Guilielmus de roſeriis prior de trebocio & conmiſſarius deputatus pro vicariis reverendi in Chriſto patris domini.... Dei gracia epiſcopi Ruthenenſis predictam Ermenio coram nobis in judicio conſtitutam requiſivimus, & eandem canonice monuimus & per alios bonos viros moneri & exhortari procuravimus ut juraret ſicut facere tenebatur, & confiteretur de ſe & de aliis ſuper crimine hereſis plenariam veritatem, & à predicto errore & hereſi reſiliret. Dicta vero Ermenio jurare noluit ſet recuſavit omnino, nec aliquid voluit confiteri, nec ab errore illo & hereſi quo jurare recuſat in quo deprehenſa eſt manifeſte voluit reſilire, quamvis diucius expectata fuerit & invitata ſepius & canonice requiſita, ſet perſeverat in ſua perfidia animo pertinaci. Idcirco nos prefati inquiſitor & conmiſſarius habito conſilio plurium ſapientum & peritorum in jure canonico & civili ac religioſorum virorum predictam Ermenio preſentem coram nobis die & loco

pre-

preſentibus ad audiendam diffinitivam ſententiam eidem preciſe & peremptorie aſſignatis, habentes pre oculis ſolum Deum & orthodoxe fidei puritatem ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis, ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali per diffinitivam ſententiam in hiis preſentibus ſcriptis declaramus deprehenſam eſſe in errore illo & illa hereſi eorum qui jurare recuſant in judicio, & eandem velut obſtinatam hereticam relinquimus brachio & judicio curie ſecularis, eamdem curiam ac dominum Johannem Marchi judicem domini noſtri regis & locum tenentem domini ſeneſcalli Tholoſani affectuoſe rogantes, prout ſuadent canonice ſancciones, ut circa predictam Ermenio citra mortem & membrorum mutilacionem ſuum judicium moderetur.

Lata fuit hec ſentencia in ſermone preſenti, anno die & loco preſentibus teſtibus & notariis quibus ſupra.

Sentencia duorum relapſorum.

IN nomine Domini amen. Qum nos frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatus, & Raymundus bernardi de ſancta Arthemia canonicus Rivenſis vicarius generalis, & Guilielmus Rocherii archipresbyter & officialis Rivorum conmiſſarii in hac parte reverendi in Chriſto patris domini Bertrandi Dei gracia Rivenſis epiſcopi, & Arnaldus de Verdala canonicus & officialis Mirapiſcenſis conmiſſarius in hac parte reverendi in Chriſto patris domini R. divina gracia epiſcopi Mirapiſcenſis quantum ad nos pertinet de duabus perſonis infraſcriptis per inquiſicionem factam invenimus, nec non per confeſſionem propriam factam in judicio anno Domini M°. CCC°. XXII°. in vigilia apoſtolorum Petri & Pauli, Guilielmi Ruffi de cincta gavella, filii quondam Petri Ruffi, beguini dyoceſis Mirapiſcenſis, qui ſe dicit eſſe de tercio ordine ſeu de tercia regula ſancti Franciſci, quam aſſerit ſe fuiſſe profeſſum cum publico inſtrumento, quod ipſe poſtquam abjuraverat omnem hereſim & errorem cujuscunque ſecte, & ſpecialiter & expreſſe errores & opiniones erroneas quos & quas crediderat, qui errores & que opiniones inveniuntur teneri & credi à quibusdam qui dicunt ſe eſſe fratres de tercia regula ſancti Franciſci, & beguini vulgariter apellantur, ſub pena que de jure debetur relapſis in hereſim in judicio abjuratam, promiſeratque atque juraverat revelare & detegere prelatis & inquiſitoribus omnes & ſingulos quoscunque ſciret aut crederet tenere predictos errores beguinorum, aut aliquos ex eiſdem. Ex tunc audivit & ſcivit per quandam perſonam, quam in confeſſione ſua nominat, eſſe in domo dicte perſone apud cinctam gavellam Petrum arruffati de Narbona, & Petrum tort de monte regali, quos ipſe antea noverat & ſciebat eſſe de affectione & credencia beguinorum quo ad errores ſeu opiniones erroneas ipſorum, quorum primus fuit poſtmodum judicatus hereticus & conbuſtus, ſecundus vero per ſententiam inmuratus, & venit ad eos ad dictam domum, & oſculatus fuit & bene recollegit eos, & tunc fuit in dubio ſi eos faceret capi vel non, & à principio fuit in voluntate & propoſito quod non faceret eos capi, quia non videbatur ſibi quod teneretur ad hoc, quia alter illorum quamvis eſſet de affectione & credencia beguinorum & de opinionibus ipſorum tamen non erat beguinus. Alter vero licet eſſet beguinus alias fuerat vocatus per inquiſitorem heretice pravitatis, & de mandato ejus dimiſerat mantellum beguinorum, & per dictum inquiſitorem fuerat relaxatus, & propter hoc non videbatur ei quod juramentum quod preſtiterat obligaret eum ad hoc, ſet quod ſolum intelligeretur juramentum de quibusdam apoſtatis ordinis fratrum minorum, & etiam fugitivis beguinis qui aufugerant de carceribus in Narboneſio, vel qui depoſuerant propria temeritate impoſitas ſibi cruces, de quibus non erant predicti duo. Cogitabat etiam quod melius eſſet quod non faceret eos capi, quia expectabat quod venirent in brevi quidam magnus ſectator & defenſor dictorum errorum videlicet Petrus trencavel de bitterri, vel aliqui alii majores de predictis apoſtatis quos faceret capi, & dum erat in tali propoſito quod non faceret eos capi dixit predictis 196.

duobus quod magis voluiſſet quod recta via veniſſent ad domum ſuam, quia magis ſecrete potuiſſet eos tenere, petivit etiam ab eis & audivit quare venerant ad dictam villam, videlicet quia audiverant quod beguini illarum parcium fuerant capti per inquiſitorem & habuerant tribulaciones, & venerant ad ſciendum qualiter erat eis, & petiverunt qualiter tranſiverat ipſe cum inquiſitore, & ipſe reſpondit eis quod fecerat voluntatem ejus, & opportebat quod de cetero ſtaret in quiete,
196.b. quia aliter non reſtabat ei niſi ignis. Ipſe etiam petivit ab eis qualiter ſe habuerant illi beguini qui hoc anno dominica prima in quadrageſima Narbone fuerant condempnati & conbuſti, & ipſi reſponderunt ei quod valenter & fortiter ſe habuerant. Item ipſe miſit pro vino & bibit cum eis in dicta domo, & dixit eis ad partem quod quando receſſiſſet ab eis exirent & recederent de dicta domo, ita quod quando ipſe reverteretur ad dictam domum non inveniret eos ibi, & cum receſſiſſet ab eis & etiam ante aliquantulum inceperat cogitare quod periculum poſſet ſibi inminere niſi faceret eos capi propter juramentum quod fecerat de capiendis hereticis & maxime beguinis, & tunc ivit ad unum de conſulibus ville, & cum eo procuravit quod predicti duo beguini caperentur, & fuerunt capti eodem fero extra villam de qua jam exiverant recedentes. ¶ Item poſtquam abjuraverat hereſim & errores in judicio ſicut premittitur, ex tunc ſicut per ejus confeſſionem factam in judicio legitime conſtat habuit familiaritatem nimiam cum quadam muliere conjugata quam nominat, quam induxit ad oſcula & amplexus & tactus inhoneſtos, & cui dixit verba que ſecuntur, Nonne eſt bene magnum meritum quod ſic ſtemus oſculando amplexando tangendo & tamen non conſenciamus in perpetracione carnalis peccati. Item dixit eidem mulieri quod majus meritum erat & majus factum quod vir & mulier ſint ſuper facto peccati carnalis, & tamen non conpleant peccatum vel actum peccati, quam ſit in oſculis amplexibus & tactibus inhoneſtis, & ſic contradicunt quod non conplent peccatum ſuum. Item dum ipſe ſtaret nudus in lecto ſuper dictam mulierem nudam & ipſa ſub eo ipſe interrogavit eam & vos non habetis modo voluntatem vel concupiſcenciam facti vel actus carnalis, & ipſa reſpondit quod non niſi maritus ejus ſic jaceret cum ea, & tunc ipſe dixit ei quod ſi talem concupiſcenciam vel voluntatem haberet tunc majus meritum haberet ſi non conſentiret in facto, quam quia talem concupiſcenciam non habebat. Item dum ipſe dictam mulierem oſculabatur & amplexabatur aliquando dixit eidem, quod bene erat magnus & placens amor Dei. Item quando erat in talibus actibus cum dicta muliere aliquando dixit ei, quod predicta faciebat cum ea ad hoc ut eam probaret ſi erat firma & virtuoſa, & ut ipſa probaret eum ſi erat etiam firmus & virtuoſus, ut ſi caſus contingeret unus poſſet confidere in alio. Intendens per predicta verba inducere ipſam ad conſenciendum ſibi quod faceret in omnibus voluntatem ejus que voluntas nondum erat conpleta quod eam carnaliter cognoſceret, ſet poſtquam eam induxiſſet ad conſenſum volebat deliberare ſi eam cognoſceret vel non. Item aliquando & frequenter dixit dicte mulieri quod amplexus & oſcula & tactus inhoneſti quos faciebant vel habebant inter ſe, & quod ponere ſe nudum ſuper nudam quod quandoque fecit ex quo non conſenciebant in facto actus carnalis talia non erant peccata, & quod erant bona opera. Item ipſe dubitavit ſi predicta que faciebat cum dicta muliere erant peccata mortalia vel non, ſet tamen credebat quod eſſent peccata. Ita quod amplexus & oſcula & tactus inhoneſtos ſeu illicitos credebat eſſe peccata venialia, ſet dubitabat an eſſet peccatum mortale quando ponebat ſe nudum ſuper nudam, & non determinavit apud ſe ſi erant peccata mortalia vel venialia, & dum predicta faciebat habebat carnalem concupiſcenciam, & audivit à dicta muliere dici poſtea quod habuit pollucionem ſuper eam. Item predicte
197. mulieri dicebat quod predicta facere cum ea non erant peccata, ſet erant opera meritoria & bona & virtuoſa, ut eam induceret ad conſenſum quod faceret in omnibus voluntatem ſuam, & poſtea inſtrueret eam quod male fecerant faciendo predicta, & erat in propoſito confitendi de predictis ſacramentaliter. Item quando inducebat dictam mulierem ad oſcula & amplexus & tactus inhoneſtos dicebat ei quod amore Dei ſe humiliaret ad faciendum predicta, & quando ſe poſuerat dicta

cta mulier nudam vel diſcoopertam juxta eum vel ſubtus eum ipſe dicebat ei, bene habetis modo magnum meritum quia fregiſtis vel dimiſiſtis voluntatem veſtram amore Dei. Item ad dicendum predicta dicte mulieri ut eam induceret ad conſenſum ſuum; videlicet quod pro amore Dei talia fiant, & quod fit magnum meritum reſiſtere talibus temptacionibus quando homo eſt ſuper actum, fuit informatus per verba cujuſdam beguini quem nominat, à quo audivit dici quod homo qui volebat decipere aliquam mulierem ut eam carnaliter habere poſſet, quecunque mendacia poterat dicere ad hoc ut inclinaret dictam mulierem ad conſenſum peccati, & tamen hoc non eſſet hereſis, dum modo teneret in corde quod actus carnalis eſſet peccatum, & ipſe intellexit quod predictus beguinus vellet dicere quod quicquid homo diceret mulieri ut eam induceret ad conſenſum peccati carnalis etiamſi diceret quod actus carnalis eſſet meritorius & ad ſalutem animarum & quod non eſſet peccatum dum modo teneret in corde contrarium quod non eſſet hereſis, & ita etiam ipſe credidit & credebat, & propter hoc dixit predicta verba erronea dicte mulieri ut eam induceret ad conſenſum & voluntatem ſuam. Item ſemel poſuit ſe nudum ſuper quandam mulierem aliam diſcoopertam ac ſi vellet concumbere cum eadem, & non fecit actum carnalem, & dum confiteretur poſtmodum de hoc cuidam confeſſori, dictus confeſſor dixit ei quod magnum factum fecerat & magnam rem, & propter verbum dicti confeſſoris ex tunc credidit & credebat quod tangendo & amplexando & oſculando mulieres & ponendo ſe ſuper eas nudus non eſſet peccatum mortale, licet crederet quod eſſet aliquod peccatum. Aliquando etiam venit in opinionem quod talia facere & non conſumpmare peccatum carnis eſſet magna fortitudo anime & abſtinencia & etiam meritum, non tamen determinavit apud ſe ipſum ſimpliciter quod tales actus eſſent meritorii vel virtuoſi, licet frequenter ſuper hoc dubitaverit, & fuerit in propoſito interrogandi aliquem intelligentem ſi talia erant opera virtuoſa & meritoria. Item dixit ſe audiviſſe à quodam quem nominat quod inter quoſdam erat opinio aliquorum quod non debebat reputari homo vel mulier virtuoſus vel virtuoſa niſi ſe poſſent ponere nudus cum nuda in uno lecto & tamen non perficerent actum carnalem. Item dixit quod inter beguinos conmuniter dicebatur quod in partibus Italie erant aliqui fratiſelli & aliqui homines de penitencia qui erant de tali opinione quod non reputabant eſſe perfectum aliquem niſi poſſit ſe ponere nudum cum muliere nuda. Interrogatus, ſi unquam credidit quod homo non eſſet perfectus in virtute caſtitatis niſi ſe auderet ponere nudum cum nuda muliere in eodem lecto, reſpondit quod non, ſet circa hoc dubitabat an talis actus eſſet virtus vel vicium & magis declinabat quod eſſet peccatum quam virtus. De predictis fuit deprehenſus nec voluit confiteri, ſet negavit à principio contra proprium juramentum, donec predicta mulier eumdem in facie acuſavit in judicio, in quo fuit confeſſa dicens quod talia docuerat eam facere & fieri ob amorem Dei & profectum animarum, & ut Deus calefaceret eam in amore Dei.

¶ Item per confeſſionem factam in judicio legitime nobis conſtat, quod Petrus Dominici alias cognominatus de honors filius quondam Raymundi Dominici oriundus de Narbona beguinus de tercia regula ſancti Franciſci quam aſſerit ſe fuiſſe profeſſum, & portat habitum cum mantello, captus & deprehenſus apud caniacum Rivenſis dyoceſis cum Petro hoſpitali & cum Petro Guiraudi, olim captus fuit in Narbona & detentus in carcere domini archiepiſcopi Narbonenſis, cum quibuſdam aliis beguinis, fuitque confeſſus in judicio coram officiali prefati domini archiepiſcopi articulos quos credebat, propter quos fuit poſtmodum in ſermone publico facto Narbone per prefatum archiepiſcopum & inquiſitorem Carcaſſonenſem heretice pravitatis penitenciatus & punitus ut portaret cruces de filtro veſtibus ſuis pro illis que confeſſus fuerat ſe credidiſſe & tenuiſſe de opinionibus erroneis beguinorum, dictamque penitenciam ſuſcepit, & articulos quos confeſſus fuerat revocavit, & omnem errorem & hereſim in judicio abjuravit. Poſtmodum vero dictas cruces nomine penitencie ſibi inpoſitas temeritate propria depoſuit per ſeipſum credens ſe Deum offendiſſe eas recipiendo & offendere in portando. 197.b.

¶ Pre-

¶ Predictus Petrus Dominici poſtquam confeſſus fuerat in judicio de hiis que prius conmiſerat in erroribus beguinorum, & dixerat ſe in judicio penitere de illis, & ea revocaverat & ſuſceperat penitenciam pro eisdem, & abjuraverat in judicio ea & omnem hereſim & errorem, ex tunc abjecta dicta penitencia contra proprium juramentum deprehenſus fuit in fuga latitans cum predictis duobus Petro hoſpitalis & Petro Guiraudi ſectatoribus ejusdem dogmatis & erroris. Et examinatus confeſſus eſt in judicio ſe credere & tenere eſſe vera illa que prius confeſſus fuerat & abjuraverat, & penitet ſe ea abjuraſſe. Item credit & aſſerit quod dominus papa non poteſt concedere fratribus minoribus quod habeant cellaria ſeu granaria ad conſervandum bladum vel vinum. Item quod non poteſt nec potuit facere aut feciſſe conſtitucionem ſeu declaracionem, & quod tali declaracioni facte per eum non eſt obediendum, quia eſt contra votum fratrum minorum. Item quod non poteſt concedere ſecundum Deum fratribus minoribus quod portent habitus magnos latosſeu tinctos. Item quod non poteſt facere de plenitudine poteſtatis quod frater minor fiat frater alterius religionis vel ordinis ubi habeat poſſeſſiones vel aliquid in conmuni, nec frater minor debet obedire pape in hoc, & ſi papa in hoc diſpenſaret peccaret. Item quod papa non poteſt facere quod frater minor factus epiſcopus ſit dominus rerum temporalium ſpectancium ad epiſcopatum, nec poteſt quod pecuniam manu ſua contractet, ſet faciat diſpenſari & miniſtrari bona mobilia per alium pauperibus. Item credit & aſſerit quod euangelium Chriſti eſt regula ſancti Franciſci in caſtitate & paupertate & obediencia, & in iſtis tribus ſeu in aliquo iſtorum trium papa non poteſt diſpenſare, & ſi diſpenſaret tunc faceret contra vitam Chriſti & contra euangelium. Item quod papa non poteſt diſpenſare in aliquo caſu quod aliqua perſona que fecerit votum virginitatis ſeu caſtitatis; ſive votum illud fuerit ſimplex ſive ſolempne, quod contrahat matrimonium, & ſi de facto diſpenſaret in hoc peccaret & non faceret ſecundum poteſtatem ſibi datam à Deo, quam poteſtatem dicit eſſe ad nutrimentum virtutum & ad remedium peccatorum. Item quod ſi papa de facto diſpenſaret in predicto caſu quod talis perſona contraheret matrimonium, illud non eſſet matrimonium ſet fornicacio vel adulterium & peccatum, & filii inde nati eſſent adulterini & illegitimi. Item quod papa non poteſt facere decretalem
198. ſeu conſtitucionem aliquam quod poſſit diſpenſari in voto virginitatis aut caſtitatis aut paupertatis in quocumque caſu, etiamſi inde ſequeretur aliquod magnum bonum conmunitatis, ſicut eſſet reformacio pacis alicujus regni vel alicujus provincie, & ſi papa faceret talem decretalem vel conſtitucionem non eſſet ei obediendum, nec ipſe obediret ei. Item aſſerit ſe credere & tenere quod illi IIII^or fratres minores qui fuerunt apud Maſſiliam per judicium inquiſitoris heretice pravitatis de maturo conſilio tanquam heretici condempnati à IIII^or annis citra, & etiam beguini ſeu fratres de tercio ordine penitencium ſeu de tercia regula ſancti Franciſci qui fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium prelatorum & inquiſitoris Carcaſſonenſis heretice pravitatis à tribus à duobus & ab uno annis citra in provincia Narbonenſi in diverſis locis ſeu villis fuerunt & erant catholici tempore condempnacionis ſue, & ſunt facti martires, & fuerunt paſſi pro veritate euangelica ſuſtinenda. Item quod omnes illi qui condempnaverunt eos, videlicet prelati & inquiſitores, & etiam omnes qui conſenſerunt in condempnacione predictorum, & etiam dominus papa ſi conſentiit in hoc, erraverunt & facti ſunt heretici, & niſi penituerint dampnabuntur. Item quod dominus papa Johannes XXII^us eſt malus & hereticus, & eſt extra eccleſiam Dei propter hoc quia perſecutus eſt pauperes beguinos de tercia regula ſancti Franciſci. Item quod amiſit totaliter poteſtatem jurisdictionis ſue ligandi & ſolvendi, nec ipſe reputat eum eſſe papam, nec ſe eſſe eidem ſubditum, quia condempnat vel conſentit quod beguini tanquam heretici condempnentur. Item quod omnes illi, qui conſentiunt & credunt quod papa benefecerit perſequendo beguinos predictos, ſint mali & heretici. Item quod ipſe non confiteretur peccata ſua alicui epiſcopo ſeu prelato qui conſenſerit in condempnacionibus predictorum beguinorum, & ſi confiteretur alicui ex eis non credit quod poſſet eum abſolvere à peccatis. Item quod non à nullo

pre-

prelato qui pertinaciter veniat contra factum predictorum beguinorum ipſe non reciperet aliquod ſacramentum, dicens quod quicunque epiſcopus talis eſt perdidit poteſtatem conferendi ſacramenta. Item quod omnes illi ſunt heretici qui pertinaciter credunt & tenent contrarium illorum que ipſe confeſſus eſt & aſſerit ſe credere & tenere. Item quod omnes qui credunt & tenent illa que ipſe credit & tenet & ſunt ſub mandatis Dei ſervando ea tales ſunt fideles & ſunt eccleſia Dei. Item quod majoris perfectionis eſt ipſis beguinis vivere mendicando quam vivere de labore ſeu de opere manuum ſuarum, quamvis ipſi beguini in predicando euangelium non laborent. Item quod ipſe non obediret pape, precipienti ſibi quod non mendicaret ſet aliter viveret de ſuo labore, nec dimitteret habitum beguinorum, quem portat, propter preceptum pape. Item credit & tenet & aſſerit quod papa non poteſt deſtruere vel caſſare aliquem ordinem prius per Romanam eccleſiam confirmatum. Item aſſerit ſe credere & tenere quod tota doctrina & ſcriptura fratris Petri Johannis Olivi de ordine fratrum minorum eſt vera & catholica ſecundum intellectum quem habuit in ea ſicut credit eſſe fidelem & catholicam doctrinam ſancti Johannis euangeliſte ſecundum intellectum quem habuit in eadem, & addidit ſe credere quod ſicut Johannes euangeliſta eſt in paradiſo, ita credit fratrem Petrum Johannis predictum eſſe in paradiſo, quamvis ſanctus Johannes habeat majorem gloriam. Item aſſerit quod ſi papa condempnaret doctrinam ſeu ſcripturam prefati Petri Johannis, ipſe non reputaret eam condempnatam quantumcunque poneret dictam condempnacionem ſub mille bullis, & quantumcunque condempnaret eam de 198.b.
conſilio cardinalium & omnium prelatorum, vel etiam tocius concilii generalis. Item quod ipſe non crederet pape dicenti ſibi quod doctrina fratris Petri Johannis continet errores & hereſes, nec in hoc obediret pape precipienti quod dictum ſuum revocaret in hoc, etiam ſi propter hoc exconmunicaret eum, non ideo reputaret ſe eſſe exconmunicatum. Item aſſerit ſe credere & tenere eſſe vera illa que frater Petrus Johannis ſcripſit in poſtilla ſuper apocalipſim de babilone meretrice magna ſedente ſuper beſtiam, per quam intelligit & exponit eſſe eccleſiam Romanam quam dicit eſſe babilonem meretricem magnam & carnalem eccleſiam. Item eandem eccleſiam Romanam ſub nomine babilonis dicit eſſe dampnandam & reiciendam & exterminandam à Chriſto in iſto ſexto ſtatu eccleſie quem dicit nunc eſſe, & dicit eccleſiam ſpiritualem eſſe incipiendam & reformandam rejecta eccleſia carnali, ſicut vetus ſynagoga Judeorum fuit rejecta à Chriſto incipiente euangelio Chriſti & ſtatu eccleſie primitive.

¶ Prefatus frater P. Dominici perſeverans in predictis erroribus & in fuga captus & deprehenſus in judicio ſepius requiſitus quod predictos errores omnes & ſingulos revocaret per duos menſes & amplius obſtinatus in eis revocare penitus recuſavit. Tandem vero III°. Kalendas Junii conſtitutus in judicio recognovit ſe predictos errores omnes & ſingulos tenuiſſe & credidiſſe, & tunc dixit ſe velle penitere & abjurare & revocare errores & opiniones erroneas in predictis, unde in judicio conſtitutus coram inquiſitore Tholoſano abjuravit omnem errorem & omnem hereſim & ſpecialiter omnes & ſingulos articulos ſupra ſcriptos continentes aliquem errorem vel aliquam hereſim in toto vel in parte. Juravitque parere mandatis eccleſie ſub pena de jure debita relapſis in hereſim in judicio abjuratam.

¶ Poſtmodum vero prefatus Petrus Dominici confingens ſe alienatum à ſenſu predictam ſectam & hereſim ejusdemque ſecte devios ſectatores laudans illos quos prius condempnatos per eccleſie judicium tanquam hereticos audiverat & ſciebat eorumque nomina memoriter retinebat auſus eſt conſcribere in letania quam manu propria ſcripſit inter ſanctos martires & virgines ac confeſſores more eccleſiaſtico, letaniam dicendo nunc alte nunc demiſſe, dampnatorum hominum oraciones & ſuffragia pluribus vicibus & multo tempore inplorando ex devocione quam ad ipſos conceperat & habebat, & credebat eorum oraciones ſibi valere apud Deum ſicut in judicio conſtitutus aſſeruit medio juramento, & letaniam ipſam in qua prefatorum dampnatorum hominum nomina manu ſua conſcripſerat numero circiter ſeptuagin-

ta coram inquiſitore perlegit perlectamque ab eodem inquiſitor habuit & recepit, quod non eſt dubium prefatum Petrum Dominici ex approbati à ſe prius conſequencia id feciſſe.

¶ Et quoniam prefatus Guilielmus Ruffi & Petrus Dominici predictus poſtquam *Sentencia.* alias confeſſi fuerant ſe commiſiſſe in crimine hereſis & in erroribus & opinionibus erroneis beguinorum predictorum, promiſerantque atque juraverant parere mandatis eccleſie & inquiſitorum & abjuraverant omnem hereſim in judicio, fuerantque abſoluti à ſentencia exconmunicacionis lata à canone contra tales, ex tunc tanquam canis ad vomitum redeuntes culpis veteribus novas addere non verendo deprehenſi ſunt iterum ſicut ſupra premittitur conmiſiſſe, prefatus Petrus Dominici in abjuratos errores relabendo, & prefatus Guilielmus Ruffi favorem inexcuſabilem inpendendo & dogmatiſacionem erroneam prefate mulieri faciendo, per hoc ſe falſo & 199. ficte converſos & inpenitentes ac perjuros & de tam enormi crimine ſe incorrigibiles oſtendendo, omnique gracia & audiencia tanquam relapſi in hereſim fecerint ſe indignos, ita quod promiſſionibus & juramentis ſuis nulla ſit fides de cetero adhibenda. Idcirco nos prefati inquiſitor & vicarii ac conmiſſarii de multorum bonorum ac peritorum in utroque jure ac religioſorum virorum maturo conſilio prehabito diligenti habentes pre oculis ſolum Deum & orthodoxe fidei puritatem, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſedentes pro tribunali die & loco preſentibus ad audiendum diffinitivam ſentenciam prefatis Guilielmo Ruffi & Petro Dominici peremptorie aſſignatis dicimus & per diffinitivam ſentenciam in hiis ſcriptis pronunciamus & declaramus ipſos eſſe relapſos in hereſim à ſe in judicio abjuratam, & cum eccleſia ulterius non habeat quid faciat pro ſuis demeritis contra ipſos, Idcirco eosdem tanquam relapſos relinquimus brachio & judicio curie ſecularis, affectuoſe rogantes prout ſuadent canonice ſancciones venerabilem & diſcretum virum dominum Johannem Marchi judicem majorem domini noſtri regis & locum tenentem domini ſeneſcalli Tholoſe ac tenentes locum vicarii Tholoſani & alios judices & curiales domini regis hic preſentes quatinus citra mortem & membrorum mutilacionem circa ipſos ſuam ſentenciam ac judicium moderentur. Volumus autem & mandamus quatinus prefatis Guilielmo Ruffi & Petro Dominici, ſi digne pecierint & vere penituerint, ſacramentum penitencie & euchariſtie concedantur.

Lata fuit hec ſentencia in preſenti ſermone, anno die & loco preſentibus teſtibus & notariis quibus ſupra.

Culpe & ſentencia duorum beguinorum hereticorum.

IN nomine Domini amen. Quoniam nos frater Bernardus Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis in regno Francie per ſedem apoſtolicam deputatus, & Raymundus bernardi de ſancta Arthemia canonicus Rivenſis vicarius generalis, & Guilielmus Rocherii archipresbiter & officialis Rivenſis conmiſſarius in hac parte reverendi in Chriſto patris domini B. Dei gracia Rivenſis epiſcopi, invenimus per inquiſicionem que facta eſt & fit generaliter contra omnes infectos aut ſuſpectos aut notatos de heretica pravitate, nec non contra errores ac opiniones erroneas tam ſciſmaticas quam hereticas quorundam qui ſe dicunt fratres de ordine penitencium apellato, & profitentur ut aſſerunt terciam regulam ſancti Franciſci cum publico inſtrumento, & portant diſtinctum habitum, & in provincia Narbonenſi & Tholoſana beguini vulgariter apellantur, extollentes ſe adverſus ſanctam Romanam eccleſiam & apoſtolicam ſedem, & contra poteſtatem ac primatum domini noſtri pape, & contra poteſtatem clavium eccleſie, ac etiam contra ſanam doctrinam ſcripture ſacre, quam Romana ſervat & docet eccleſia. Nec non per confeſſionem & aſſercionem factam in judicio legitime nobis conſtat, quod Petrus hoſpitalis qui alias faciebat ſe cognominari Chriſtiani, filius quondam Raymundi hoſpitalis, oriundus de monte peſſullano, captus & deprehenſus apud cariacum Rivenſis

dyo-

dyoceſis, olim alias captus fuit pro facto beguinorum in Narbona & detentus in carcere domini archiepiſcopi Narbonenſis, & confeſſus in judicio coram vicariis prefati domini archiepiſcopi Narbonenſis coram quibus ſimul & religioſo viro fratre Johanne de belna inquiſitore carcaſſonenſi heretice pravitatis in judicio abjuravit omnem errorem & hereſim, & prius revocaverat in judicio articulos quos confeſſus fuerat ſe credere & tenere circa factum & opiniones erroneas beguinorum, pro quibus fuit poſtmodum in ſermone publico facto Narbone per eundem dominum archiepiſcopum Narbonenſem & prefatum inquiſitorem Carcaſſonenſem penitenciatus & punitus judicialiter. Coram quibus etiam ibidem in judicio omnem errorem & hereſim abjuravit, fueruntque ſibi inpoſite & injuncte per ipſos cruces de filtro crocei coloris ad portandum in veſtibus ſuis, & alique peregrinaciones in penitenciam pro hiis que confeſſus fuerat ſe conmiſiſſe in facto ſeu in opinionibus erroneis beguinorum, de quibus tunc aſſeruit ſe penitere, & dictas cruces recepit nomine penitencie & portavit. Poſtmodum vero penituit & doluit, quia revocaverat illa que confeſſus fuerat ſe credere & tenere, & quia dictas cruces nomine penitencie ſuſceperat, easque depoſuit temeritate propria per ſe ipſum, dicens ſe credere quod quanto plus eas portaret tanto amplius hoc eſſet in Dei vituperium & offenſam, & quod illi qui eas ſibi inpoſuerunt inponendo & ipſe qui eas ſuſcepit in ſuſcipiendo & portando Deum graviter offenderunt. 199.b.

¶ Predictus Petrus hoſpitalis poſtquam confeſſus fuerat in judicio, & poſtquam abjuraverat omnem hereſim & dixerat ſe penitere ſuper illis que confeſſus fuerat ſe credidiſſe, & ea revocaverat, & ſuſceperat penitenciam pro eiſdem dictamque penitenciam dimiſerat & abjecerat contra proprium juramentum, ex tunc deprehenſus eſt in fuga cum quibuſdam aliis conplicibus & ſectatoribus ejuſdem dogmatis & erroris. Et examinatus in judicio confeſſus eſt ſe credere & tenere quod illa conſtitucio decretalis ſeu declaracio quam dominus Johannes papa XXII^us fecit ſuper regula ſancti Franciſci per quam concedit fratribus minoribus quod ad arbitrium prelatorum dicti ordinis poſſint congregare bladum & vinum pro vite fratrum neceſſariis, & reponere & conſervare in granariis vel cellariis in conmuni ad ſuum uſum, falſa eſt & iniqua & in deſtructionem euangelice paupertatis, & idem papa erravit in hoc & facit errare fratres minores, & ſi hoc ipſum pertinaciter & obſtinate ſuſtineat ex hoc ipſo hereticus eſt effectus, & ipſe Petrus hoſpitalis eumdem papam reputat eſſe hereticum. Item omnes illos qui ſcienter conſenſerunt in dicta conſtitucione ſeu declaracione & in hoc pertinaciter perſeverant ipſe reputat & credit eſſe hereticos, ſive ſint cardinales ſive prelati alii ſive etiam fratres minores. Item quod idem dominus papa ex eo quia factus eſt hereticus dictam conſtitucionem faciendo papalem perdidit poteſtatem, hoc tamen adjecto, ſi de jure eſt vel ſit quod papa factus hereticus papalem perdat poteſtatem ipſo jure. Item quod ipſe Petrus non reciperet à prefato domino papa abſolucionis & penitencie ſacramentum, nec reputaret ſe eſſe abſolutum ſi confiteretur eidem peccata ſua & abſolveret eum, ſi tamen ita ſit de jure quod papa factus hereticus non poſſit alium abſolvere à peccatis. Item credit & aſſerit ſe credere quod idem dominus papa vel prelati alii qui pertinaciter conſentiunt in illa decretali non poſſint ipſum nec alios exconmunicare, nec ipſe reputaret ſe eſſe exconmunicatum ſi exconmunicarent eum, ſi tamen ita ſit de jure quod papa factus hereticus aut epiſcopi facti heretici non poſſint exconmunicare. Item credidit & adhuc credit Romanam eccleſiam nunc non habere papam, ſet credit vacare papatum, quia licet dominus Johannes papa XXII^us qui nunc eſt à principio fuerit verus papa, tamen modo non eſt nec fuit ſet deſiit eſſe papa ex quo fecit dictam conſtitucionem, & perſeveravit & adhuc perſeverat eam pertinaciter ſuſtinendo. Item non credit quod prefatus dominus papa poſſit facere aliquos prelatos, & ſi faceret ipſe non crederet eos eſſe prelatos. Item credidit & adhuc credit & reputat eſſe hereticum omnem hominem qui dicit & credit quod Chriſtus & apoſtoli habuerint aliquid ſeu aliquas divicias in proprio vel conmuni. Item credidit & credit & aſſerit ſe credere & tenere quod illi IIII^or fratres minores 200.

qui fuerunt apud Maſſiliam per judicium inquiſitoris heretice pravitatis à IIII° annis citra tanquam heretici condempnati, ac etiam illi beguini ſeu fratres de tercia regula ſancti Franciſci qui fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium prelatorum & inquiſitoris carcaſſonenſis heretice pravitatis in diverſis locis in provincia Narbonenſi tam Narbone quam bitterris quam in dyoceſi Agathenſi quam in dyoceſi Magalonenſi vel etiam alibi à tribus & à duobus & ab uno annis citra, quorum multos ipſe novit & vidit, & cum aliquibus ex eis converſatus fuit, quod ipſi fuerunt & erant & ſunt catholici, & ſunt etiam martires ſancti paſſi pro ſuſtinenda vita Domini Jeſu Chriſti, & ſunt coram Deo in paradiſo, non obſtante contrario judicio eccleſie quo fuerunt pro ſuis erroribus heretici judicati. Item credit & aſſerit eſſe hereticos omnes illos, qui condempnaverunt predictos eſſe hereticos, adiciens quod niſi penituerint eternaliter dampnabuntur. Item quod ipſe ab aliquo illorum qui condempnaverunt predictos nullum reciperet ſacramentum, quia reputat eos eſſe hereticos. Item quod quicunque frater minor factus epiſcopus tenetur & ſemper eſt obligatus ad ſervandum votum paupertatis à ſe prius factum ſecundum regulam ſancti Franciſci & ſecundum perfectionem votorum euangelicorum epiſcopali dignitate vel ordine non obſtante. Item credit & aſſerit ſe credere & tenere quod nullus papa poteſt caſſare nec diſconfirmare regulam ſancti Franciſci nec ordinem fratrum minorum, nec etiam tercium ordinem ſancti Franciſci nec tollere de medio ordinum aliorum, & idem credit & aſſerit de aliis ordinibus & regulis quod papa non poſſit facere ſecundum Deum. Item quod papa non poteſt ſecundum Deum diſpenſare quod fratres minores aut fratres de tercia regula ſancti Franciſci qui voverunt paupertatem tenere poſſint per ſe ipſos pecuniam contrectare, aut quod portent habitus magnos latos & precioſos, quia faciendo predicta aut diſpenſando in predictis faceret contra regulam euangelicam, quam dicit eſſe regulam ſancti Franciſci, & peccaret diſpenſando, & etiam fratres tali diſpenſacione utendo. Item credit & aſſerit quod antichriſtus & ejus perſecucio erit & fiet infra breve tempus, ſet de tempore determinato dicit ſe non eſſe certum, opinatur tamen quod erit infra annos XIIII. conſumpmata, ſet de hoc & de aliis que frater P. Johannis Olivi de ordine fratrum minorum, quem vocat ſanctum patrem, ſcripſit in poſtilla ſua ſuper apocalipſim de antichriſto & de tempore antichriſti credit ſicut ille ſcripſit. Item aſſerit ſe credere quod dominus papa Johannes XXII^us^ qui nunc eſt, quem tamen non reputat eſſe papam, eſt ille miſticus antichriſtus de quo ſcripſit prefatus frater Petrus Johannis in poſtilla predicta, qui miſticus antichriſtus precedit & preparat viam antichriſto magno, quia perſequitur vitam pauperem & humilem Chriſti perſequendo illos de ordine tercio ſeu de tercia regula ſancti Franciſci. Item quod majoris perfeccionis eſt ipſis beguinis ſeu fratribus de tercia regula ſancti Franciſci vivere mendicando quam vivere de labore manuum ſuarum, quamvis non laborent in euangelio Chriſti nec in verbo Dei predicando. Item quod tota doctrina & tota ſcriptura fratris Petri Johannis Olivi de ordine fratrum minorum tam in poſtilla ſuper apocalipſim quam alibi eſt fidelis & catholica, de qua poſtilla audivit ipſe pluries legi etiam plus quam xxx. vicibus in vulgari, & plura ſe audiviſſe & retinuiſſe recognovit, & ſpecialiter quod frater Petrus Johannis exponit in dicta poſtilla Ro-
200.b. manam eccleſiam eſſe illam babilonem magnam meretricem ſedentem ſuper beſtiam quam ſanctus Johannes deſcribit in apocalipſi. Item eandem Romanam eccleſiam, quam dicit eſſe eccleſiam carnalem, dicit eſſe terminandam & reiciendam à Chriſto in iſto ſexto ſtatu eccleſie in quo nunc ſumus, ſicut fuit terminata & rejecta ſynagoga Judeorum in adventu Chriſti, exceptis electis qui liberabuntur, per quos fundabitur ſancta eccleſia. Item quod ſi aliquis papa condempnaret dictam poſtillam aut ſcripturam aut doctrinam ipſe non reputaret eam condempnatam, nec alicui pape in hoc obediret, nec reputaret ſe exconmunicatum ſi propter hoc exconmunicaretur per aliquem papam. Item ſi papa vel alii epiſcopi ſeu prelati quicunque exconmunicarent eum niſi revocaret & abjuraret ea que confeſſus eſt ſe credere & tenere, quod ipſe non revocaret nec abjuraret ea nec reputaret ſe exconmunicatum,

tum, ſi propter hoc exconmunicaretur per eos. Item credit & aſſerit quod ipſe & alii de predicto tercio ordine ſeu tercia regula ſancti Franciſci, qui credunt illa que ipſe confeſſus eſt ſe credere & tenere, & etiam alii qui non ſunt de dicto ordine ſet tamen credunt eadem ſicut ipſe credit, & alii ſibi ſimiles & conplices ſunt fideles & catholici, & ſunt de eccleſia Dei. Omnes autem alii quicunque ſint qui non credunt eadem, & qui tenent contrarium illorum que ipſe & alii ſui conſimiles credunt & tenent, ſunt heretici & infideles, & non ſunt de eccleſia Dei ſi in hoc obſtinate & pertinaciter perſeverent. Item recuſavit & recuſat jurare in judicio de veritate dicenda niſi ſolum de articulis fidei & eccleſie ſacramentis, & quod non revelaret nec detegeret ſuos conplices ſibi conſimiles aut credentes, dicens quod prelati & inquiſitores perſequebantur eos contra veritatem, ut eam abnegarent, & quod dicta perſecucio erat contra veritatem & contra Deum, & in dampnacionem animarum ipſorum perſequencium, nec aliquem voluit revelare, propter quod fuit exconmunicatus in ſcriptis, dictamque exconmunicacionem parvipendens aſſerit quod non reputat ſe propter hoc exconmunicatum.

¶ Item per confeſſionem factam in judicio legitime nobis conſtat, quod Petrus guiraudi filius quondam Johannis guiraudi de ginhaco dyoceſis bitterrenſis portans habitum ad modum beguini de bruno ſive mantello dicens ſe eſſe de penitencia ſervans ritum vivendi beguinorum captus & deprehenſus cum Petro hoſpitalis & Petro Dominici beguinis de tercia regula ſancti Franciſci fugitivis apud caniacum Rivenſis dyoceſis in judicio recognovit & confeſſus fuit quod ipſe alias captus fuit pro facto beguinorum tanquam ſuſpectus de erroribus ipſorum cum quibusdam aliis beguinis quos in confeſſione ſua nominat apud lodonam, fuitque detentus in carcere domini epiſcopi aliquibus ſeptimanis tanquam ſuſpectus de erroribus beguinorum, & de dicto carcere clam exiit & aufugit.

¶ Predictus Petrus guiraudi in judicio requiſitus quod juraret plenam & meram dicere veritatem ſuper facto hereſis & erroribus beguinorum moderni temporis, & quod ſuos conplices & credentes errores conſimiles detegeret & revelaret noluit jurare ſimpliciter & abſolute ſub tali forma, dicens quod non intendebat jurare nec ſe juramento obligare ad dicendum aliquid quod eſſet contra ſuam conſcienciam & in dampnum proximi, & expoſuit hoc eſſe ſi ſuos conplices & ſocios aut conparticipes coram inquiſitoribus revelaret. Item aſſerit ſe credere & tenere pertinaciter quod dominus papa non poteſt mutare vel caſſare regulam ſancti Franciſci nec ordinem fratrum minorum, nec tercium ordinem ſancti Franciſci tollere de medio ordinum aliorum. Item non poteſt facere quod aliqui fratres minores ſint de aliquo alio ordine ubi habeant aliquas divicias in conmuni, quin ſemper remaneant obligati ad ſervandum votum paupertatis ſecundum regulam ſancti Franciſci, videlicet quod nichil habeant in proprio vel conmuni. Item quod dominus papa Johannes XXII^us^ fecit injuſte quando tradidit in poteſtatem prelatorum ordinis fratrum minorum illos fratres minores qui tenebant tunc conventum Narbone & bitterris, qui dicebant ſe velle ſervare paupertatem & puritatem regule ſancti Franciſci, de quibus fratribus dicit quod quatuor fuerunt poſtmodum apud Maſſiliam à IIII^or^ annis citra condempnati tanquam heretici per judicium inquiſitoris heretice pravitatis. Item aſſerit ſe credere fuiſſe & eſſe fideles & catholicos & ſuſtinuiſſe martirium pro veritate regule ſancti Franciſci predictos IIII^or^ fratres minores, non obſtante judicio quo fuerunt tanquam heretici condempnati. Item credit & aſſerit eſſe juſtos & catholicos & ſanctos martires illos beguinos de tercio ordine ſeu de tercia regula ſancti Franciſci, qui à tribus & à duobus & ab uno annis citra fuerunt condempnati tanquam heretici per judicium prelatorum & inquiſitoris heretice pravitatis in diverſis villis ſeu locis in provincia Narbonenſi, quorum aliquos ipſe novit & vidit, & fuit cum eis aliquociens converſatus, quos in confeſſione ſua nominat. Item credit eſſe infideles & hereticos epiſcopos ſeu prelatos & inquiſitores qui condempnaverunt predictos beguinos tanquam hereticos, & etiam illos qui in predicta condempnacione dederunt conſilium, ſi in hoc pertinaciter perſeverant. Item quod

201.

dominus papa Johannes xx^us qui nunc eſt erravit & factus eſt infidelis & hereticus, ſi ſcivit confeſſiones predictorum beguinorum, ſi de ſua ſciencia & conſenſu fuerunt tanquam heretici condempnati, & ſi in hoc pertinaciter perſeverat & vult quod alii perſeverent. Item credit eſſe hereticos omnes illos qui perſecuntur aut perſecuti ſunt illos fratres minores qui dicebant ſe velle tenere & ſervare puritatem regule ſancti Franciſci, & etiam omnes illos qui perſecuntur predictos beguinos de tercio ordine ſancti Franciſci aut qui condempnaverunt eos aut qui conſenſerunt in condempnacionibus eorundem, & omnes tales niſi penituerint dampnabuntur. Item eccleſiam Dei dicit & credit eſſe congregacionem fidelium, cujus caput eſt Chriſtus. Dicit autem ſe credere & tenere eſſe fideles & catholicos & eſſe de numero & congregacione fidelium iſtius eccleſie illos fratres beguinos de tercio ordine ſancti Franciſci qui à tribus & à duobus & ab uno annis citra fuerunt tanquam heretici condempnati per judicium prelatorum & inquiſitorum heretice pravitatis in provincia Narbonenſi, & etiam omnes illos qui credunt & tenent illa que ipſe Petrus guiraudi confitetur ſe credere & tenere. Item dicit ſe dubitare utrum dominus papa qui nunc eſt & cardinales & alii prelati & inquiſitores qui condempnaverunt predictos beguinos aut conſenſerunt in condempnacionibus eorundem ſint de congregacione fidelium, an omnino ſint extra eccleſiam Dei. Item dicit ſe dubitare utrum papa qui nunc eſt & alii prelati qui predictos beguinos condempnaverunt perdiderint poteſtatem conferendi ſacramenta, & an ipſe reciperet ſacramentum penitencie ab eisdem, & an reputaret ſe abſolutum vel exconmunicatum ſi ipſi abſolverent vel exconmunicarent eum, & hoc conmittit eccleſie Dei, intelligendo eccleſiam Dei ſicut ſupra expoſuit. Item aſſerit ſe credere firmiter, omnes illos qui credunt & tenent contrarium quicunque ſint ſive papa ſive cardinales ſive epiſcopi ſive prelati alii ſive religioſi ſive clerici ſive layci, reputat & credit eſſe veros hereticos ſi in hoc pertinaciter perſeverent, & ſi tenentes contrarium perſecuntur. Item aſſerit ſe
201.b. credere quod papa non poteſt diſpenſare in voto virginitatis vel caſtitatis facto Deo cum pleno conſenſu cordis, quantumcunque votum illud ſit ſimplex & non ſollempne quod talis perſona poſſit contrahere matrimonium in aliquo caſu, quantumcunque ſequeretur inde magnum bonum conmunitatis, ſicut eſſet reformacio pacis unius provincie vel unius regni, vel converſio tocius gentis unius regni ad fidem Chriſti. Item idem aſſerit de voto paupertatis ſicut de voto virginitatis vel caſtitatis. Item aſſerit ſe credere quod conſtitucio ſeu declaracio facta per dominum papam Johannem xxii. per quam concedit fratribus minoribus quod poſſint habere bladum & vinum in conmuni non eſt facta juſte nec ſecundum Deum. Item aſſerit ſe credere quod majoris perfectionis eſt vivere de mendicitate quam de labore manuum, ſicut aſſerit quod probat hoc frater P. Johannes Olivi per aliquas raciones in tractatu de mendicitate, quem vocat ſanctum patrem & ſanctum doctorem. Item habuit & tenuit pro reliquiis de oſſibus illorum beguinorum qui fuerunt apud lunellum per judicium epiſcopi magalonenſis & inquiſitoris Carcaſſonenſis tanquam heretici condempnati. Item credit quod illi fratres minores qui fuerunt apud Maſſiliam, & illi beguini qui fuerunt in provincia Narbonenſi à iiii^or annis citra per judicium prelatorum & inquiſitores heretice pravitatis tanquam heretici condempnati poſſunt eum juvare apud Deum, & ipſorum oraciones & ſuffragia tanquam ſanctorum martyrum implorat & multociens imploravit, & vidit ſcripta eſſe nomnia aliquorum ex ipſis, & dies in quibus fuerunt condempnati & conbuſti, per aliquos qui habebant devocionem ad eos, ſicut ad ſanctos. Item aſſerit quod ſcriptura & doctrina fratris Petri Johannis eſt vera & catholica, & ſi dominus papa qui nunc eſt condempnaret eam non reputaret eam comdempnatam, aſſerens ſe credere quod nullus papa catholicus condempnaret eam, quamvis recognoverit ſe multa audiviſſe legi in ea de Romana eccleſia que falſa ſunt & erronea. Item predictum fratrem Petrum Johannis credit & aſſerit firmiter ſe credere eſſe ſanctum, quamvis non canonizatum. Et interrogatus de ſancto Ludovico confeſſore canonizato per eccleſiam, ſi reputat eum ſanctum, noluit hoc ſimpliciter confiteri, ſet dixit quod hoc credebat

ſi-

ſicut eccleſia Dei, intelligens eccleſiam Dei eſſe ſicut expoſuit ſupra. Item illa, que prelati & inquiſitores dicunt & reputant eſſe errorem & hereſim in predictis ſeu in aliquo predictorum, ipſe Petrus guiraudi reputat & aſſerit eſſe veritatem, & in eis pertinaciter perſeverat. ¶ Predictos articulos continentes errores & hereſim manifeſtam lectos prius intelligibiliter in vulgari predicti Petrus hoſpitalis ac Petrus guiraudi ab annis tribus citra tenuerunt & adhuc tenent & aſſerunt, nec ab eis volunt reſilire, nec eos abjurare, quamvis ad hoc per ſex menſes & amplius ex quo capti fuerunt & deprehenſi in eisdem fuerint expectati, & à nobis ac à pluribus aliis religioſis & peritis viris fidei zelatoribus & ſalutis ipſorum ſepius & multis modis fuerint invitati & admoniti & exortati. Demumque per nos canonice moniti quod ab eisdem erroribus reſilirent eosque penitus abjurarent facere noluerunt, ſet recuſant omnino animis induratis, quamvis eisdem per nos dictum & oſtenſum ac declaratum fuerit quod error eſt & hereſis manifeſta denegare poteſtatem Romani pontificis vicarii in terris Domini Jeſu Chriſti declarandi ac interpretandi & moderandi regulam beati Franciſci confeſſoris & quamcunque aliam, & tollendi ejusdem beati Franciſci ordinem & quemcumque alium de medio ordinum aliorum ex ſue plenitudine poteſtatis, una 202.
eſt ſiquidem ſancta univerſalis apoſtolica atque Romana eccleſia, que non humana preſumpcione ſeu poteſtate nititur, ſet divina & prorſus inconmutabili auctoritate fundatur, cujus egregium primatum ſi quis impie docendo negat, non ſolum criminoſus aut ſciſmaticus eſſe convincitur, ſet hereticus impietatis ſue merito divina etiam atque humana racione & auctoritate cenſetur, quia peccatum paganitatis incurrit quisquis dum ſe Chriſtianum aſſerit ſedi apoſtolice obedire contempnit. Cui inter cetera dona hoc divina largicione conceſſum eſt ut inmenſa poteſtas quam ei in apoſtolorum principe Petro Chriſtus indulſit ſic per legitimam Romanorum pontificum ſucceſſionem illibata decurrat, ut illam uſque ad finem ſeculi nec perfidia maculet nec adulterini paſtoris pontificium interrumpat. Item dicunt & pertinaciter aſſerunt profeſſos beati Franciſci regulam non eſſe aſtrictos ad obediendum Romano pontifici in ſuis declaracionibus ſeu interpretacionibus factis circa eamdem regulam aut ejus obſervanciam, quoniam ut ajunt ipſa regula euangelium Chriſti eſt, & qui in ejus intellectu ſeu obſervacione deficiunt procul a fide & Chriſti euangelio ſeparantur, eamdem regulam Chriſti euangelio coëquantes, preceptaque ac diffinicionem Romani pontificis contempnentes animo pertinaci. Non attendentes inſenſati quod ſi predicta regula beati Franciſci Chriſti euangelium eſt, aut quinque euangelia ponuntur aut abrogatis 1111or prioribus novum unum euangelium predicatur, que omnia impia ſunt & Chriſtiane fidei inimica. Euangelium itaque Chriſti ſancta univerſalis atque Romana eccleſia propter eminentiſſimam ejus auctoritatem nec mutat nec corrigit nec confirmat, ſet veneranter ſuſcipit, & ſuaviſſimo illius jugo prompte obedientie colla ſubmittit, regule vero predicte omnis tenor & vigor ſic à Romane ſedis poteſtate manat ut nulla ſit ejus auctoritas que ab indulgencia ſummi pontificis non decurrat. Igitur non eſt beati Franciſci regula ſanctum euangelium, ſet eſt quedam ſpiritualis vite laudabilis & egregia forma à Romanis pontificibus approbata & confirmata ipſorum declaracioni mutacioni & omnimode diſpoſicioni ſubjecta, que ſanctum euangelium obſervari precipit, non ſicut illud ſervat cetera multitudo fidelium, ſet ſicut in ipſa regula invenitur expreſſum, quod beatus Franciſcus prudenter attendens regulam ſuam nequaquam euangelium eſſe dixit, ſet ut ſanctum euangelium eminencius à ſuis imitatoribus & regule ſue profeſſoribus ſervaretur, preceptis euangelicis tria vota obediencie caſtitatis & paupertatis voluntarie in ipſa regula expreſſa conjunxit, que preſentibus & futuris ſervanda mandavit. Erroneum eſt itaque predictam regulam aut quamcunque aliam Chriſti euangelio coëquare, & ſentire quod facere contra regulam predictam declarando interpretando ſeu mutando ſit facere contra fidem & euangelium Domini Jeſu Chriſti. Ad hec prefati temerarii impie aſſeverant Romanum pontificem & cardinales & prelatos & inquiſitores heretice pravitatis & quoscunque alios oberrare & eſſe hereticos in eo quod perſecuntur ſecte hujusmodi

di

di ſectatores. Illosque eſſe martires predicant & affirmant, eorumque imploranr ſuffragia ut ſanctorum & reliquias oſſium venerantur & ſecum ſervant qui pro cauſa hujusmodi paciuntur & morti ſe exponunt, eligentes mori pocius quam à predictis erroribus reſilire. Ex quibus profecto defenſores hereticorum in crimine & ſectatores hereſis ipſorum convincuntur & credentes erroribus eorundem pro quibus fuerunt tanquam heretici condempnati, & tales conſequenter tanquam heretici
202. ſunt cenſendi. Inpudenter quoque & inſipienter garriunt, venerabiles eccleſie Dei epiſcopos aliosque miniſtros ſic jurisdictionis & ordinis poteſtate & auctoritate deſertos, quia eorum veſaniam non ſecuntur ſet juſto judicio perſecuntur, ut nec ſentencias ferre nec ſacramenta conferre valeant, illos fingentes omni eccleſiaſtica poteſtate privatos quos à ſua perfidia viderint alienos, quia apud ipſos ſolos ut ipſi ſompniant ſicut ſpiritualis vite ſanctitas ſic auctoritas perſeverat, in qua re Donatiſtarum ſecuntur errorem. Manet igitur & usque ad finem ſeculi permanebit apud Romanum pontificem ſumma auctoritas inmenſa poteſtas, quam ſicut gratis accepit ſic in eos quos in partem ſollicitudinis evocat in unitate fidei & Romane ſedis obediencia permanentes benigne refundit. Inſuper doctrinam fratris Petri Johannis in expoſicione ſuper apocalipſim ſic approbant & defendunt eſſe veram catholicam & fidelem ut in hoc non velint acquieſcere judicio aut ſentencie ſeu diffinicioni Romani pontificis, aſſeverantes quod ſi eam condempnaret ejus condempnacioni ſeu reprobacioni nullatenus aſſentirent. Cum tamen in dicta expoſicione ſuper apocalipſim inveniantur plures articuli continentes hereſes & errores, qui judicati ſunt heretici ex ſentencia & judicio examinacione previa diligenti octo magiſtrorum in theologica facultate, qui auctoritate & mandato domini pape ad examinandum eandem fuerunt poſiti & proviſi. Multa ſunt alia que iſti preſumptuoſi homines de curſu temporum & fine ſeculi ſompniant, que de antichriſti adventu quem jam inſtare aſſerunt flebili vanitate divulgant, que omnia quia partim heretica partim inſana partim fabuloſa eſſe dinoſcuntur dampnanda pocius cum ſuis actoribus quam ſtilo perſequenda cenſenda ſunt, quia nec racione vigent nec auctoritate conſtant nec aliqua veri ſimilitudine fulciuntur. In hujusmodi doctrinis variis & peregrinis ſepe nominati homines ſimplicium corda blandis fictisque ſermonibus & ſimulate humilitatis pretextu & habitu attrahere moliuntur. Igitur quia dignum eſt ut adverſus illos eccleſiaſtica cenſura conſurgat qui poteſtatem apoſtolicam prophanis vocum novitatibus & impiis aſſercionibus lacerando conculcant, & quandam eccleſiam eſſe confingunt quam conſiſtere dicunt in congregacione ſui & ſuorum ſibi ſimilium dampnatorum, Romanam vero eccleſiam dicunt eſſe illam babilonem meretricem magnam quam Johannes in apocalipſi deteſtatur, applicantes ad hoc expoſicionem reprobam & hereticam prefati Petri Johannis ſuper apocalipſim quem ſanctum patrem & magnum doctorem nominant. In hiis ſe ipſos ſciſmatice manifeſte dividunt à ſancte Romane eccleſie unitate. Idcirco nos prefati inquiſitor ac vicarius & conmiſſarius, quia prenominati Petrus hoſpitalis & Petrus guiraudi in profundum malorum deſcendentes in predictorum errorum ac dogmatis pravitate perſiſtunt animis induratis, eoſdem errores procaciter & pertinaciter defendentes eisdemque inherentes mori in ipſis & pro ipſis pocius eligunt quam converti, habito ſuper premiſſis plurium bonorum ac peritorum virorum in utroque jure & religioſorum ac ſecularium maturo conſilio & tractatu Chriſti nomine invocato habentes pre oculis ſolum Deum & orthodoxe fidei puritatem, aſſiſtentibus nobis reverendis in Chriſto patribus domino Johanne divina gracia archiepiſcopo Tholoſano & domino Jacobo eadem Dei gracia epiſcopo appamienſi, ſacroſanctis Dei euangeliis poſitis coram nobis ut de vultu Dei noſtrum prodeat judicium & oculi noſtri videant equitatem, ſe-
203.b. dentes pro tribunali preſentibus die & loco ad hanc ferendam ſentenciam eiſdem peremptorie aſſignatis auctoritate qua fungimur in hiis preſentibus ſcriptis dicimus & per diffinitivam ſenteniam declaramus, predictos Petrum hoſpitalis ac Petrum Guiraudi eſſe aſſertores peſtilentes perverſorum dogmatum ac rebelles auctoritati & poteſtati apoſtolice ſedis & Romani pontificis, nec non ipſos eſſe hereticos manifeſtos,

feſtos, dictumque Petrum hoſpitalis nichilominus eſſe relapſum in hereſim à ſe prius in judicio abjuratam, eumdemque ac Petrum guiraudi predictum velut hereticos obſtinatos relinquimus brachio & judicio curie ſecularis affectuoſe rogantes prout ſuadent canonice ſancciones venerabilem & diſcretum virum dominum Johannem Marchi judicem majorem tenentemque locum domini feneſcalli Tholoſe aliosque curiales & officiales curie ut circa ipſos citra mortem & membrorum mutilacionem ſuum judicium & ſententiam moderentur.

Lata fuit hec ſentencia fueruntque facte gracie & injuncte penitencie & late diffinitive ſentencie & acta omnia alia que in preſenti ſermone ſuperius continentur. Anno die & loco & preſentibus teſtibus ſupra ſcriptis in principio hujus preſentis ſermonis.

Ego Jacobus Marqueſii rector eccleſie ſancti Petri de Anicio dyoceſis Caſtrenſis & canonicus ſancti Felicis notarius inquiſicionis preſens interfui & de mandato & juſſu prefati domini inquiſitoris recepi una cum notariis infraſcriptis & hic manu propria me ſubſcripſi & ſigno meo ſolito ſignavi. (LS)

(LS) *Ego verò Guilielmus Juliani clericus Lemovicenſis dyoceſis auctoritate apoſtolica tabellio publicus, & notarius ac juratus officii inquiſicionis Tholoſe preſens interfui, ac de mandato & juſſu prefati domini inquiſitoris recepi una cum domino Jacobo Marqueſii notario ſupraſcripto, & cum magiſtro Bernardo ſutoris de ſancto Aredio notario infraſcripto, & hec omnia manu propria ingroſſavi & ſcripſi, ſignoque meo ſolito conſignavi.*

(LS) *Ego vero Bernardus ſutoris de ſancto Aredio clericus Lemovicenſis dyoceſis notarius publicus Tholoſe, notarius ac juratus officii inquiſicionis preſens interfui, ac de mandato & juſſu prefati domini inquiſitoris recepi, una cum prefatis domino Jacobo Marqueſii & magiſtro Guilielmo Juliani notariis ſupraſcriptis & hic manu propria me ſubſcripſi, & meo ſigno ſolito conſignavi.*

¶ Acta in ſermone facto apud Appamias dominica die in feſto ſanctorum Gervaſii et Prothaſii, anno Domini m°. ccc°. xxiii°. per epiſcopum Appamienſem et inquiſitores Tholoſanum et Carcaſſonenſem. 203.b.

† Raymunda uxor B. de pujolibus de aſcon.
‡ Bernardus Lanfredi de tinhaco.
‡ Petrus Vitalis de fuxo.
‡ Raymundus Sicredi de aſcon.

Guilielmus anhanſo de tharaſcone penam carceris per annum
Arnaldus ſaninhani murum ſtrictum
} quia non portabant cruces ſibi inpoſitas.

Guilielma bequa de cauſſone murum largum
Raymunda uxor B. teſtamora de monte alione
Guilielmus Bavili de monte alione
Raymundus de Laburato de querio
Raymunda uxor Bernardi de vernaus
Raymundus Juliani de maſeriis beguinus.
} murum ſtrictum.

Dominus Amelius de rivis presbiter vicarius de hunaco murum pro carcere.

cruces & lingue:
Bernardus Catalani
Raymundus ejus filius
Poncius rocafort
} de caſtro Verduno, falſi teſtes & criminis hereſis impoſitores.

Domini Arnaldus Cortada
B^us. G^i. Serdani
} presbyteri
Guilielmus de querio clericus
} falſi delatores in crimine hereſis.

‡ Johannes verneti Clericus.
‡ Dominus alſens fabri presbiter.

Acta in ſermone apud Appamias.

CUm nos frater B. Guidonis ordinis predicatorum inquiſitor heretice pravitatis dudum citaverimus Bernardum baronis de maſeriis mirapiſcenſis dyoceſis tanquam ſuſpectum & delatum de hereſibus & erroribus beguinorum, & minime conparuerit, unde fuit per nos tanquam contumax in cauſa fidei exconmunicatus & in eccleſia ſua parochiali publice exconmunicatus denunciatus nec non per nos inquiſitorem prefatum & fratrem Johannem de belna ordinis predicatorum inquiſitorem carcaſſonenſem heretice pravitatis eundem Bernardum poſtmodum iterato publicaverimus & denunciaverimus eſſe exconmunicatum pro contumacia in cauſa fidei in ſermone publico facto apud Appamias dominica infra octabas apoſtolorum Petri & Pauli, ſub anno Domini M°. CCC°. XXII°. Nunc iterato eumdem Bernardum baronis denunciamus & publicamus eſſe exconmunicatum & contumacem ac fugitivum in cauſa fidei. Inhibentes omnibus ne cum eodem Bernardo exconmunicato participent quoquo modo, ſet tanquam talem evitent, ſet ubicunque eundem eſſe ſciverint nobis denuncient & revelent aut eundem capi faciant ſeu procurent. Actum in ſermone publico factum apud Appamias, dominica ante feſtum ſancti Johannis baptiſte, anno Domini M°. CCC°. XXIII°.

NOMINA LOCORUM

ſecundum ordinem Alphabeti.

APpamie.
Agaſſier prope garrigas.
Altum pullum.
Artigie prope maſerias dioceſis auxitane.
Aſſum.
Avinionetum.
Auriacum.
Aurinum.
Axs in ſavarteſio appamienſis dyoceſis.
Alco in ſavarteſio appamienſis dyoceſis.
Alzona ruthenenſis dyoceſis.

BAverie prope vaurum.
Baurum.
Bellum podium prope grandem ſilvam.
Bellum videre prope tauriacum.
Bolhacum prope grandem ſilvam.
Bornum prope villam Murum.
Bunhacum prope taravellum.
Burgundia.
Barcium dyoceſis auxitane.
Bellum podium prope gaudiers.

CAbanile prope ſanctum felicem.
Calidum furnum prope vaurum.
Caramannum.
Caſſeres prope ſanctum felicem.
Caſtrum mauronis.
Caſtrum novum de berbaſenchis dyoceſis auxitane.
Caſtrum ſarracenum.
Cordua albigeſii.
Comba rotgier prope grandem ſilvam.
Carcaſſona.
Cellis appamienſis dyoceſis.
Cincta gavella mirapicenſis dyoceſis.
Cardonacum prope corduam dyoceſis albienſis.

FAnum jovis.
Francar villa prope caramannum.
Ferrus prope gardam viridis folii.
Florencia auxitane dyoceſis.
Fuxum appamienſis dyoceſis.

GArda prope viride folium.
Garrigie prope vaurum.
Ginhacum biterrenſis dyoceſis.
Gaſconia prope viride folium.
Gaudos dyoceſis auxitane.
Gaure prope vaurum.
Guiraudia prope rotgerias & montem clarum

HUgones prope taravellum.
Hyſpania in civitate lucenſi.

LAntarium.
Limoſum.
Lugdunum ſalinerii in burgundia.
Lugannum prope vaurum.
Lordatum in ſavarteſio.
Ladros urgellenſis dyoceſis.

MAnſum ſanctarum puellarum.
Marciacum auxitane dyoceſis.
Marlhacum prope candelium.
Maſcar villa prope caramannum.
Maſerie dyoceſis auxitane prope caſtrum novum de barbaſenchis.
Maſuga prope marciacum dyoceſis auxitane.
Marnhacum prope montem clarum caturcenſis dyoceſis.
Merlatum prope bornum.
Meſenx prope ſanctum Sulpicium.
Mirauda auxitane dyoceſis.
Mirapiſcis ſupra tarnum.
Morovilla in parrochia de varenis.
Mora prope ſanctum ſulpicium.
Mons acutus prope ſanctum felicem.
Mons gauſio in comitatu aſcariaci.
Mons Galhardus prope bornum.
Mons albanus.
Mons Alionis appamienſis dyoceſis.
Mons aſtrugus.
Mons auſſel prope viride folium.
Mons audranus prope tholoſam.
Mons peſſulanus.
Mons regalis.
Maſerie mirapicenſis dyoceſis.

NArbona.

ORnolhacum in ſavarteſio appamienſis dyoceſis.

PAlaytz villa in caramanneſio.
Perlas appamienſis dyoceſis.
Podex prope vaurum.
Puiols prope taravellum.
Prunetum.
Pradas de alione appamienſis dyoceſis.

QUerium in ſavarteſio appamienſis dyoceſis.

RAbinia prope montem clarum.
Rapiſtagnum.
Roca ſirieyra.
Roca vidal.
Rotgieras prope montem clarum.
Ravatum appamienſis dyoceſis.

SAlyeytz prope Seguer villam.
Savardinium dyoceſis rivenſis.
Seguer villa prope caramannum.
Senilh prope aſſum & garrigas.
Serinhacum prope bellum montem.
Solada.
Soricinium.
Sulhols prope villam murum.
Sanctus anatolius:
Sancta fides prope taravellum.
Sanctus johannes de heremo.
Sanctus johannes prope viride folium.
Sanctus johannes comitalis in comitatu aſtariaci.
Sanctus papulus.
Sanctus paulus de cadajovis.
Sanctus Sulpicius.

TAravellum.
Tholoſa.
Tinhacum appamienſis dyoceſis.
Taraſco in ſavarteſio.

VAllis prope vaurum.
Vaquiers.
Varene prope bornum.
Verdunum prope granatam.
Verdunetum dyoceſis ſancti papuli.
Verlhacum.
Vertus prope rapiſtagnum.
Vienna dyoceſis auxitane.
Villa bretnier ſupra tarnum.
Villa magna prope verdunetum.
Viride folium.
Vitis in lomannia.
Villa murus ſupra tarnum.
Vernaus appamienſis dyoceſis.
Vienna ſupra rodanum.
Varelhas prope fuxum.
Vayſſis in parochia de axs.

INDEX SERMONUM.

PRimus sermo eorum qui in isto libro continentur fuit factus Tholose, anno Domini M°. CCC°. VII°. dominica prima quadragesime V°. nonas Marcii. I°.

Secundus sermo fuit factus Tholose in festo sancte trinitatis, VIII°. Kalendas Junii, anno M. CCC°. IX°. fo. tercio

Tercius sermo fuit factus Tholose, dominica in passione, nonis Aprilis, anno Domini M°. CCC°. X°. fo. XVII°.

Quartus sermo fuit factus Tholose IX°. Kalendas Maji, dominica die in festo sancti Georgii, anno Domini M°. CCC°. XII°. fo. XLIII°.

Quintus sermo fuit factus Tholose, pridie Kalendas Maji, dominica ante ascensionem Domini, anno ejusdem Domini M°. CCC°. XII°. in quo sermone pauca fuerunt acta que remanserant agenda de precedente sermone. fo. LXXXI°.

Sextus sermo fuit factus Tholose particularis, die Jovis in vigilia beati Mathei apostoli & euangeliste, XII°. Kalendas Octobris, anno Domini M°. CCC°. XIII°. in quo fuit tantummodo Petrus Raymundi de hugonibus hereticus condempnatus. fo. LXXXII°.

Septimus sermo fuit factus Tholose, dominica secunda quadragesime, nonis Marcii, anno Domini M°. CCC°. XV°. folio LXXXV°.

Octavus sermo fuit factus Tholose, ultima die mensis septembris, dominica die, anno Domini M°. CCC°. XIX°. fo. XCVII°.

Nonus sermo fuit factus carcassone contra fratrem Bernardum delicioši ordinis minorum, in quo fuit degradatus & inmuratus per duos episcopos auctoritate pape, VIII°. die Decembris, anno Domini M°. CCC°. XIX°. fo. CXXXII°.

Decimus sermo particularis fuit factus apud Corduam dominica infra octabas nativitatis beati Johannis baptiste, anno Domini M°. CCC°. XXI°. in quo fuit facta reconciliacio castri seu ville de Cordua. fo. CXXXVIII°.

Undecimus sermo particularis fuit factus Carcassone, in quo tantum fuit actum de punicione magistri Guilielmi garrici carcassone, die XIIII°. Julii, anno Domini M°. CCC°. XXI°. fo. CXLII°.

Duodecimus fermo fuit factus apud Appamias die dominica in crastino sancti Petri ad vincula, anno Domini M°. CCC°. XXI°. fo. CXLV°.

Tercius decimus sermo fuit factus apud appamias dominica infra octabas apostolorum Petri & Pauli anno Domini M°. CCC°. XXII°. fo. CXLVII°.

Quartus decimus sermo fuit factus Tholose, dominica infra octabas nativitatis beate Marie virginis, anno Domini M°. CCC°. XXII°. fo. CLXVIII°.

¶ TABULA OMNIUM PERSONARUM
Sequentis Libri.

A.

¶ *D'Agaſſier prope guarrigas.*

Bernardus de pibras ad murum—xxix°. folio.

¶ *D'Alto pullo.*

Durandus textoris eductus de muro cum †.—iiii°. folio.
Petrus Criſtolli eductus de muro cum crucibus †.—iiii^to. fo. item ad graciam de crucibus—xliii°. fo.

¶ *De Alzona Ruthenenſis dyoceſis.*

Johanninus Aymonis. clxxi°.
Helyas Aymonis. clxxi°.
Stephanus de Vineis. clxxiii°.
Johanna uxor Petri de Aragonia. clxxiii°.
Peyronella uxor Helye garini. clxxvii°.
Raymunda uxor Stephani de Vineis clxxiiii°.
Petrus Aymonis. clxxviii°.
Helias garini. clxxix°.
Stephanus garini. clxxix°.
Bartholomeus de Vineis. clxxx°.
Johanna uxor Stephani garini. clxxx°.
Huga uxor Johannis roana. clxxxi°.
Bernarda uxor Guilielmi Mathei. clxxxi°.
Agnes uxor Bartholomei de vineis. clxxxii°.
Guilielmus garini, Helys uxor ejus } defuncti conbuſti. clxxxvi°.
Huga uxor quondam Petri carroti, Martina uxor quondam Petri Aymonis } defuncte conbuſte. clxxxvi°.
Michael burgundus, Yſabe uxor ejus } defuncti conbuſti. clxxxvi°.
Petrus Michaëlis fugitivus. clxxxvii°.
Petrus Carroti fugitivus. clxxxviii°.
Johannes Carroti, Guilielma uxor ejus } fugitivi condempnati velut heretici. clxxxviii°.
Andreas garini fugitivus. clxxxviii°.
Guilielmus odeti, Stephana uxor ejus } fugitivi. clxxxix°.
Guilielma uxor Johannis Aymonis fugitiva. cxci.
Benenguda uxor Petri Michaelis, Johanna uxor Petri carroti } fugitive. cxc°.
Johannes Aymonis fugitivus. cxci°.
Ermenio uxor quondam Johannis odeti condempnata ut heretica, conbuſta. cxcv°.

¶ *D'Artigiis prope Maſerias dyoceſis auxitane.*

Stephanus burgundus Chriſtianus ad murum—cxii°. fo.
Perreta ſive Peyrona Chriſtiana uxor quondam Hugueti Chriſtiani ad murum. cxii°. f.

¶ *De Aſcone appamienſis dyoceſis.*

Phillippus ſicredi. cxlviii°.

¶ *De*

TABULA PERSONARUM.

¶ *De Appamiis.*

Guilielmus Aguaſſa clericus. CL°.

¶ *D'Aſſo.*

Raymundus de fayſſer — cum crucibus †. XVIII°. fo. Item ad gracias de †. — LXXXV°. F.
Serena uxor Raymundi de fayſſer — cum cruce †. XIX°. fo. Item ad gracias de †. — LXXXV°. F.
Petrus Raymundi de podio gilbo ad murum — XXVIII. fo.
Bruna uxor ejus ad murum. — XXVIII°. folio.
Raymunda uxor Raymundi de mamolo ‡. XLIIII°. fo.
Guilielmus ademarii ‡. — XLIIII°. folio.
Alazaytz uxor quondam Arnaldi aurioli ad peregrinaciones. — LI°. fo.
Raymundus Vaſconis ad murum. — LII°. fo. Item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F. complevit penitencias ſuas.
Bernarda Guilielma ad murum. — LII°. F.
Tholoſana fizanſa inmuranda ſi viveret. LXXIII°. F.
Johanna uxor quondam Petri Vaſconis defuncta in hereſi. — LXXV°. F.
Domus predicte Johanne ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Helis uxor Helie barbitonſoris. ‡. — LXXXVII. F. Item ad graciam de crucibus. CLXX°.

¶ *D'Avinione.*

Petrus de Naricha ad murum. — IX°. F. Item eductus de muro cum. †. — XLIIII°. F. Item ad gracias de †. — XCIX°. F.
Raymundus de Narrica. ‡. — XLIIII°. F.

¶ *D'Auriaco.*

Petrus Gauterii. †. — XIX. F. heredes habent literas.
Ayſalma uxor quondam Petri Juliani. †. — XIX°. F.
Andrena defuncta in hereſi uxor quondam Ade fabri. — XXXIIII°. F.

¶ *D'Aurino.*

Raymundus Geraldi ad murum. — LII°. F.
Petrus Geraldi ad murum. — LIII°. F. Item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F. item CLXX°. complevit penitencias ſuas ſui heredes habent literas.
Raymunda uxor Jacobi Geraldi ad murum — LIII°. F. Item educta de muro cum ‡. — XCIX°. F. item CLXX°. complevit penitencias ſuas ſui heredes habent literas.
Rixendis de more ad peregrinaciones. — LXXXVII°. F.
Jacobus Geraldi ad murum. — LXXXIX°. F. Item eductus de muro cum †. — XCIX. F. item CLXX°. complevit penitencias ſuas ſui heredes habent literas.
Eſclarmunda uxor Raymundi geraldi ad murum. — LXXXIX°. F.
Petrona uxor Petri Geraldi ad murum. LXXXIX°. F. item CLXX°.

¶ *D'Axs in ſavarteſio dioceſis appamienſis.*

Petrus Auterii notarius quondam, hereticus perfectus relictus curie ſeculari. — XL°. F.

¶ *De Axs appamienſis dyoceſis.*

Berengaria uxor Arnaldi borelli. CXLVIII°.
Fabriſſa den andorra. CXLVIII°.
Guilielma uxor Raymundi Valſiera. CXLVIII°.
Guilielmus mondoni CXLVIII°.
Veſyada den andorra. CXLVIII°.

¶ *De*

B.

¶ *De banheriis prope vaurum.*

Ademarius Petri bancheriis ad murum largum. — LV°. F. item ad murum ſtrictum XCII°. F.

¶ *De barcio.*

Guilielmus burgundus filius Tibaudi ad penitenciam arbitrariam ſine crucibus. — CI°. F.
Johanna uxor Perrini de la perga. †. CVII°. F.
Rotgerius de Caſtilho ad murum. — CXII°. F.
Tibaudus burgundus ad murum. — CXIII°. F. Item CLXX°.
Matheus filius Perreti de prato ad murum. — CXIII°. F. item CLXX°.

¶ *De bauro.*

Guilielma ſengelia ad murum. — X°. fo.

¶ *De bello podio.*

Raymunda uxor Arnaldi Maurelli ad murum. — XXIX°. fo.
Perrinus Maurelli. ‡. — XLV°. fo.
Petrus bernardi de gomeyraco. † — XLV°. Fo. Item ad graciam de †. — LXXXV°. fo.
Guilielma uxor Raymundi de gomeyraco. †. — XLV°. fo. item ad graciam de †. — LXXXV°. fo.

¶ *De bello podio prope gaudiers.*

Raymundus de buxo. CLI°.
Petrus de na bruna. CLII°.
Petrus moreſii. CLIII°.
Bernardus de na jacina. CLV°.
Raymundus Stephani de cruce. CLXIII°.
Petrus Gaſſaudi. CLXIII°.

¶ *De bello videre.*

Guilielmus petri durandi. †. — XVII°. fo. item ad graciam de †. — XLIIII°. fo.
Raymundus durandi ad murum. XXI°. fo. — item CLXX°.
Arnalda uxor ejus ad murum. XXI°. fo.
Guilielmus durandi filius Raymundi durandi ad murum. — XXI°. fo. item eductus de muro cum †. — XCIX°. fo. item CLXX°.
Bona uxor Gayſſie durandi ad murum. XXI°. fo.
Dominicus durandi baſterius ad murum. — XXIIII°. fo. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. fo. item CLXX°.
Domus Raymundi durandi ad diruendum condempnata. — XXXV°. fo.
Martina uxor Sancii Varenas. †. — LXXXVII°. fo. item ad graciam de †. — XCIX°. fo.
Petrona uxor Bernardi ferrandi. †. — LXXXVIII°. fo. item ad graciam de †. — XCIX°. fo. complevit penitencias ſuas.
Caſtellana uxor Dominici durandi baſterii ad murum — XXIIII°. fo. item educta de muro cum ‡ XCIX°. fo. item CLXX°.

¶ *De bolhaco.*

Raymundus de verduno ad murum. — VI°. F.
Guilielmus de verduno ad murum. — XIII°. F. item relapſus relictus curie ſeculari. — XXXVII°. F.
Sancius borelli ad murum. — XIII°. fo. item relapſus relictus curie ſeculari. — XXXVII°. F. item domus ejus ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Bernardus borrelli filius ejus ad murum. — XIII°. F. item relapſus relictus curie ſeculari. XXXVII°. F.
Sibilia uxor bernardi borelli, ad murum — XXIX°. F.
Paulus de verduno ‡. — XLIIII°. F. Heredes habent literam & penitus ſunt quittati.
Garſendis uxor Guilielmi de Verduno ad murum. — LIIII°. F.

Ar-

Arnaldus de verduno ad murum. — LIIII°. F.
Raymundus teulerii ad murum. — LIIII°. fo. item CLXX°.
Bona uxor dicti Raymundi ad murum. — LIIII°. F. item fo. CLXX°.
Condors uxor quondam Arnaldi Molinerii ad murum. LV°. fo. item CLXX°.
Alazayts uxor quondam Guilielmi de monte lauro ad murum. — LV°. F:
Bernarda uxor Pauli de Verduno ad murum. — LV°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°. heredes habent literam & penitus ſunt quittati.
Arnaldus Molinerii defunctus in hereſi. LXXV°. F. item domus ejus ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Dulcia uxor quondam Guilielmi de Verduno defuncta in hereſi. — LXXV°. F. item domus ejus ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Guilielmus de monte lauro defunctus in hereſi. — LXXV°. F.
Guilielmus filius Raymundi teulerii ad murum. - LV°. F. item eductus de muro cum †. XCIX°. F.
Petrus borelli filius quondam Sancii borrelli fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — CXXV°.

¶ *De borno.*

Richarda uxor quondam Guilielmi dominici hereticata in fine. — II°. F. ¶ Item domus in qua fuit hereticata ad diruendum condempnata. — II°. F.
Jacobus Mercaderii. †. — V°. F. item ad graciam de †. — XVII°. F.
Johanna uxor Raymundi Yvernati. †. V°. F. item ſi viveret inmuranda. — CXVIII°. F.
Raymundus Yvernati. †. — V°. F. item ad murum. — XCII°. F.
Raymundus barrani. ‡. — V°. F. item ad graciam de ‡. — XLIII°. F.
Raymundus dominici ad murum. — XII°. F. item relapſus relictus curie ſeculari. - XXXVI°. F.
Guilielmus de boſco filius quondam Guilielmi de boſco. CLXXII°.
Raymundus de boſco filius quondam Guilielmi de boſco. CLXXII°.
Guilielmus de bayſſanis filius Petri de bayſſanis. CLXXIII°.
Guilielma uxor predicti Raymundi dominici ad murum. — XII°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. fo. item CLXX°.
Petrus de bosco ad murum. — XII°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. fo.
Raymundus fabri eſpanhol ad murum. XII°. fo.
Guilielmus Arnaldi fabri eſpanhol ad murum. XII°. fo. item relapſus relictus curie ſeculari. XXXV°. fo.
Bernardus fabri eſpanhol ad murum. II°. ſer. XII°. fo. item CLXX°.
Vitalis de monte alto. †. — XIX°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F. & conſuevit morari apud granatam.
Arnaldus bovis ſenior ad murum. — XX°. F.
Raymunda uxor ejus ad murum. XX°. F.
Vitalis bovis ad murum. — XX°. F.
Arnaldus bovis junior ad murum. XX°. F.
Bernardus ſicardi alias cognominatus de la boyſſa ad murum. XX°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.
Bernarda uxor Arnaldi Mercaderii ad murum. — XXI°. F. item CLXX°.
Petrona ſicardi defuncta in hereſi. — XXXIIII°. F.
Guilielmus Mercaderii relapſus relictus curie ſeculari. — XXXV°. F.
Johannes de bayſſas. †. — XLIIII°. F. item ad graciam de †. — XCIX°. F.
Raymundus eſpineti junior ad peregrinaciones. — XLIIII°. F.
Petrus de bayſſas ad murum. — LIII°. F.
Petrona uxor ejus ad murum. LIII°. F.
Johanna uxor Guilielmi de boſco ad murum. — LIII°. F.
Arnalda uxor Raymundi eſpineti ad murum. — LIIII°. F.
Raymundus eſpineti ſenior inmurandus ſi viveret. LXXIII°. F.
Arnaldus ſicardi inmurandus ſi viveret. — LXXIII°. F.

Ayſalina uxor quondam Bernardi fabri eſpanhol defuncta in hereſi. — LXXV°. F.
Guilielma uxor quondam Guilielmi Arnaldi eſpanhol defuncta in hereſi. — LXXV°. F.
Ayſalina uxor quondam Guilielmi de baynaco defuncta in hereſi. — LXXV°. F.
Domus ſeu campmaſium Yſpanorum condempnatum ad diruendum. — LXXVII°. F.
Arnalda uxor Raymundi fabri eſpanhol ad murum. — XC°. F. item educta de muro cum †. XCIX°. F. item CLXX°.
Guilielma uxor quondam Guilielmi Petri Dominici in fine. — XCIV°. F.
Johannes Mercaderii fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — XCV°. F.
Arnaldus Mercaderii fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — XCV°. F.
Petrus Raymundi dominici fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus - XCV°. F. item CLXXVI°. inmuratus.
Petrus Yvernati fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — CXXVII°. F.
Johannes fabri eſpanhol fugitivus condempnatus ut hereticus. — CXXVII°. F.
Petrona uxor Petri Raymundi dominici fugitiva condempnata ut heretica. - CXXVII°. F. item CLXXVI°. inmurata.

¶ *De bunhaco prope taravellum.*

Petrus Filii junior. †. — LXXXVI°. F. item CLXX°. detentores habent literam. heredes omnes habent literam.
Arnalda uxor Petri Filii quondam, defuncta impenitens de crimine hereſis. — CXXII°. F. negativa.

¶ *De burgundia de quadam terra ſeu patria que vocatur breyſſa.*

Johannes brayſſan hereticus perfectus Valdenſis relictus curie ſeculari. — XCVI°. F.

C.

¶ *De cabanili.*

Petrus tardini ad murum. — X°. fol.

¶ *De calido furno.*

Guilielma uxor quondam Raymundi de cumba guila. †. — XVIII°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F.
Guilielma de cumba guilha ‡. — LXXXVII°. F.

¶ *De Caramagno.*

Johanna uxor Bernardi de ſilva. †. — XLV°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. fo. ſatisfactum eſt pro parte Guilielmi margualhii.

¶ *De caſſeribus.*

Petrus bertrandi textor. †. — LXXXVI°. fol.

¶ *De caſtro Mauronis.*

Navarra uxor Petri de linars. †. XLV°. fol. complevit penitencias ſibi impoſitas.

¶ *De caſtro novo de barbazenchis dioceſis auxitane.*

Johannes philiberti presbiter relapſus degradandus & poſt relictus curie ſeculari. — CXXIII°. F. item degradatus. CXXXVII°.

¶ *De caſtro ſarraceno.*

Geralda uxor Vitalis de Tholoſa inmuranda ſi viveret. — LXXIII°. F.

¶ *De Cordua.*

Bernardus operarii ſeu obrerii inmurandus ſi viveret. — XCIX°. F.
Benedictus Molinerii defunctus declaratus fuiſſe credens hereticorum erroribus dum vivebat. — CXX°. F.
Guilielmus ſalavert. ‡ — CII°. F.
Durandus boyſſa. ‡. CIII°. F.

Gui-

Guilielmus cavalerii convictus de hereſi confeſſione propria & teſtibus tanquam inpenitens de crimine relictus curie ſeculari. — CXXX°. F.
Reconſiliacio caſtri de Cordua. — CXXXIX.

¶ *De cumba rotgier.*

Arnaldus Vitalis. ‡. — XLV°. F. item CLXX°. heredes habent literam quittationis
Durandus de barrio defunctus in hereſi. — LXXV°. F.
Fabriſſa uxor quondam dicti Durandi defuncta in hereſi. — LXXV°. F. Non fuerunt confeſſi.

¶ *De Carcaſſona.*

Magiſter Guilielmus garrici. — CXLII.

¶ *De Cellis appamienſis dyoceſis.*

Arnaldus textor. CL°.

¶ *De Cincta gavella mirapicenſis dyoceſis.*

Raymundus de Antuſano beguinus. CLVII°.
Bernarda uxor ejus. CLVIII°.
Guilielmus rufi. CLIX°. item CXCVI°.
Petrus calveti. CLX°.
Maria de ſerra. CLXI°.

¶ *De Cardonaco prope corduam dyoceſis albienſis.*

Jacobus creyſſen. CLXXIIII°.

¶ *De fano Jovis.*

Yſarnus Vitalis textor ad murum. — IX°. fol. F.

¶ *De francartvilla.*

Guilielmus Girardi ad murum. LVI°. fol. item CLXX°.
Guirauda uxor ejus ad murum. LVI°. fol. item CLXX°.
Arnaldus Girardi ad murum. LVII°. fol.

¶ *De fuxo appamienſis dyoceſis.*

Berengarius eſcolani. CXLVIII°.

¶ *De ferrus.*

Petrus Gilaberti filius Vitalis Gilaberti. ‡. v°. fol. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Blanca uxor quondam Bernardi Gilaberti, ad murum. — XI°. fol.
Vitalis Gilaberti filius ejus ad murum. — XI°. fol.
Guilielma uxor Petri gilaberti junioris. †. — XLVI°. folio. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Guilielma uxor Vitalis gilaberti †. — XLVI°. fol.
Petrus Gilaberti ſenior ad murum. LVII°. fol.
Johannis Gilaberti ad murum. — LVII°. fol. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. fol. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Raymunda uxor ejus ad murum. LVII°. fol.
Bernarda uxor quondam Arnaldi gilaberti ad murum. — LVII°. fol.
Johanna filia Johannis Gilaberti ad murum. — LVII°. fol. item educta de muro cum †. — XCIX°. fol. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Guilielma uxor quondam Petri Gilaberti ſenioris defuncta in hereſi. — LXXV°. fol.
Domus Petri gilaberti ſenioris ad diruendum condempnata. — LXXVII°. fol.

¶ *De Florencia dioceſis auxitane.*

Johannes converſus de judayſmo defunctus in hereſi ſive judaiſmo. — LXXVII° fol.

G.

¶ *De Garda prope viride folium.*

Guilielmus guidonis junior fugitivus pro hereſi ut hereticus condempnatus. — LXXX°. F.
Poncius Amelii relapſus relictus curie ſeculari. — I°. F.
Raymunda uxor quondam Stephani gog ad graciam de †. IIII°. F.
Johanna uxor Raymundi Guidonis. †. — V°. fol. item ad graciam de †. — XCIX°. F.
Raymundus Guidonis ad murum. — X°. F. item eductus de muro cum † — XCIX°. F.
Guilielmus Guidonis frater ejus ad murum. — X°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.
Guilielma uxor predicti Guilielmi Guidonis ad murum — X°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F.
Navarra uxor Raymundi ſancii ad murum — XXVI°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Guilielmus Mercaderii notarius ad murum. — XXVI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Raymunda uxor dicti Guilielmi ad murum. XXVI°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Serena uxor Raymundi pellicerii †. — XLVI°. F. item ad graciam de †. — XCIX°. F.
Bernardus Guidonis juvenis ‡. — XLVI°. F. item ad graciam de ‡. — LXXXV°. F.
Raymundus pellicerii ad murum. — LVII°. F. item CLXX°.
Alazaytz uxor quondam Raymundi pellicerii ſenioris ad murum. — LVIII°. F.
Petrona uxor bernardi Amelii ad murum. — LVIII°. F.
Pros uxor Vitalis ſancii ad murum. — LXVIII°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F.
Raymundus pellicerii ſenior defunctus in hereſi. — LXXV°. F.
Domus Raymundi pellicerii ſenioris ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Raymundus ſancii relapſus relictus curie ſeculari. — LXXVIII°. F.
Aymengardis uxor quondam Guilielmi mercaderii ſenioris inmuranda ſi viveret. — CXVIII°. F.
Vitalis Guidonis fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — LXXX°. F.
Vitalis ſancii fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — LXXX°. F.

¶ *De Garrigiis.*

Petrus de ſancto Laurencio eductus de muro cum †. I°. F.
Guilielma borrella ad graciam de †. — IIII°. F.
Martinus cavalerii ad graciam de †. — IIII°. F.
Poncius eſpigati eductus de muro cum ‡. — IIII°. F. heredes habent literam quitacionis.
Johannes barrani eductus de muro cum †. — IIII°. F.
Graſida uxor Guilielmi geraldi †. — XLVI°. F.
Guilielma uxor Bernardi de pibras ad murum. LII°. F. item. CLXX°.
Condors uxor Petri raynaudi ad murum. — LVIII°. F. item educta de muro cum †. — LXXXV°. F.

¶ *De ginhaco biterrenſis dyoceſis.*

Petrus Guiraudi beguinus condempnatus ut hereticus. CC°.

De Guaſconia prope viride folium.

Johanna uxor quondam Arnaldi Vitalis de vidaloca. †. — XLVI°. F. item ad graciam de †. — XCIX°. F.
Raymunda uxor Raymundi Vitalis ad murum. — LIX°. F. item educta de muro cum †. LXXXV°. F. item ad graciam de † — XCIX°. F.

¶ *De*

¶ TABULA PERSONARUM.

¶ *De gaudone dioceſis auxitane.*

Germanus ſartor. †. — CVI°. F. item CLXX°.
Monetus. ‡. — CVI°. F. item CLXX°.
} conplevit ad arbitrium inquiſitorum.

¶ *De Granata.*

Vitalis de monte alto. †. — XIX°. F. item ad graciam de †. — LXXXVI°. F.

¶ *De Gaure.*

Raymunda uxor Guilielmi Johannis. †. — XLVI°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F. heredes habent literam quitacionis.

¶ *De Guiraudia prope rotgerias.*

Bernardus rocas ad murum. — LVIII°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.

¶ *De Hugonibus prope taravellum.* H.

Guilielmus de Hugonibus. ‡. — XIX°. F. item ad graciam de ‡. XLIII°. F.
Raymunda uxor Petri de Hugonibus. ‡. — XIX°. F.
Poncius dels ugos relapſus relictus curie ſeculari. XXXVIII°. F.
Bruna uxor ejus relapſa relicta curie ſeculari. XXXVIII°. F.
Lombarda filia quondam Poncii d'Hugonibus ad peregrinaciones. — XLVI°. F.
Guilielma uxor Bernardi hugonis den Adam. ‡. XLVII°. F.
Petrus hugonis ad murum. LIX°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F.
Bernardus hugonis den adam ad murum. LIX°. F. item eductu de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°. literam quitacionis habet.
Bernardus hugonis filius quondam Arnaldi hugonis ad murum. — LIX°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX. F. literam habet quitacionis.
Petrus Raymundi de hugonibus ad murum. — XXIX°. F. item in hereſi obſtinatus & relapſus relictus curie ſeculari. LXXXII. F. & conſuevit morari in Tholoſa.
Arnaldus hugonis inmurandus ſi viveret. — CXVIII°. F.

¶ *De hyſpania civitate lucenſi.*

Petrus hyſpanus de civitate lucenſi, de ordine pſeudo apoſtolorum. CLXXXIII°.

¶ *De Lantario.* L.

Guilielmus d'baynaco ad murum. — LX°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F. item CLXX°.
Sibilia uxor Petri rabaſtelha ad murum. — LX°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°.
Domus Guilielmi de baynaco ad diruendum condempnata. — LXXVII. F.
Petrus boneti, alias cognominatus Aſtarac, oriundus de lantario, habitator Tholoſe. LXX°.

¶ *De Limoſo.*

Auda borela que alias faciebat ſe vocari Jacoba, hereticata in fine. — XIIII°. F.
Poncius Cultellerii ad murum. — XCI°. F. & iſte morabatur Tholoſe.
Montolina uxor quondam Martini Franciſci hereticata in fine. — XCIIII°. F.

¶ *De Lugduno ſalinerii in burgundia.*

Stephanus porcherii perfectus Valdenſis, ſet converſus, ad murum. — XCII°. F.

¶ *De lordato appamienſis dyoceſis.*

Arnaldus Cogul. CXLVIII°.

¶ *De ladros Urgellenſis dyoceſis.*

Bartholomeus Amilhati presbiter. CXLVIII°.

¶ *De luganno.*

Alazaytz filia Guilielmi porcelli. ‡. — XVIII°. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Johanna uxor Guilielmi de peytes alias cognominati monachi. †. — XVIII°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.
Guilielmus porcelli ſenior ad murum. — XXVII°.
Guilielmus porcelli junior filius ejus ad murum. — XXVII°.
Guilielma uxor Guilielmi porcelli ſenioris ad murum. XXVII°. F.
Valencia uxor quondam Bernardi mancipii ad murum. XXVIII°. F.
Poncius Mancipii ad murum. — XXVIII°. F.
Guilielmus Mancipii ad murum. — XXVIII°. F.
Dulcia uxor dicti Guilielmi ad murum. — XXVIII°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°. conplevit penitencias ſuas.
Bernardus Mancipii ad murum. — LIX°. F.
Guilielmus Monachi ad murum. — LXVIII°. F.

M. ¶ *De manſo ſanctarum puellarum.*

Bernardus Amelii eductus de muro cum †. IIII°. F.

¶ *De Marciaco dioceſis Auxitane & de bavilia ejusdem.*

Gerardus filius formundi †. — CV°. F.
Movetus de la bruguyeyra ſive de la laca. ‡. — CV°. F. item CLXX°.
Perrinus fabri qui alias vocatur botinus fabri ad murum. — CIX°. F.
Guilielmus de Mazeriis, qui alias cognominatur goran, ad murum. — CXIII°. F. item CLXX°.
Guionetus carreterii ad murum. — CXIII°. F. item CLXX°.
Johannes ſive Johannetus qui alias cognominatur lo fol, qui moratur al ſarat, ad murum. — CXIIII°. F. item CLXX°.
Gerardus Vincendat qui moratur al forc de pauzadier ad murum. — CX°. F.
Johannes Vertelerii alias cognominatus Calamandria ad murum. — CXIIII°. F. item CLXX°.
Perrinus Vincendat, qui morabatur al forc d'pauzadier, Valdenſis perfectus & relapſus relictus curie ſeculari. — CXXIX°. F.
Petrus Attefini fugitivus. CXCII°.
Formon burgundus fugitivus. CXCII°.
Jaqueta textrix fugitiva. CXCIII°.
Geraldus filius Formon fugitivus. CXCIII°.
Perrinus cognominatus regyer fugitivus. CXCIIII°.

¶ *De Marlhaco prope Candelium.*

Arnaldus Johannis alias cognominatus canhart. ‡. — L°. F.

¶ *D' Maſcartvilla.*

Raymunda uxor Arnaldi fabri. ‡. — V°. fol. item ad graciam de ‡. — XLIIII°. fol. conplevit, heredes habent literam.

¶ *D' Maſeriis dioceſis Auxitane.*

Berardus d'alluſio ad penitenciam arbitrariam ſine †. C°. fol.
Petrona ſeu Peyroneta uxor Paulini, ad penitenciam arbitrariam ſine †. CI°. fol.
Petrus filius Perreti de caſtro ad penitenciam arbitrariam ſine †. — CI°. fol.
Paulinus filius Berardi d'alluſio. ‡. — CIIII°. fol. item CLXX°.
Perrinus filius Berardi d'alluſio. ‡. — CIIII°. fol. item CLXX°.
Johanna uxor Martini textoris. ‡. — CIIII°. fol. item CLXX°.
Helis uxor Gerardi de las donas. ‡. — CV°. fol. item CLXX°. Detentores bonorum habent literam quitacionis.

Wu-

¶ TABULA PERSONARUM.

Wunardus d'alluſio ad murum. — cx°. fol.
Gerardus de las donas ad murum. — cxi°. F. conpleverunt ad arbitrium domini inquiſitoris.
Huguetus d'lana bela ad murum. — cxi°. F.
Raymundus ſive Ymonetus d'aluſio ad murum. — cxi°. F.
Johannes Wunardi filius Wunardi ad murum. — cxi°. F. item clxx°.
Petrona uxor Vieneti d' ſancto Laurencio ad murum. — cxii°. F.
Vienetus d' ſancto Laurencio inmurandus ſi viveret. — cxix°. F.

¶ *D' Maſuga prope Marciacum dioceſis Auxitane.*

Hugueta uxor Bertrandi de la maſuga. ‡. — cv°. F. item clxx°.
Bertrandus d'la maſuga ad murum. — cxiiii°. F. item clxx°.
Huguetus d'la maſuga ad murum. — cxiiii°. F. item clxx°.
Petrus de gaudone, alias cognominatus de la maſuga. clxxviii°.

¶ *D' marnhaco prope montem clarum dioceſis caturcenſis.*

Guilielma bertriga ad murum. — lxii°. F. item clxx°.
Raymunda bertriga ejus filia ad murum. — lxii°. F. item educta de muro. †. — xcix°. F. item clxx°.
Hugo rubei filius dicte Guilielme bertrige ad murum. — lxiii°. F. item eductus de muro cum †. — xcix°. F. item clxx°.
Domus Guilielme bertrige & Hugonis filii ſui ad diruendum condempnata. — lxxvii°. F.

¶ *D' Merlato.*

Bernardus boſqueti ad murum. — xxi° F.
Guilielmus d' maſeriis ad murum. — liii°. F.
Domus Raymunde uxoris quondam Dominici d' maſeriis ad diruendum condempnata. — lxxvii°. F.
Raymunda uxor quondam Dominici d' maſeriis defuncta in hereſi — lxxv°. F.
Bernardus d' maſeriis. †. — lxxxvi°. F. item ad graciam d' † — xcix°. F.
Alazaytz uxor quondam Hugonis d' fays. †. — lxxxviii°. F. item clxx°.
Beatrix uxor Bernardi boſqueti ad murum. — lxxxix°. F. item clxx°.

¶ *D' Meſenx prope rapiſtagnum.*

Raymundus fabri ad murum. — xxiiii°. F. item eductus d' muro cum ‡. — xcix°. F. item ad graciam de crucibus. clxx°. heredes habent quitacionem.
Guilielma uxor ejus ad murum. — xxiiii°. F. item educta d' muro cum †. — xcix°. F.
Guilielmus fabri ad murum. — xxiiii°. F.
Valencia uxor ejus ad murum. — xxiiii°. F.

¶ *D' Mirauda dioceſis auxitane.*

Johanna uxor Ymberti piperii. †. — cvii°. F. item clxx°.
Huguetus ſive Hugoninus ſartor ad murum. — cxv°. F. item clxx°.
Ymbertus ſive Imbertetus piperius ad murum. — cxvi°. item clxx°.

¶ *D' Mirapiſce ſupra tarnum.*

Bernardus Aliguerii ad murum. — xi°. F. item fugitivus condempnatus ut hereticus. — cxxvi°. F.
Guilielmus aliguerii frater ejus ad murum. — xi°. F. item fugitivus condempnatus ut hereticus. — cxxvi°. F.
Beatrix ſoror eorum ad murum. — xi°. F.
Hugo Maurandi ſeu Mathei ad murum. — xi°. F. deceſſit in muro & filius ejus tanquam innocens habuit literam publica officia exercendi
Petrus Aligerii filius Guilielmi aliguerii †. — xlvii°. F.
Bonetus Capus. †. — xlvii°. fol. item ad graciam de †. — lxxxv°. F.
Brulhes filia Johannis Capus ad peregrinaciones. — li°. F.

Mau-

Mauranda filia Hugonis Maurandi ad peregrinaciones. LI°. F.
Perrona filia Guilielmi aliguerii ad murum. — LX°. F.
Arnaldus de prato ad murum. — LX°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F. item CLXX°. conplevit penitencias suas.
Guilielmus turquet ad murum. — LX°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°.
Beatrix uxor Johannis Capus ad murum. — LXI°. F. item educta de muro cum †. - XCIX°. F. item CLXX°.
Johannes Capus ad murum. — LXI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.
Guilielma Yspana uxor Arnaldi de prato ad murum. LXI°. F.
Petrus Capus ad murum. — LXI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. item CLXX°. conplevit penitencias.
Magna uxor Hugonis Maurandi ad murum. —— LXI°. F.
Guilielmus aliguerii senior defunctus in heresi. —— LXXV°. F.
Dominica uxor ejus defuncta in heresi. —— LXXV°. F.

¶ *D' Morovilla in parochia sancti Andree — D' Varenis.*

Raymundus de Morovilla ad murum. LXIII°. F.
Johannes de Morovilla frater ejus, qui moratur apud Varenas, ad murum. —— XCI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°.
Bernardus de Morovilla frater predictorum, qui moratur in parochia de Varenis, ad murum. — XCI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°.
Raymunda uxor quondam Guilielmi de Morovilla inmuranda si viveret. — CXVIII°.

¶ *D' Mota prope sanctum Sulpicium.*

Astruga uxor Arnaldi boerii. †. —— LXXXVI°. F.

¶ *D' Monte acuto prope sanctum Felicem.*

Bernarda Germana uxor quondam Guilielmi de monte acuto ad murum. - XXXII°. F.
Guilielmus de monte acuto defunctus in fautoria hereticorum. — XCIIII°.
Vitalis Audoyni, filius naturalis Bernardi Audoyni heretici perfecti, fugitivus pro heresi condempnatus ut hereticus. —— CXXIIII°. F.

¶ *De Monte gausio diocesis Auxitane.*

Michaël filius quondam Ruphi de monte Gausio. ‡. — CVI°. F. item CLXX°. heredes habent literam quitacionis.
Guilielma filia Ymberti piperii uxor Stephani bragmol ad murum. — CXVI°. F.

¶ *De monte Galhardo prope bornum.*

Jacobus Mercaderii. †. —— XLVII°. F.
Johannnes Mercaderii de chauleto ad murum. — LXII°. F. item eductus de muro cum ‡. — LXXXV°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F.

¶ *De monte regali Carcassonensis dyocesis.*

Petrus tortz beguinus. CLXIIII°.

¶ *De Maseriis mirapicensis dyocesis.*

Bernardus baronis beguinus fugitivus. CLXVII°.

¶ *De Monte Albano.*

Rotlandus sive Riolandus de Valle brito defunctus inpenitens de crimine heresis. - CXXII°. F.

¶ *De monte Alione.*

Raymundus rocati hereticatus in fine. XXXIIII°. F.

Ar-

Arnaldus fabri.
Guilielmus Auterii.
Alaycis uxor Arnaldi fabri.
Alamanda uxor Johannis Guilaberti.
Guilielma uxor Guilielmi beneti.
} de monte alionis dyoceſis appamienſis. } CXLV°.
Guilielmus fortis relapſus.
Graſida uxor Petri licerii. CXLVIII.
Guilielmus Maurs. CL.
Guilielmus Gilaberti. CXLVIII.

¶ *De monte Aſtrugo.*

Durandus barrani, filius quondam Guilielmi barrani, relapſus relictus curie ſeculari. XXXV°. F.

¶ *De monte auſſel.*

Petrus Auros. ‡. — XLVII°. F. heredes habent literam quitacionis.

¶ *De monte audrano.*

Petrus borrelli ſenior ad murum. — XXXI°. F.

¶ *De monte peſſulano.*

Frater Bernardus delicioſi, ordinis fratrum Minorum, oriundus de monte peſſulano, degradatus & inmuratus. CXXXII°.

Petrus hoſpitalis beguinus condempnatus tanquam relapſus & hereticus. CXCIX°.

¶ *De Narbona.* N.

Petrus dominici beguinus condempnatus relapſus. CXCVIII°.

¶ *De Ornolhaco appamienſis dyoceſis.* O.

Guilielma uxor Bernardi beneti. CXLVIII°.

¶ *De palayvila.* P.

Germanus de bugaralh. ‡. — V°. F. item ad graciam de ‡. — XLIII°. F. heredes habent literam quitacionis.

¶ *Perlas dioceſis appamienſis.*

Amelius de perlis hereticus perfectus relictus curie ſeculari. — XVI°. F.

¶ *De podenxs prope Vaurum.*

Arnaldus Auros. ‡. — XLVII°. F. heredes habent literam quitacionis.

¶ *De puiols prope taravellum.*

Poncius Arnaldi falſus teſtis ad ſcalam cum linguis poſt ad murum. — XLII°. F.

¶ *De pruneto.*

Raymundus de ſalvetate ſenior ad murum. IX°. F.
Raymunda uxor ejus ad murum. IX°. F.
Sibilia uxor Petri ſanchas ad murum. X°. F.
Bona uxor Arnaldi de ſalvetate ſenioris. †. — XIX°. F.
Petrus de ſalvetate ad murum. — XXXI°. F. item CLXX°.
Arnalda uxor ejus ad murum. — XXXI°. F.
Raymundus de ſalvetate alias dictus Chamo ad murum. — XXXI°. F.
Arnaldus de ſalvetate junior ad murum. — XXXII°. F. item CLXX°.
Bermunda uxor ejus ad murum. — XXXII°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F.
Arnaldus bruni filius Guilielmi bruni ad murum. — XXXII°. F. item CLXX°.
Petrus Guilielmi filius quondam Petri ſachas relapſus & hereticus obſtinatus relictus curie ſeculari. XXXIX°. F.
Guilielmus bruni junior ad murum. — LXIII°. F. item CLXX°.
Johannes de ſalvetate ad murum. LXIIII°. F. item falſus teſtis ad ſcalam, poſt ad murum ſtrictiorem. LXXXIII°. F.

¶ TABULA PERSONARUM.

Arnaldus ſanchas juvenis ad murum. LXIIII°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F.
Naneus filia quondam Petri ſanchas ad murum. — LXIIII°. F.
Petrus Raymundi de ſalvetate defunctus in hereſi. — LXXV°. F.
Lombarda uxor Arnaldi latgerii ad peregrinaciones. — LXXXVII°. F. Complevit ad arbitrium inquiſitoris.
Petrus ſanchas hereticatus in fine. — XCIIII°. F.
Guilielmus bruni ſenior defunctus in fautoria hereticorum. — CXXI°. F.

¶ *De pradis de alione dyoceſis appamienſis.*

Mengardis uxor Bernardi buſcal quondam de pradis de Alione. — CXLV°.
Pradas maleti. CXLVIII°.
Raymundus Michaël. CXLVIII°.
Mengardis uxor Raymundi ſavinhani. CL°.
Item Mengardis uxor Bernardi buſcal. CL°.
Raymunda uxor quondam Raymundi buſcalh. CLXVIII°.

Q. ¶ *De querio appamienſis dyoceſis.*

Guilielmus de area. CXLVIII°.

R. ¶ *De Rabinia prope montem clarum.*

Bertrandus boerii fogaſſerius. †. — XLVII°. F. item ad graciam de †. XCIX°.
Lombarda mater quondam Raymundi bertrici defuncta in hereſi. — LXXVI°. F.
Finas uxor Raymundi Bertrici relapſa relicta curie ſeculari. — LXXIX°. F.
Raymundus bertrici, filius quondam Raymundi bertrici, fugitivus ut hereticus condempnatus. — CXXVII°.

¶ *De rapiſtagno.*

Raymundus ruphi, filius quondam Bernardi ruphi, ad murum. — XXV°. F.
Aymengardis uxor ejus ad murum. XXV°. F.
Guilielma rigauda inmuranda ſi viveret. — LXXIIII°. F.
Guilielmus duralli ſive duraudi oriundus de polanh inmurandus ſi viveret. — CXIX°. F.

¶ *De roca ſirieyra.*

Bernardus textoris. †. — XLVII°. F.
Raymundus ſancii ad murum. — LXV°. F.
Bernarda uxor Bernardi textoris ad murum. XCI°. F.

¶ *De roca vidal.*

Tholoſana uxor quondam Bernardi Hugonis educta de muro cum †. — I°. F. item ad graciam de †. — IIII°. F.
Arnalda uxor quondam Raymundi Hugonis ad murum. LXIX°. F.

¶ *De rotgeriis prope montem clarum.*

Raymundus de lantario defunctus in hereſi. — LXXVI°. F.
Bernarda uxor ejus defuncta in hereſi. — LXXVI°. F.
Bernardus de Lantario defunctus in hereſi. — LXXVI°. F.
Petrus de Lantario defunctus in hereſi. — LXXVI°. F.
Arnaldus de lantario defunctus in hereſi. — LXXVI°. F.
Guilielmus juvenis filius Petri de lantario defunctus in hereſi. — LXXVI°. F.
Domus ſeu campmaſium Raymundi de lantario ad diruendum condempnatum. — LXXVII°. F.
Raymunda uxor Bernardi de lantario relapſa relicta curie ſeculari. — LXXIX°. F.
Johanna uxor Arnaldi de lantario relapſa relicta curie ſeculari. — LXXIX°. F.
Raymunda filia Raymundi de lantario ad murum. — LXIIII°. F.
Gualharda uxor Petri de lantario ad murum. — LXIIII°. F.

¶ *De ravato appamienſis dyoceſis.*

Petrus Majoris. — CXLVIII°.

¶ *De*

¶ *De ſalieytz prope ſeguervillam.*

Arnaldus ſicredi. ‡. — XLVIII°. F. item ad graciam de ‡. — LXXXV°. F.
Raymunda uxor ejus. †. — XLVIII°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F.
Gualharda uxor Guilielmi ſicredi junioris. †. — XLVIII°. F. item ad graciam de †. LXXXV°. F.
Bernardus ſicredi. †. — XLVIIII°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F.
Guilielmus ſicredi junior ad murum. — LXVI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.
Raymundus ſicredi ad murum. — LXVII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXV°. F.
Petrus ſicredi ad murum. — LXVII°. F. item CLXX°.
Guilielmus ſicredi ſenior ad murum. — LXVII°. F.
Petrus ſicredi ſenior defunctus in hereſi. LXXV°. F.
Domus Petri ſenioris ad diruendum condempnata. LXXVII°. F.

¶ *De ſavarduno dioceſis rivenſis.*

Guilielmus hugonis. ‡. — CIII°. F.
Aſtruga uxor ejus. ‡. — CIII°. F.
Matheus terreni beguinus.. — CLXII°.

¶ *De ſeguervilla.*

Raymunda uxor quondam Raymundi de albigeſio ad murum. — XC°. F. item CLXX°.
Raymundus de albigeſio defunctus in hereſi — XCIIII°. F.

¶ *De ſenilh.*

Petrus Ycherii ad murum. — LXVI°. F.
Stephana de ſenilh defuncta in hereſi. — LXXV°. F.

¶ *De ſerinhaco prope bellum montem.*

Johannes de bres converſus à judaiſmo, ad murum. CIX°. F.

¶ *De ſolada..*

Lombarda uxor Petri Arnaldi de rialh ad murum. — LXVI°. F. item CLXX°.
Raymunda uxor Bernardi nigri ad murum. — LXVI°. F.
Bernardus nigri inmurandus ſi viveret. LXXVIII°. F.
Raymundus rialh inmurandus ſi viveret. — LXXVIII°. F.

¶ *De ſoricinio.*

Gualhardus fabri textor ad murum — LXVI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.

¶ *De ſulhols prope villam murum.*

Petrus de ſulholet. ‡. — XVIII°. F. item ad graciam de ‡. — XLIIII°. F.
Bernarda uxor ejus. †. — XLVIII°. F.

¶ *De ſancto Anatolio.*

Petrus burgada ‡. — LXXXVII°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F. heredes habent quitacionis literam.
Johanna uxor ejus ‡. — LXXXVII°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F.

¶ *De ſancta Fide.*

Petrona uxor Raymundi pageſii ad murum. — XC°. F. item CLXX°.

¶ *De ſancto Johanne d'heremo.*

Bona dominica uxor Guilielmi dominici ad murum. — XXVI°. F.
Petrus dominici ad murum. — LXVI°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F. item CLXX°.

¶ *De ſancto Johanne prope viride ſolium.*

Geraldus d'Artigiis ad murum. — XXVI°. F. item CLXX°.

Guilielmus d'Artigiis. †. — XLVIII°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F.
Arnaldus d'Artigiis ad murum. — LXV°. F.
Beatrix uxor Geraldi de Artigiis ad murum. — LXVI°. F. item CLXX°.
Bernardus d'Artigiis inmurandus ſi viveret. LXXIII°. F.
Guilielma uxor quondam Petri d'Artigiis defuncta in hereſi. — LXXV°. F.
Domus Arnaldi d'Artigiis ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Petrona uxor Arnaldi d'Artigiis. ‡. — LXXXVI°. F. item ad graciam de ‡. - XCIX°. F.
Petrus d'Artigiis. ‡. — LXXXVI°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F.
Beatrix uxor quondam Poncii d'Artigiis defuncta in fautoria hereticorum. — XCIIII°. F.
Raymunda uxor quondam Bernardi d'Artigiis. ‡. — CII°. F. item CLXX°.

¶ *De ſancto Johanne comitali, dioceſis auxitane.*

Ademarus bojonis ad penitenciam arbitrariam ſine crucibus. — CI°. F.
Guilielma uxor Hugonis ſartoris ‡. — CVI°. F. item CLXX°.
Poncia uxor Johannis petiti. ‡. — CVII°. F. item CLXX°.
Stephanus de Cernone ad murum. — CXV°. F.
Hugetus de Cernone frater ejus ad murum. — CXV°. F.
Juliana uxor Vincentii Vertelherii ad murum. — CXV°. F. item CLXX°.

¶ *De ſancto papulo.*

Guilielma ponſenca ad murum. — IX°. F.
Veſiada uxor Raymundi ſerdani de Verduneto, filiaque quondam Bernardi ponſenc ad murum ſtrictum. — XLI°. F.
Raymunda barreria ſoror Petri Raymundi heretici. †. — XLVII°. F.
Petrona filia quondam Guilielmi Alrici ad murum. — XCII°. F.
Bertrandus ſartor frater Petri Raymundi heretici, fugitivus pro hereſi, condempnatus ut hereticus. — CXXVI°. F.

¶ *De ſancto Paulo de cada Jovis.*

Guilielmus petri polerii eductus de muro cum ‡. — IIII°. F. Hugo & Petrus polerii de viridi folio non ſunt de genere predicti Guilielmi petri polerii ſancti Pauli de cada Jovis.

¶ *De ſancto Sulpicio.*

Guilielmus Petri de monte caprario ad murum. XI°. F. item eductus de muro cum ‡. — LXXXI°.
Bertrandus de monte caprario ad murum. — XI°. F.
Raymundus petri, filius quondam Raymundi petri de garda ad murum. — XXV°.
Jacobus petri frater ejus ad murum. XXV°. item CLXX°.
Baranhona defuncta in hereſi. — XXXIIII°.
Guilielma, uxor Poncii raynes quondam, defuncta in hereſi. — XXXIIII°.
Domus in Campmaſio Johannis raynes ad diruendum condempnata. XXXV°.
Guilielma uxor Johannis raynes. ‡. XLVIII°. F. item ad graciam de ‡. — LXXXV°. F.
Johannes raynes ad murum. — LXV°. F. item eductus de muro cum ‡. — LXXXV°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F.
Stephana uxor Ademarii de cauſenx ad murum. — LXV°. F. item CLXX°.
Bernarda uxor Poncii raynes ad murum LXV°. F.
Poncius raynes ad murum. — LXXXVIII°. F.

¶ *De taravello.*

T. Guilielma de more. ‡. — XLIX°. F. heredes ſunt quitati.
Guilielmus more ad murum. — LXIX°. F.
Petrus filii fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — LXXX°. F.
Petrus boneti ſeu boerii fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. — LXXX°. F.
Guilielma de More uxor quondam Guilielmi de more ſenioris ad murum. — XC°. F.

Pe-

Petrus Johannis de bunhaco ad murum. — xc°. F.
Arnalda uxor quondam Bartholomei Johannis defuncta in hereſi. — xciiii°. F.
Petrus benedicti defunctus in hereſi. — xciiii°. F.

¶ *De Tholoſa.*

Philipa de tunicio relapſa relicta curie ſeculari. i°. F.
Stephana de proaudo filia Martini de proaudo heretica obſtinata relicta curie ſeculari. — iii°. F. item ejus converſio ibidem. Item educta de muro cum crucibus. clxx°.
Matheus Aycardi tenchurerius de tunicio. ‡. — iiii°. F. item ad graciam de ‡. — xvii°. F.
Bernardus de barrio alias de contraſto. †. — iiii°. F. item ad graciam de †. — xvii°. F.
Blanca uxor Jacobi de barrio alias de contraſto. †. — iiii°. F.
Bernarda uxor quondam bernardi de ſancta fide ad murum. — xiii°. F.
Alexia uxor Stephani de prato ad murum. — xiii°. F. item educta de muro cum †. — lxxxi°. F. Conplevit penitencias ſibi inpoſitas.
Bernardus de Verduno tenchurerius ad murum. — xiii°. F.
Jacobus de barrio ſeu de contraſto ad murum. — xiii°. F. item eductus de muro. ‡ — xvii°. F. item ad graciam de ‡ — lxxxv°. F.
Guilielma uxor quondam Martini de proaudo hereticata in fine. — xiiii°. F.
Ricarda uxor quondam Gulielmi Raymundi de contraſto ſeu de barrio hereticata in fine. — xiiii°. F.
Guilielma uxor quondam Arnaldi de proaudo de coquinis hereticata in fine. — xiiii°. F.
Johanna filia quondam Bernardi de ſancta fide ad murum. — xxx°. F. item educta de muro cum ‡. — xcix°. item ad graciam de crucibus. clxx°.
Alazaytz uxor Martini de proaudo ad murum. — xxx°. F.
Guilielma Molſeria uxor quondam Petri Molſerii ad murum. — xxxi°. F.
Raymundus gag hereticatus in fine. — xxxiiii°. F.
Gentilis uxor quondam Petri barra relapſa relicta curie ſeculari. — xxxvii°. F.
Bona uxor quondam Petri Johannis barutelli. †. — xlix°. F. item ad graciam de †. — lxxv°. F.
Petrus boneti alias cognominatus aſtarac ad murum. lxx°. F. item eductus de muro cum †. — xcix°. F.
Bernardus de Gomervilla campſor ad murum. lxx°. F.
Johanna filia Vitalis de proaudo ad peregrinaciones ſine crucibus. — lxxxi°. F.
Bernarda uxor Petri Raymundi de hugonibus ad murum. — lxxxix°. F. item educta de muro cum ‡. — xcix°. F.
Raymunda filia quondam Raymundi gag defuncta in hereſi. — xciiii°. F.
Guilielmus hugonis ſartor ad murum. — cviii°. F.
Poncius Cultellerii oriundus de limoſo ad murum. — xci°. F. item clxx°.

Conbuſtio librorum, qui Talmutz apellantur, facta Tholoſe. cxxxvi°.

¶ *De taraſcone appamienſis dyoceſis.*

Eſclarmunda uxor Poncii ſicredi. cxlviii°.
Blanca uxor Guilielmi de rodeſio. cxlviii°.
Arnaldus de ſerinhano. cxlviii°.

¶ *De tinhaco apamienſis dyoceſis.*

Raymundus de area alias dictus bortz. cl°.
Johannis Jaufredi. cl°.

¶ *De valle prope vaurum.*

Petrona uxor Raymundi Aribaudi. †. — l°. F. item ad graciam de crucibus. clxx°. conplevit ad arbitrium inquiſitoris.

V.

TABULA PERSONARUM.

¶ *De Vaquiers.*

Yſpanus fabri ad murum. — XIII°. F. item fugitivus condempnatus ut hereticus. CXXIIII°. F.

Condors uxor ejus ad murum. — XXV°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.

Dominica uxor qnondam Johannis de podio lobri defuncta in hereſi. — LXXVI°. F.

¶ *De Varenis prope bornum.*

Johanna uxor Bernardi Vaſconis. †. XVIII°. F. item ad graciam de †. — LXXXV°. F.

Sibilia uxor quondam Ademarii Vaſconis. †. — XVIII°. F.

Bernardus Vaſconis ad murum. — XXII°. F. item eductus de muro cum †. — XLIIII°. F. conplevit ad arbitrium inquiſitoris.

Bernarda uxor quondam Raymundi Vaſconis. — XXII°. F.

Robbertus Geraldi famulus predicti Bernardi Vaſconis ad murum. — XXII°. F. item eductus de muro cum ‡. XLIIII°. F.

Stephana uxor Raymundi Gerardi. †. — CII°. F.

¶ *De Verduno.*

Johanna uxor Perrini Maurelli. †. — XIX°. F. item ad graciam de †. — XLIIII°. F.

Brayda uxor Raymundi gazanhayre. ‡. — XLV°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F. habent literam quitacionis filii Brayde.

Arnaldus Maurelli burgundus, alias dictus canta corb, ad murum. — LVI°. F.

¶ *De Verduneto dioceſis ſancti papuli.*

Aycelina uxor Johannis bernerii. ‡. — V°. F. heredes habent literam.

Raymunda textrix. ‡. — VI°. F.

Guilielmus falqueti filius ejus ad murum. — VI°. F. item fugitivus pro hereſi ut hereticus condempnatus. CXXV°. F.

Yſarnus bolha ad murum. — VII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.

Sicardus bolha ad murum. — VII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°. heredes habent literam.

Guilielma uxor ejus ad murum. — VII°. F. item educta de muro cum †. — LXXXI°. F.

Petrus bolha ſenior ad murum. — VII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F.

Bernardus bolha ad murum. — VII°. F.

Johannes bernerii ad murum. — VIII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°. heredes habent literam.

Arnaldus bernerii ad murum. — VIII°. F. item eductus de muro cum †. - LXXXI°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.

Bernardus bernerii ad murum. — VIII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F.

Yſarnus bernerii ad murum. — VIII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F.

Raymundus bernerii filius Bernardi bernerii ad murum. II°. ſerm. VIII° F. item CLXX°.

Petrus Nicholay ad murum. — VIII°. F. item relapſus relictus curie ſeculari. — XXXVIII°. F.

Bernarda uxor ejus ad murum. — VIII°. F.

Guilielmus bolha ad murum. — VIII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F.

Petrus Yſabe ad murum. — VIII°. F. item relapſus defunctus relictus curie ſeculari. — LXXXI°. F.

Condors uxor ejus ad murum. — IX°. F. item relapſa relicta curie ſeculari. — XXXVIII°. F.

Raymundus Florentii ad murum. - IX°. F. item eductus de muro, cum †. - LXXXI°. F.

Ber-

¶ TABULA PERSONARUM.

Bernarda uxor Bernardi bolha ad murum. — IX°. item educta de muro cum †. — LXXXI°. F.

Stephanus bolha filius Bernardi bolha ad murum. — IX°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.

Petrus bernerii relapſus relictus curie ſeculari. — XV°. F.

Serdana filia quondam Guilielmi fabri ad murum. — XXXIII°. F.

Johanna ſoror ejus ad murum. — XXXIII°. F.

Bernardus Yſabe filius Petri Yſabe relapſus relictus curie ſeculari. — XXXVIII°. F.

Johannes bolha. †. — XLIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°. F.

Petrus fabri. †. — XLIX°. F.

Laurencius bernerii ad murum. — LXX°. F. item CLXX°.

Bernarda uxor Hugonis de pradinis ad murum. — LXX°. F. item educta de muro cum ‡. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°.

Bonaſſias ad murum. IIII°. ſer. LXXI°. F.

Guilielma molineria inmuranda ſi viveret. — LXXIIII°. F.

Guilielma berneria inmuranda ſi viveret. LXXIIII°. F.

Raymunda mater ſicardi bolha
Bernarda uxor quondam Petri Nicholay
Raymunda filia quondam Petri Yſabe
Bernarda uxor quondam Raymundi bernerii
Johanna berneria
} defuncte in hereſi. LXXVI°. folio.

Graſida filia quondam Raymundi bolha ad peregrinaciones LI°. F.

Genſers uxor quondam Petri Andree defuncta in hereſi. — LXXVI°. F.

Domus Sicardi bolha ad diruendum condempnata. LXXVII°. F.

Petrus Andree relapſus relictus curie ſeculari. LXXVIII°. F.

Johanna boſta ad murum. — XCI°. F.

Bernardus fabri fugitivus condempnatus hereticus. — CXXV°. F.

Poncius fabri frater ejus fugitivus condempnatus hereticus. — CXXVI°. F.

¶ *De Verlhaco.*

Bernardus de la Gacha alias dictus Vin de blat poſtea vocatus Vaquerii ad murum. XIII°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F. item ad graciam de crucibus. CLXX°. Conplevit penitencias ſuas & ſuper his habet literas.

Guilielmus de clayraco ſenior ad murum. — XIII°. F. item relapſus relictus curie ſeculari. — XXXV°. F.

Sapta uxor ejus ad murum. — XIII°. F.

Guilielma uxor Bernardi Vin de blat. ‡. — XVIII°. F. item ad graciam de ‡. — LXXXI°. F.

Petrus ſalas filius Bertrandi ſalas. †. — XVIII°. F. item ad graciam de †. — XLIIII°. F.

Sibilia ſoror ejus. †. — XVIII°. F. item ad graciam de †. — XLIIII°. F.

Petrus de clayraco ad murum. — XXII°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.

Petrona uxor ejus ad murum. — XXII°. F. item educta de muro cum †. — XCIX°. F.

Bernardus de clayraco ad murum. — XXIII°. F. item eductus de muro cum †. — XCIX°. F.

Guilielmus de clayraco junior ad murum. — XXIII°. F. item eductus de muro cum †. LXXXI°. F. item ad graciam de †. — XCIX°. F. Conplevit penitencias ſuas.

Bertrandus ſalas ad murum. XXIII°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F.

Vitalia uxor ejus ad murum. — XXIII°. F. item educta de muro cum ‡. — XCIX°. F.

Domus Petri de clayraco ad diruendum condempnata. — XXXV°. F.

Domus Bertrandi ſalas ad diruendum condempnata. XXXV°. F.

Arnaldus de clayraco. ‡. — L°. F. item ad graciam de ‡. — XCIX°. F.

Johanna uxor ejus. †. — L°. F. item ad graciam de †. — XCIX°. F.
} Conpleverunt penitencias ſibi inpoſitas.

Ray-

¶ TABULA PERSONARUM.

Raymunda uxor Bernardi de clayraco ad murum. — LXXI°. F.
Raymunda uxor quondam Petri de Clayraco junioris defuncta in hereſi. — LXXVI°. F.
Domus Guilielmi de clayraco ſenioris ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.
Petrus de clayraco junior relapſus relictus curie ſeculari. — XXXVI°. F.

¶ *De Vertus prope rabaſtenx.*

Exſecucio ſentencie olim late Bernardi de bela garda de parochia de Vertus. — XV°. F.

¶ *De Vienna dioceſis Auxitane.*

Agnes uxor Johannis chavoat ad murum. — CXVI°. F.
Johannes Chavoat burgundus Valdenſis perfectus & relapſus relictus curie ſeculari. — CXXVIII°. F.

¶ *De villa bremier.*

Petrus de fargis. ‡. — L°. F. item ad graciam de ‡. — LXXXV°. F. conplevit penitencias.

¶ *De villa magna.*

Petrus Chatmarii. †. — V°. F. item ad graciam de †. — XVII°. F.
Michaëla uxor Guilielmi Chatmarii. ‡. — XIX°. F.

¶ *De Viridi folio.*

Petrus Majoris. †. — L°. F.
Michaël Mironis ad murum. — LXXI°. F. item eductus de muro cum ‡. — XCIX°. F.
Raymundus Mironis defunctus in hereſi. — LXXV°. F.
Arnaldus fabri inmurandus ſi viveret. CXVIII°. F.

¶ *De Vite in lomannia.*

Raymundus dons ad murum. LXXI°. F.
Petrus dons ſenior hereticatus in fine. LXXVI°. F.
Domus Petri dons ſenioris ad diruendum condempnata. — LXXVII°. F.

¶ *De Villa muro.*

Guilielmus Yſarni hereticatus in fine. II°. F. ¶ Item domus in qua fuit hereticatus ad diruendum condempnata. II°. F.
Petrona uxor Petri ſicardi. †. — V°. Item ad graciam de †. — XLVIII°. F.
Arnaldus Yſarni. †. — V°. F. item fugitivus pro hereſi condempnatus ut hereticus. CXXVI°. F. item CLXXVII°. inmuratus.
Petrus ſicardi alias cognominatus de la boyſſa ad murum. — XII°. F. item relapſus relictus curie ſeculari. XXXVI°. F.
Geraldus Yſarni ad murum. XII°. F. item eductus de muro cum †. — LXXXI°. F. item ad graciam de †. LXXXV°. F.
Guilielma ejus uxor ad murum. XII°. F.

¶ *De Vernaus dyoceſis appamienſis.*

Alazaycis uxor den Vernaus de villa de Vernaus parochie de podio. CXLV°.

¶ *De Varillis prope fuxum.*

Beatrix uxor Othonis de eccleſia. CXLVIII°.

¶ *De Vienna ſupra Rodanum.*

Johannes de Vienna civis Viennenſis
Hugueta filia Johannis Ros uxor dicti Johannis. } Valdenſes. CXLVI°.

¶ *De Vayſſis in parochia de Axs.*

Petrus de fonte. CXLIX°.

FINIS.